This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

vol: of Cicero

2..0..0

BIBLIOTHÈQUE CANTONALE ET UNIVERSITAIRE DE LAUSANNE

EX DONO

JEAN HERBETTE

ancien ambassadeur

1878-1960

1972

Digitized by Google

17330

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

ACADEMICA.

RECENSUIT, VARIORUM NOTIS SUAS IMMISCUIT,

ET

HADR. TURNEBI PETRIque FABRI COMMENTARIOS ADJUNXIT

JOANNES DAVISIUS

COLL. REGIN. CANTAB. Praeſes.

A7 5421

CANTABRIGIAE,

TYPIS ACADEMICIS;

Sumptibus autem CORN. CROWNFIELD, celeberrimae Academiae Typographi. MDCCXXV.

Proſtant apud *Jacobum Knapton*, *Robertum Knaplock*, & *Paulum Vaillant*, Bibliopolas Londinenſes.

Digitized by Google

BIBLIOTHEQUE CANTONALE ET UNIVERSITAIRE
LAUSANNE

D
51436

Digitized by Google

LECTORI

S.

LIBRI, *quos nunc edo, vulgo quidem dicuntur* Academicae Quaeſtiones: *inſcriptionem vero mutavi, cum auctoritate* Nonii, Marciani Capellae, *aliorumque veterum, tum MSStorum* Balliolenſis *&* Regii *fide nixus. Sed, quo nomine veniant, parum refert; illud in primis videndum, ut emendati & ad tuos uſus accommodati prodeant: quod equidem pro virili facere ſum conatus.*

HUNC *in finem* Petri Victorii, Joach. Camerarii, Pauli Manucii, Dionyſii Lambini *&* Fulv. Urſini *notas integras verbis* Tullianis *ſubjectas habes. Licet autem ſimul junctae non antea prodierint, tamen ſeparatim aliquoties editae ſunt; ideoque de iis plura dicere non eſt neceſſum.*

Franciſci Guyeti *ſtricturas ex ora editionis* Gruterianae, *quae ſervatur in Bibliotheca Jeſuitarum Pariſinorum, deſcripſit, dum Lutetiae degebat, vir doctiſſimus* Joannes Walkerus; *ſuumque Apographum, prout ſolet, amiciſſime mecum communicavit. Omnes tamen ejus notulas non vulgavi, cum nonnullae ex* Turnebo *vel* Fabro *eſſent contractae; aliae vero Latina verba Graecis reddita tantum repraeſentarent, adeoque nullum tibi commodum ferre poſſent. Reliquae ſumma fide ſunt editae; quarum tamen pleraque pars mihi non probatur, licet paucae quaedam ſint quibus calculum lubens adjicio.*

In meis animadverſionibus vel receptam lectionem contra παραδιορθώσεις *adſerui, vel hiſtorias & dogmata Philoſophica paucis enodavi, vel praeſtantium virorum conjecturas rationibus confirmavi, vel denique meas emendationes, quae magno ſatis numero ſunt, propoſui. Eae partim ingenio, partim Codicibus debentur: & ad primum quidem Academicum tribus, ad* Lucullum *vero novem MSStis uſus ſum, quorum ſyllabus hanc excipit praefationem. In hoc autem opere feliciter, an ſecus, ſim verſatus, aliorum ſit judicium.*

Sequitur in Academicum primum Hadr. Turnebi *Commentarius, ex* Hieronymi Commelini *editione* A. D. MDXCVII. *expreſſus. Sed cum poſthumus ſit ille foetus, non tam bene formatus eſt ac ſi eum ſcriptor ipſe limaviſſet; licet alioqui multa ſint, quae nomini* Turnebiano *maculam non adſpergent.*

PROOEMIUM locum tenent Petri Fabri *Obſervationes*, in utrumque librum Academicum, correctae editionis, quam fuerant Pariſiis A. D. MDCXI. ſcripſerat Turnebi & in eo Magiſtri ſimi, quod & doctiſſimus fuerit, & Librariorum ſphalmata tueri, vulgatamque lectionem quovis modo explicare, quam conjecturis emendare, perunum ſaepe maluerit.

CUM vero [1] viri quidam eruditi cum illo, qui Agonisticon pluresque Philologicos & Juridicos libros ſcripſit, hunc noſtrum Petrum Fabrum confuderint; vos paucis confutare non erit alienum.

ET noſter quidem Arvernus fuit, ille vero [2] Toloſae natus: noſter [3] Collegii Rupellenſis praefecturam nactus, ibi linguam docuit Hebraïcam ac in pulvere Scholaſtico conſenuit; at ille Reip. negotiis admotus eſt, tandemque [4] Senatus Toloſani Praeſes evaſit: noſter [5] Commentarios ſuos junctim edidit A. D. MDCXI. & [6] circa A. D. MDCXV. mortuus eſt octogenario major; at ille [7] fatis conceſſit A. D. MDC. ſexageſimum annum vix egreſſus. Illius denique Petri Fabri celebres ſunt Agoniſticôn, Semeſtrium, aliique multi libri; at diligens ille librorum rimator Paulus Colomeſius teſtatus eſt ſe [8] nihil à noſtro editum vidiſſe

1 *Teiſſerius* in addit. ad elogia Thuanea Tom. II. pag. 310. edit. Epiſt. 162. *Hoffmannus* in Lexico voce *Faber* &c.

2 Videſis elog. *Sammarthani* apud *Teiſſerium* pag. 310.

3 Adi *P. Colomeſii* Galliam Orient. pag. 148.

4 *Thuanus* Hiſt. lib. CXXIII. in fine.

5 Vide Praefat. ejus notis ad lib. I. Acad. praefixam.

6 *Colomeſius* Gall. Orient. pag. 148.

7 *Thuanus* Hiſt. lib. CXXIII. in fine.

8 Gall. Orient. pag. 148.

praeter

Digitized by Google

præter Commentarios in libros Academicos Ciceronis, & Orationem pro Caecina. *Nec ſane mentitus eſt in eo quod hoſce Commentarios ſe vidiſſe dixerit; nam* Κειμηλίων *ſuorum Literariorum caput nonum ex* Fabri *notis in Acad.* I, 13. *deſumpſit, ut conferenti liquebit.*

Agmen claudunt addenda, quorum pars major & melior Amico debetur, cui Schedas haſce legendas dederam, poſtquam Typis fuerant excuſae. Ut ille ſuum nomen edi vetuit, ſic ego conjecturas ejus debitis praeconiis non ornabo: nec opus eſt; nam ſe ipſae, niſi multum fallor, tibi ſatis commendabunt. Vale.

Cantabrigiae *a. d.* xi. *Februarii*

A. D. MDCCXXV.

SYLLA-

Syllabus MSStorum quos adhibui ad Academicum primum.

Paris. denotat MStum in Bibliotheca Luparenſi.
Baliol. MStum Collegii Balliolenſis, quod eſt Oxonii.
Elienſ. Collationem Codicis MSti factam in exemplari editionis *Stephanicæ* A. D. MDXXXVIII. in Folio.

Ad Academicum ſecundum.

Pariſ. 1. ſignificat MStum in Bibliotheca Luparenſi n. 2064.
Pariſ. 2. MStum in eadem Bibliotheca n. 1444.
Pariſ. 3. MStum Domini *de la Mare* n. 18. Mutilus videtur; nam collatio non ultra cap. XXII. progreditur.
Pariſ. 4. varias lectiones veteris Codicis adſcriptas marginibus editionis Stephanicæ A. D. MDXLIII. in Octavo.
Pariſ. 5. eum MStum qui primum Academicum exhibuit.
Horum Pariſienſium ἀντιβολὰς debemus amicitiæ viri doctiſſimi *Joannis Walkeri*, cui multas eo nomine gratias agimus.
Baliol. indicat MStum Collegii Balliolenſis.
Reg. MStum Bibliothecæ Regiæ, quæ Londini eſt.
Cantab. MStum Bibliothecæ Cantabrigienſis.
Elienſ. Varias lectiones ex duobus MSStis excerptas & adlitas oræ editionis Stephanicæ A. D. MDXXXVIII. in Folio.

ERRATA

Digitized by Google

ERRATA in verbis CICERONIS.

PAG. 27. lin. 12. dele ſemicolon poſt *magnorum.* Pag. 29. lin. ult. pro *novitiorum* lege *novarum.* Pag. 30. lin. penult. dele *quoque.* Pag. 31. lin. 10. pro *quoddam* lege *quiddam.* Pag. 50. lin. 9. pro *patris* lege *partis.* Pag. 60. lin. 10. pro *videndum eſt* lege *eſt videndum.* Pag. 94. lin. 4. pro *via* lege *vita.* Ibid. in margine juxta vocem *diſſerendo* pone notam capitis XI. Pag. 103. lin. ult. pro *ninil* lege *nihil.* Pag. 110. lin. 2. pro *vel furioſis vel dormientibus* lege *vel dormientibus vel furioſis.* Pag. 111. lin. ult. pro *internoſcatue* lege *internoſcatur.* Pag. 127. lin. 22. pro *qnem* lege *quem.* Pag. 158. lin. penult. dele comma poſt *dicitur.* Pag. 183. lin. 7. pro *nullum* lege *nullam.* Pag. 208. lin. antepenult. dele numerum 7 ante *honeſte.* Pag. 219. lin. 15. pro *perperiſſet* lege *peperiſſet.*

ERRATA in NOTIS.

Pag. 49. col. 2. lin. 3. pro *abjudicandum* lege *abjudicandam.* Pag. 57. col. 1. lin. 1. pro *praprimis* lege *cum primis.* Pag. 77. col. 1. lin. 14. pro *debet* lege *delet.* Pag. 123. col. 2. lin. ult. pro *cap.* XVI. lege *cap.* XIX. Pag. 129. col. 2. lin. antepenult. pro *Fabio* lege *Fabro.* Si plura ſint, per ſe facile Lector emendabit.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLA

AD

VARRONEM.

CICERO VARRONI S. D.

ETSI munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus: tamen ego exſpectatione promiſſi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Miſi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos: noſti enim profecto os adoleſcentioris Academiae. Ex ea igitur media excitatos miſi; qui, [1] metuo, ne te forte flagitent: ego autem mandavi,

1 *Metuo, ne te forte* flagitent: *ego autem mandavi, ut* rogarent] Qui rem *flagitat*, vehementius, & ut debitum, poſtulat. *Servius* ad Æn. II, 124. Flagitat, *invidioſe poſcit*. Videſis *A. Popmam* de Differ. Verb. lib. II. pag. 124. & *Fr. Hotomannum* ad *Ciceronem* pro Quintio cap. 3. *Davies.*

davi, ut rogarent. Exſpectabam omnino jamdiu, meque ſuſtinebam, ne ad te prius ipſe quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem, ut poſſem te remunerari quam ſimillimo munere. [1] Sed cum tu tardius faceres, id eſt, ut ego interpretor, diligentius; teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum amoriſque noſtri, quo poſſem literarum genere, declararem. Feci igitur ſermonem inter nos habitum in Cumano, cum eſſet una Pomponius: tibi dedi [2] partes Antiochias, quas à te probari intellexiſſe mihi videbar; mihi ſumpſi Philonis. Puto fore, ut, cum legeris, mirere id nos locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus: ſed [3] noſti morem dialogorum. Poſthaec autem, mi Varro, quam plurima, ſi videbitur, & de nobis inter nos. Sero fortaſſe: ſed ſuperiorum temporum, fortuna reipublicae, cauſam ſuſtineat: [4] haec ipſi praeſtare debemus. Atque utinam quietis tempori-

1 Sed *cum tu tardiùs*] Lego, *quod cum tu* &c. *Davies.*

2 *Partes* Antiochinas] Sic habent noſtri libri veteres: atque ita jampridem emendavit *Petr. Victorius*, Florentinus. Hæc Epiſtola autem exſtat etiam in libris Epiſtolarum ad Familiares, & locata eſt lib. IX. Epiſt. 8. LAMBINUS.

Ib. *Partes* Antiochias] *Antiochianas* nonnulli. Vulgg. *Antiochinas*, quod quidem ſatis Latine dicitur. Adi *Velleium Paterculum* lib. II. cap. 39. At MS. *Stewech.* dat *Antiochias*, & ita legit *Gulielmius*; quam formam quum paſſim *Tullius* adhibeat, repræſentandam cenſui. Vide lib. II. Acad. cap. 22. & lib. XIII. ad Attic. Epp. 12, 16, 19, 25. *Davies.*

3 *Noſti morem Dialogorum*] Dialogi philoſophici, non erant ſermones inter eos, quibus adſignati ſunt, revera habiti; ſed, pro libitu Scriptoris, interlocutoribus id adfingebatur, quod non omnino *παρὰ τὸ πρέπον videretur*, ut loquitur noſter ad Attic. XIII, 16. Hinc pro *Albini* mente cap. I. Dialogus eſt λόγος ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως συγκείμενος, περί τινος τῶν πολιτικῶν καὶ φιλοσόφων πραγμάτων μετὰ τῆς ΠΡΕΠΟΥΣΗΣ ΗΘΟΠΟΙΊΑΣ τῶν παραλαμβανομένων προσώπων καὶ τῆς κατὰ τὴν λέξιν κατασκευῆς. Eadem fere definitio legitur apud *Diogenem Laërtium*

Digitized by Google

temporibus, atque aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis, haec inter nos ſtudia exercere poſſemus! quamquam tum quidem vel aliae quaepiam rationes, honeſtas nobis & curas & actiones darent. Nunc autem quid eſt, ſine his cur vivere velimus? mihi vero cum his ipſis vix; his autem detractis ne vix quidem. Sed haec coram & saepius. Migrationem & emptionem [5] feliciter evenire volo, tuumque in ea re conſilium probo. Cura ut valeas.

tium III, 48. Hac de cauſſa Platonem *διαλόγους πεπλακέναι* operoſa probatione non indigebat; quum id ejus palam fieret inſtituto. Adi ſis *Athenaeum* lib. v. pag. 216, ſeqq. & lib. xi. pagg. 505, 507. *Davies.*

4 Hæc *ipſi praeſtare debemus*] V. C. *J. F. Gronovius* legit *hanc*, & ad cauſſam refert. Longe vero melior eſt recepta lectio, MSStorum omnium fide ſuffulta. Eodem redit ac ſi dixiſſet: Hæc tempora nobis ſunt imputanda; nec, ſi aliter quam par eſt ea collocemus, in alios culpa transferri, ſed in noſmet ipſos recipi debet. *Idem.*

5 *Feliciter evenire volo*] Legendum *tibi feliciter evenire volo.* Lambinus.

Ib. *Feliciter evenire volo*] Additamento *Lambiniano* nihil eſt opus, cum paſſim ſubintelligantur hujuſmodi pronomina. Et cui, quaeſo, niſi Varroni, emta domus & ad illam migratio *feliciter evenire potuit*? *Davies.*

M. TULLII CICERONIS

ACADEMICORUM

LIBER PRIMUS

AD

M. TERENTIUM VARRONEM.

I [1] IN Cumano nuper cum mecum Atticus noſter eſſet; nuntiatum eſt nobis à M. Varrone, veniſſe eum Roma pridie veſperi, &, niſi de via feſſus eſſet, continuo ad nos venturum fuiſſe. Quod cum audiſſemus; nullam moram interponendam putavimus, quin videre-

1 *In Cumano* &c.] Poſt primam editionem noſtram, præter Codices eos, quibus tum uſi ſumus, Memmianos; cum alios præterea nacti ſumus, tum unum ſane quam fidum atque integrum, quem nobis utendum dedit *Claudius Puteanus*. LAMBINUS.

2 *Atque illum complexi, ut mos amicorum eſt*, ſatis eum *longo intervallo ad ſuam villam reduximus*] Varronis *villa paulum aberant*. Idcirco ſpatium temporis, vel quod in ſalutando conſumpſerant, vel ex quo ſe viſerant, intelligitur. Hoc malim; quare lego, *Atque illum complexi, ut mos amicorum eſt* SE VISENTIUM *longo intervallo, ad ſuam villam reduximus*. Ut ad Atticum I, 4. *Nos longo intervallo viſeris.*

Noſter

videremus hominem, nobiſcum & ſtudiis eiſdem & vetuſtate amicitiae conjunctum. Itaque confeſtim ad eum ire perreximus; paullumque cum ejus villa abeſſemus, ipſum ad nos venientem vidimus: [2] atque illum complexi, ut mos amicorum eſt, ſatis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus. Hic pauca primo, [3] atque ea, percunctantibus nobis [4] ecquid forte Roma novi. [5] Atticus, Omitte iſta, quae nec percunctari neque audire ſine moleſtia poſſumus, quaeſo, inquit; & quaere potius, ecquid ipſe novi: ſilent enim diutius Muſae Varronis, quam ſolebant; nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quae ſcribat, exiſtimo. Minume vero, inquit ille: [6] intemperantis enim arbitror eſſe, ſcribere

Noſter Tuſc. lib. I. init. *Studia* longo intervallo *intermiſſa revocavi.* Ac in Bruto cap. XII. *Res privata* longo intervallo *judiciis repeterentur.* Vide & pro Archia cap. IV. Hac certè receptâ conjecturâ, nihil eſt quod Gloſſam olere poſſit; eaque vero non eſt abſimilis. *Davies.*

Ib. *Ut mos amicorum eſt*] Hæc olent Gloſſam ſeu annotationem; quarè forſan ſunt delenda, ut aliena. Verùmtamen delere auſi non ſumus, partim quia in noſtris Codicibus reperimus, partim quia poſſe ferri videntur. *Lambinus.*

Ib. *Ut mos amicorum eſt*] Hæc pro adulterinis habet *Lambinus*; pro genuinis *Faber* & *Gruterus.* Placet poſterior opinio. *Guietus.*

3 *Atque ea, percunctantibus nobis*] Immiſi virgulam poſt *ea*, jubente ſenſu. *Davies.*

4 *Et ſi quid forte Roma novi*] Mallem ſic, *ecquid forte Roma novi,* Notum loquendi genus. *P. Manut.*

Ib. Ecquid *forte Roma novi*] Sic diſerte MS. *Elienſ.* ſic olim conjecerat *Paullus Manucius*, & ſic ediderat *Lambinus.* Vulgo, *& ſi quid forte Roma novi.* At hoc ferri non poteſt; iſta enim ratione prorſus ſupervacanea fit vox prima. Olim nempe duplex fuit lectio, cùm in nonnullis Codd. ferretur *& quid* vel *ecquid*; in aliis vero, *ſi quid forte Roma novi.* Nos igitur optimum Librum ſequi non dubitavimus. Poſſis etiam, *ſi quid forte Roma novi.* Et *Atticus* &c. ut copulæ tantum ſedes mutetur. Ac hoc præplacet. *Davies.*

5 *Atticus, omitte* &c.] Puto legendum, libris omnibus invitis, *Atticus* autem, *omitte iſta,* &c. *Lambinus.*

6 *Intemperantis enim arbitror eſſe, ſcribere quod occultari velit*] *Hieronymus* in Rufinum lib. I. col. 349.

 Olim

ſcribere quod occultari velit: ſed habeo opus magnum in manibus, [1] quod jam pridem [2] ad hunc eum ipſum (me autem dicebat) quaedam inſtitui, quae & ſunt magna ſane, & limantur à me politius. Et ego, Iſta quidem, inquam, Varro, jam diu exſpectans, non audeo tamen flagitare: audivi enim è Libone noſtro, cujus noſti ſtudium, (nihil enim ejuſmodi celare poſſumus) non te ea intermittere, ſed accuratius tractare, nec de manibus umquam deponere. Illud autem mihi ante hoc tempus numquam in mentem venit à te requirere: ſed nunc, poſteaquam ſum ingreſſus res eas, quas tecum ſimul didici, mandare monumentis, philoſophiamque veterem illam à Socrate ortam Latinis literis inluſtrare; quaero, quid ſit, cur, cum multa ſcribas, genus hoc praetermittas, prae-

Olim pueri legimus, Intemperantis eſſe arbitror ſcribere quicquam quod occultari *velis*. Hunc locum *Ciceronis* in animo habuit Presbyter Stridonenſis, & forſan ex eo reponendum *velis*. Certè Cl. *Walkerus* ex conjecturâ ſic emendavit. *Davies.*

1 Quod *jampridem ad hunc eum ipſum*] Libri noſtri veteres habent *qua jam pridem* &c. Ego vulgatam lectionem retineo. *Lambinus.*

Ib. Quòd *jam pridem*] Sollicitanda non eſt hæc lectio, ſi ſuis nitatur MSStis. Sed cùm Codices, quantum conſtat, omnes exhibeant, *qua jam pridem*, ſcripſit, ut opinor, Cicero, *quia jam pridem*. Ad ſenſum verò quod attinet, nihil intereſt utro legamus modo. *Davies.*

2 *Ad hunc eum ipſum*] *Eum* delendum cenſent *Guietus* & *Walkerus.*

3 *Artibus* antecedat] Ita noſtri: nonnulli tamen Codices *antecellat*; ſi *Lambino* fides, qui ſic edendum curavit. Hoc ſi ſit, nihil tamen erat mutandum, quod *Pet.* etiam *Faber* animadvertit. *Plautus* Pſeudol. Act. I. Sc. v, 118. *Virtute regi Agathocli* anteceſſeris. Noſter in Verrem lib. IV. cap. 62. *Et auctoritate, & atate, &, ut mihi viſum eſt, uſu rerum* antecedebat. *Corn. Nepos* in Epaminonda cap. 2. *Doctrinis tanto* anteceſſit *condiſcipulos*. Non aliter locuti ſunt optimi quique Scriptores. *Dav.*

4 *Non haſitans*] Ego τὸ *multum* reponendum exiſtimo: reſpondet enim *non* multum *haſitans* τῷ *rem à me ſape deliberatam & multum agitatam*

Digitized by Google

praeſertim cum & ipſe in eo excellas, & id
ſtudium totaque ea res longe ceteris & ſtudiis
& [3] artibus antecedat. Tum ille, Rem à me 2
ſaepe deliberatam & multum agitatam requi-
ris. Itaque [4] non haeſitans, reſpondebo: ſed
ea dicam, quae mihi ſunt in promptu; quod
iſta ipſa de re multum, ut dixi, & diu cogi-
tavi. Nam cum philoſophiam viderem dili-
gentiſſime Graecis literis explicatam, exiſtima-
vi, ſi qui de noſtris ejus ſtudio tenerentur, ſi
eſſent Graecis doctrinis eruditi, Graeca potius
quam noſtra lecturos: ſin à Graecorum arti-
bus & diſciplinis abhorrerent, ne haec quidem
curaturos, quae ſine eruditione Graeca [5] intel-
legi non poſſunt. Itaque ea nolui ſcribere, quae
nec indocti intellegere poſſent, nec docti legere
curarent. [6] Vides autem eadem ipſe: didiciſti
enim

agitatam requiris. Id eſt, quòd rem à me multum agitatam requiris, ego non multum hæſitans reſpondebo. Omiſſa autem fuit vox *multum* hìc, propter viciniam præcedentis. GUIETUS. Ibid. At verò qui rem apud ſe *multum agitavit*, is de eâ poteſt *non omninò haſitans* reſpondere. Quocircà temerè fecit *Guietus*, qui *multum* illud revocare voluit. Id certè neſciunt MSSti *Lambin. Pall. Baliol. Pariſ.* & editiones *Aſcenſii Victoriique.* Ac meritó quidem. *Davies.*

5 *Intelligi non* poſſunt] Libri veteres habent *non poſſent.* Lambinus. *Ibid.* Sic certè *Pariſ.* At *Baliol.* editique vulgatam lectionem retinent. *Davies.*

6 *Vides autem eadem ipſe: didiciſti enim* &c.] Sic habent libri & MSSti & vulgati. Sed quid, ſi dicamus legendum, *Didiciſti autem eadem ipſe, Vides enim non poſſe nos* &c. Judicet Lector; ego nihil affirmo, *Lambin.*

Ibid. *Vides autem* eadem ipſe: didiciſti enim *non poſſe nos*] Hunc locum vitiatum eſſe vidêrunt Eruditi; quapropter eum variis conjecturis redintegrare ſunt conati. Has apud eos videas licet. Mihi quidem reſcribendum videtur, *Vides autem (eadem enim ipſe didiciſti) non poſſe nos* &c. Nam *Tullius* in eadem philoſophia fuit enutritus ac Varro. Hinc fit ut eum adloquens cap. 1. aiat, *poſteaquam ſum ingreſſus res eas, quam tecum ſimul didici, mandare monumentis.* Davies.

enim non poſſe nos [1] Amafanii aut Rabirii ſimiles eſſe; qui, nulla arte adhibita, de rebus ante oculos poſitis vulgari ſermone diſputant: nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem eſſe nec dicendi nec diſſerendi putant. [2] Nos autem praeceptis dialecticorum, [3] & oratorum etiam, (quoniam [4] utramque vim virtutem eſſe noſtri putant) ſic parentes ut legibus, [5] verbis, quamquam novis, cogimur uti: quae docti (ut dixi) [6] à Graecis petere mallent, indocti

1 *Amafanii*] Quidem libri MSSti habent *Amafinii*. Lambinus.

2 *Nos autem præceptis Dialecticorum & Oratorum etiam*] Ita legendum ex libro MSto, cùm in vulgatis deſit vox *etiam*, quæ alioqui neceſſaria videtur. *Urſinus*.

3 *Et oratorum, quoniam* &c.] Duo ex noſtris libris vett. habent, *& oratorum etiam, quoniam* &c. *Lambin.*

4 *Utramque vim*, virtutem *eſſe noſtri putant*] Sic rectè Gruteriani noſtrique Codices; nam malè nonnulli dedêrunt *vim* unam *eſſe*. Scientias quidem virtutes eſſe poſt Academicos docuêrunt Stoici. *Quintilianus* Inſt. Orat. lib. II. cap. 20. hanc rem fuſe tractat. Vide & cap. 15. *Ciceronem* de Orat. lib. I. cap. 18. lib. III. cap. 18. de Fin. lib. III. capp. 21, 22. denique *Laertium* VII, 46. *Davies*.

5 *Verbis* quamquam *novis cogimur uti*] Si deleatur vox *quamquam*, longè planior ſit, ut mihi quidem videtur, ſententia. Malim tamen in locum *quamquam* ſubſtitui *aliquando*. *Lambinus*.

Ibid. *Quandoque* hic legit *Nic. Gruchius*, teſte *Fabro*. Faber *quam* pro *quamquam*; quæ correctio placet. *Guietus*.

Ibid. *Verbis* quamquam *novis*] Media vox *Lambino*, *Gruchio*, *Fabro*que non placuit; quam ob cauſſam ſuas ſinguli conjecturas afferunt. Mihi reſcribendum videtur *verbis* nonnumquam *novis*. Davies.

6 *A Graecis petere* mallent, *indocti nè à nobis quidem* accipiunt] Legendum puto, *à Græcis petere* malent, *indocti nè à nobis quidem* accipient. Infra cap. 3. *Aut enim Græca legere* malent, *qui erunt eruditi, aut nè hæc quidem, qui illa neſciunt. Idem.*

7 *Si Epicurum, id eſt, ſi Democritum probarem*] Ita loquitur, quod Epicurus in philoſophia naturali Democritum ferè ſequitur ducem. Noſter Fin. lib. IV. cap. 5. *Equidem etiam Epicurum in phyſicis quidem Democritum puto.* Idem lib. I. cap. 6. *Epicurus in Phyſicis, quibus maximè gloriatur, totus eſt alienus. Democrito* adjecit (forſan *accedit*) *perpauca mutans* &c. Vide & lib. I. N. D. cap. 26. *Idem.*

8 *Cum cauſas rerum efficientium &c.*] Sic omnes quidem habent libri

Digitized by Google

docti ne à nobis quidem accipiunt; ut fruſtrà omnis ſuſcipiatur labor. Jam vero phyſica, [7] ſi Epicurum, id eſt, ſi Democritum probarem, poſſem ſcribere ita plane ut Amafanius: quid eſt enim magnum, [8] cum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum ([9] ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui? [10] Noſtra tu phyſica noſti, [11] quae cum contineantur [12] ex effectione, & ex materia ea, quam fingit & format effectio; [13] adhibenda enim geometria eſt: [¹] quo-

bri & vulgati & MSSti. Sed videtur legendum, *cum cauſas rerum efficientes* &c. ſic enim ſæpius loquitur; ut libro de Fato, in Topicis, in Timæo ſeu de Univerſo, & alibi. Quin malim legi, *cùm cauſas efficientes* &c. deleta voce *rerum*. Lambin.

Ibid. *Cum cauſſas rerum efficientium*] Fruſtrà, niſi me fallit animus, hanc lectionem tuetur *Petr. Faber.* Exempla certè quæ congeſſit, omninò ſunt ab hac phraſi aliena. *Lambini* verò conjectura *cauſas efficientes* reponentis *Guieto* placet. Receptæ tamen lectioni propior eſt illa *Lambini* emendatio, pro quâ reponit *cauſas rerum efficientes.* Ac ita reſcripſerim; vel potius *cum cauſas rerum* efficiendi *ſuſtuleris*, quod idem valet ac cauſas effectionis rerum. Noſter de Fin. lib. I. cap. 18. *Quarum* (voluptatum) *potiendi ſpe inflammati, multos labores magnoſque ſuſceperant.* Similium φράσεων exempla multa dedimus ad lib. II. Acad. cap. 41. De re ipſa vide lib. I. Fin. cap. 6. *Davies.*

9 *Ita enim appellat* Atomos] Deeſt verbum *Atomos* in MSto; & rectè, ut videtur. URSIN. Ibid. *Atomos* retinent omnes noſtri: nec eſt cur ea vox deleatur. *Davies.*

10 *Noſtra tu Phyſica* &c.] Sic ex *Pall.* & *Aldin.* libris legendum videtur, *Noſtra tu Phyſica nôſti; quæ cum contineantur ex effectione & ex materia eâ quam fingit & format effectio, adhibenda* etiam *Geometria eſt*; quam jam *quibuſnam quiſquam enuntiare verbis aut quem ad intelligendum poterit adducere hæc ipſa de vita & moribus, de expetendis fugiendiſque rebus?* Id eſt, quem è vulgo Geometria illa obſcura & difficilis poterit adducere ad intelligendum hæc ipſa de vitâ & moribus *&c.* Liber *Pal.* habet, *quæ cùm contineantur*; Aldinus, *adhibenda etiam.* Τὸ *quam jam* pro *quoniam* Faber ſubſtituit. Ἐπέχω. *Guietus.*

11 *Quæ cum contineantur*] Sic rectè *Pal.* quart. & *Pariſ.* Vulgò deeſt vox media. *Davies.*

12 *Ex effectione*] Cauſa efficiente. *Guietus.*

13 *Adhibenda enim ea materia eſt* &c.] Locus eſt admodum corruptus, ad quem tamen emendandum aliquantum nos libri veteres adjuverunt; in quorum nonnullis ſcrip-

tum

Digitized by Google

[1] quoniam quibuſnam quiſquam enuntiare verbis, aut quem ad intellegendum poterit adducere haec ipſa [2] de vita & moribus, & de expetendis fugiendiſque rebus? illi enim ſimpliciter pecudis & hominis idem bonum eſſe cenſent: [3] apud noſtros enim, non ignoras, quae ſit & quanta ſubtilitas. Sive enim Zenonem ſequare; magnum eſt efficere, ut quis intellegat, quid ſit [4] illud verum, & ſimplex bonum, quod non poſſit ab honeſtate ſejungi: (quod bonum quale ſit, [5] negat omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum moventibus nec ſuſpicari) [6] ſi

tum eſt *materia* pro *geometria*. Omninò vox *Geometria* nihil hic loci habet. Cetera, quæ perverſo ordine erant collocata, eâdem operâ & in ſuum locum reſtituta, & perpurgata ſunt. LAMBINUS. Ibid. Nimirum vir ille doctus totum locum ſic ediderat, *effectio: (adhibenda enim ea materia eſt:) hac ipſa de vita & moribus, de expetendis fugiendiſque rebus. Illi ſimpliciter pecudis & hominis idem bonum eſſe cenſent: apud noſtros autem non ignoras, qua ſit & quanta ſubtilitas: quam quibuſnam quiſquam queat enuntiare verbis? aut quem ad intelligendum poterit adducere? Sive enim Zenonem* &c. Sed nimis audacem ſe præſtitit *Lambinus*; nec ignem ferrumque debemus adhibere, cum leniora remedia reperiri queant, ut ſtatim videbimus. *Davies*.

Ibid. *Adhibenda* enim *Geometria eſt*] Libentius legerem *adhibenda* etiam *Geometria eſt*: nam ſæpe ſcripti libri *etiam* habent, ubi impreſſi *enim*. Et quod ſequitur *quoniam quibuſnam*, ſatis patet & mendoſum eſſe, & rectè corrigi, ſi legatur *jam* pro *quoniam*. P. Manucius.

Ibid. *Adhibenda* enim *Geometria eſt*] *Aldus Nepos* Patris ſui conjecturam ſecutus edidit *etiam*, contrà quam dant Codices. Ipſe vel deleverim illud *enim*, vel legerim *adhibenda* quidem *Geometria eſt*. Nempè cum Θεὸς ſecundum Platonem γεωμετρεῖ· ut operum divinorum ratio reddi queat, adhibenda eſt Geometria. *Davies*.

1 Quoniam *quibuſnam quiſquam*] Mira quidem ratio cur in phyſicis adhibenda ſit Geometria, quod ea, quæ de vita & moribus tradunt Academici, difficulter enuntiari queant Latine. Repono *Quinetiam quibuſnam quiſquam enuntiare verbis* &c. Ita rectè procedit oratio. *Idem*.

2 *De vita & moribus*, & *de expetendis*] Vulgo *de vita & moribus, de expetendis*. Nos MStos *Baliol.* & *Pariſ.* ſequimur. *Idem*.

3 *Apud noſtros* enim *non ignoras*] Legendum *apud noſtros* autem *non ignoras*; ut ipſe loci ſenſus aperte docet. Quin & *Guietus* ita lectum voluit. *Idem*.

4 *Illud* verum *& ſimplex bonum*] Doctiſſ.

Digitized by Google

[6] ſive Academiam veterem perſequamur, quam nos, ut ſcis, probamus; quam erit illa acute explicanda nobis? quam argute, quam obſcure etiam contra Stoicos diſſerendum? Totum igitur illud philoſophiae ſtudium mihi quidem ipſe ſumo [7] & ad vitae conſtantiam, [8] quantam poſſum, & ad delectationem animi: nec ullum arbitror, [9] ut apud Platonem eſt, majus aut melius à Dîs datum munus homini. Sed meos amicos, in quibus eſt ſtudium, in Graeciam mitto, [10] id eſt, ad Graecos ire jubeo, [11] ut ea à fontibus potius hauriant, [12] quam rivulos conſectentur.

Doctiſſ. *Walkerus* rectè mavult *illud unum & ſimplex bonum*. Eo quidem modo ſæpè loquitur *Cicero*. Vide ſis infra cap. XI. *Davies*.

5 *Negat omnino Epicurus ſine voluptatibus*] Lego *negat omninò Epicurus* SE *ſine voluptatibus* &c. Ac ita ferè *Lambinus* edidit. Si quis vulgatæ tamen adhæret lectioni, non intercedam; cum *pronomen reciprocum* poſſit, quod interdum fit, ſubaudiri. *Idem*.

6 Sive *Academiam veterem*] Vulgò *ſi vero*. Sed neceſſaria prorſus eſt hæc *Turnebi* conjectura, quam *Lambinus* etiam ſecutus eſt; niſi ſuprà legere malles, *ſi enim Zenonem ſequare*. Tum demum ſervari poſſit hoc in loco vulgata ſcribendi ratio. Pari modo certe peccatur in Recogn. *Clementis* lib. I. cap. 5. ubi legitur, *Sive enim, inquit, evocanti Mago non obediat anima; tu poſthac --- deſperabilius vives --- Si verò & aliquid ibi videre tibi viſus fueris* &c. Reponas oportet ex MSStis, *Si enim, inquit, evocanti Mago* &c. *Id.*

7 *Et ad vita conſtantiam*] Libri vulgati habent, *& ad vita* conſuetudinem & *conſtantiam*. Nos libros veteres ſecuti, vocem *conſuetudinem* delevimus. *Lambin.*

Ibid. *Et ad vita conſtantiam*] Nonnulli veteres editi, *& ad vita* conſuetudinem & *conſtantiam*. Licet autem voces illas additicias tueatur *Petr. Faber*; eæ tamen omninò ſunt inſulſæ, nec à noſtris, *Victorianis*, *Lambinianis*, *Gruterianiſve* Codicibus agnoſcuntur. *Davies*.

8 Quantam *poſſum*] Malim *quantum poſſum*; prout edidit *Turnebus*, approbante *Gulielmio*. Idem.

9 *Ut apud Platonem eſt*] In Timæo pag. 533. ed. Lugd. Adi *Ciceronem* Tuſc. I, 26. Imitatus eſt hanc *Platonis* ſententiam *Demophilus*. Δῶρον, inquit, ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔστι παρὰ θεοῦ λαβεῖν. In Senten. pag. 693. ed. Galean. *Idem*.

10 *Id eſt, ad Gracos ire jubeo*] Poſſit aliquis ſuſpicari, hæc verba eſſe ex declaratione ſuperiorum verborum nata, & in contextum *Ciceronis* tranſlata. Ego quidem ita eſſe arbitror. LAMBINUS. Ib. Ego vero non item. Vide *Pet. Fabrum*; quem *Guietus* etiam ſecutus eſt. *Davies*.

ſectentur. Quae autem nemo adhuc docuerat, nec erat unde ſtudioſi ſcire poſſent; ea, quantum potui, (nihil enim magno opere meorum miror) feci ut eſſent nota noſtris: à Graecis enim peti non poterant, ac poſt [1] L. Aelii noſtri occaſum ne à Latinis quidem. [2] Et tamen in illis veteribus noſtris, quae, [3] Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admixta ex intima philoſophia, multa dicta dialectice: [4] quae quo facilius minus docti intellegerent, jucunditate quadam ad legendum

11 *Ut ea à fontibus potius hauriant*] Fortè *ut ea* è *fontibus*. Lambin.

12 *Quam rivulos conſectentur*] *Pal.* quart. & *Pariſ.* exhibent, *rivulos quàm ſectentur.* Davies.

1 *Lælii noſtri*] Librarii cum in deſcribendo non perciperent quid ſibi antiquæ notæ vellent, eas vel immutabant vel cum ſequenti voce conjungebant; ut hoc loco ſcripſerant *Lælii noſtri*, cùm *L. Aelii noſtri* vera & incorrupta ſit lectio: quod & veterum librorum auctoritate & hiſtoriæ fide comprobatur. Eſt enim hic *L. Ælius Stilo*, cognomento Præconinus; quia orationes ſcripſit, quas alii dicerent: à quo *M. Varro* rerum antiquarum ſcientiam cùm accepiſſet, eam ipſe auxit & illuſtrioribus litteris explicavit. *Cicero* de claris Orat. De Legg. lib. II. *Varro*, *Feſtus*, *Plinius* lib. IX. c. 35. lib. XXXIII. cap. 1. & *Gellius* lib. I. cap. 18. lib. XII. cap. 4. lib. XVI. cap. 8. & *Suetonius* de claris Grammaticis. Mendoſe autem in *Varrone* lib. IV. *C. Ælius Stilo* legitur; errore fortaſſe nato ex prænomine alterius Ælii, cui Gallo cognomen fuit. In *Gellio* quoque *Lælii* pro *L. Ælii* mendoſe legitur. *P. Manucius.* Ibid. *Lælii noſtri*] Ita ferme omnes libri, prænomine cum nomine confuſo. *L.* enim *Ælii* vera lectio, ut ex Bruto colligi poteſt: ibi enim hæc *Cicero* de L. Ælio. [Cap. LVI.] *Fuit is omninò vir egregius & eques Romanus in primis honeſtus, idemque eruditiſſimus & Græcis literis & Latinis: antiquitatiſque noſtræ & in inventis rebus & in actis, ſcriptorumque veterum literatè peritus. Quam ſcientiam Varro noſter acceptam ab illo auctamque per ſeſe, vir ingenio præſtans omnique doctrinâ, pluribus & illuſtrioribus literis explicavit.* Camerarius.

Ibid. *L. Ælii*] De eo vide *L. Carrionis* Ant. Lect. lib. 1. cap. 8.

2 *Et tamen in illis veteribus noſtris*, quæ *Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus*] Videtur legendum *quas* pro *quæ*, ut ad *Varronis* Satiras referatur, quas inſcripſit Menippeas. *Urſinus.* *Ibid.* Contra fidem Codicum nihil quicquam mutarim; nam *quæ* locum ſuum tueri poſſit, ſi modo ſubintellegas *ſcriptis*, *opuſculis*, vel aliud ejuſdem generis nomen. *Davies.*

3 *Menip-*

gendum invitati; [5] in laudationibus, in iis ipſis [6] antiquitatum prooemiis [7] philoſophiae ſcribere voluimus, ſi modo conſecuti ſumus.
Tum ego, Sunt, inquam, iſta, Varro: nam 3
nos in noſtra urbe peregrinantes erranteſque, tamquam hoſpites, tui libri [8] quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando, qui & ubi eſſemus, agnoſcere. Tu aetatem patriae, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum; [9] tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam; tu ſedem regionum, locorum; tu omnium

3 *Menippum*] Gellius lib. XIII. cap. 39. *Probus* in *Virgilii* Eclog. VI, 40. & *Macrobius* lib. I. capp. 7, 11. Et lib. II. cap 7. *Varro*, inquit, *in illa lepidiſſima ſatyra Menippea, quæ inſcribitur*, NESCIS QUID VESPER VEHAT. Et *Chariſius* lib. I. Vide apud *Laertium* Menippi vitam; cujus libri multo riſu referti. *P. Manuc.*

4. *Quæ quo facilius*---philoſophiæ *ſcribere voluimus*] Hic locus *Iſ. Caſaubono* mutilus videtur. Quapropter de Satir. Poëſi lib. II. cap. II. pag. 189. eum ſic exprimit: *quæ quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati,* · · · · * *in laudationibus, in ipſis antiquitatum prooemiis* ··· *philoſophiæ ſcribere voluimus.* Lacunam tamen haud agnoſco; nec, ut arbitror, quicquam eſt corruptum, ſi modo cum viris doctis reponamus, *philoſophicè ſcribere voluimus*; & ita quidem edidêre *Paullus Manutius* ejuſque filius *Aldus.* Davies.

5 *In laudationibus*] Λόγους, ut videtur, ἐπιταφίους intelligit; hi enim *laudationes* paſſim vocantur. *Seneca* Epiſt. CII. *Præterea aliud laus eſt, aliud* laudatio. *Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit* laudem funebrem, *ſed* laudationem: *cujus officium oratione conſtat.* Vide ſis *Hieronymum* Epitaph. Nepot. pag. 20. *Livium* lib. II. cap. 61. & *Car. Langium* ad *Ciceronem* de Senect. cap. IV. *Idem.*

6 *Antiquitatum*] Quadraginta & uno libris conſtabant. De iis vide *Auguſtinum* C. D. lib. VI. c. 3. *Idem.*

7 Philoſophicè *ſcribere voluimus*] *Philoſophiam* habet vetus liber pro *philoſophicè.* Urſinus.

8 *Quaſi domum* deduxerunt] Forte *reduxerunt.* Lambin.

Ibid. *Turnebus* edidit *reduxerunt*, & ita legitur apud *Auguſtinum* C. D. VI, 2. *Davies.*

9 *Tu domeſticam, tu* bellicam *diſciplinam*] Adducitur hicce locus ab *Auguſtino* C. D. lib. VI. cap. 2. at ejus Codices *publicam diſciplinam* repræſentant. Utravis lectio ferri queat: nam *domeſtica* & *bellica* non minus ac *publica* ſæpius opponuntur. Noſter de Offic. lib. I. cap. 22. *Quamquam hæc quidem res non ſolum ex* domeſtica *eſt ratione, ſed attingit etiam* bellicam; *quoniam vi manuque confecta eſt.* Vide ſis & in Bruto cap. XIII. Sed cum in

Digitized by Google

omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas, aperuiſti: [1] plurimumque poëtis noſtris, [2] omninoque Latinis & [3] literis luminis & verbis adtuliſti: atque ipſe varium & elegans omni fere numero poëma feciſti: philoſophiamque multis locis inchoaſti, ad inpellendum ſatis, [4] ad edocendum parum. Cauſam autem probabilem tu quidem adfers: aut enim Graeca legere malent, qui erunt eruditi; aut ne haec quidem, qui illa neſciunt. [5] Sed da mihi nunc, ſatiſne probas? Immo vero & haec, qui iſta non poterunt, & qui Graeca poterunt, non contemnent ſua. Quid enim cauſae eſt, cur poëtas Latinos Graecis literis eruditi legant; philoſophos non legant? An [quia] delectat Ennius, Pacuvius, Accius, multi alii, [6] qui non verba ſed vim Graeco-

in libris rerum humanarum *de bello & pace* egiſſet: quod patet ex *Agellii* I, 25. cum item in libris de vita P. R. res ad militarem non minus quam civilem diſciplinam ſpectantes tractaviſſet, ut ex fragmentis liquet; cum etiam plures libros de rebus urbanis conſcripſiſſet; Tullianorum librorum ſcripturam magis probo. *Davies.*

1 *Plurimumque Poëtis noſtris*] *Adr. Turnebus* legendum cenſet, *Plurimum quidem & Poëtis noſtris* &c. *Lambin.*

Ibid. Plurimumque *Poëtis noſtris*] *Pal. Pariſ.* & *Balsol.* dant *plurimum* quidem à *Poëtis noſtris*: at *Aſcenſius* & *Victorius* edidêre *plurimum* quidem *&* *Poëtis noſtris.* Omnino legerim *plurimumque* idem & *Poëtis noſtris*; ac eadem conjectura *Grutero* venit in mentem. Hic tamen lectionem *à Poëtis* non damnat, licet ea prorſus infrunita ſit. *Davies.*

2 *Omninoque Latinis & litteris luminis attuliſti*, & verbis] Diſtinguuntur à *litteris verba*; quod mihi non probatur. Nam cum Latinas litteras, aut Latinam linguam nominamus, verba ſimul intelligi conſtat, vel potius ipſa tantum verba. Erratum crediderim à Librario, qui *verbis* pro *rebus* per incuriam ſcripſerit. Adjuvat autem opinionem noſtram ipſe *Cicero*, auctam à Varrone linguam Romanam copiâ rerum potius, quam verborum, alio loco oſtendens. *Tu vero*, inquit infra cap. VII. *Varro*, *bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, ſi eos non modo copia* RERUM *auxeris, ut effeciſti, ſed etiam verborum.* P. Manucius.

3 *Et literis luminis & verbis adtuliſti*]

Digitized by Google

Graecorum expreſſerunt poëtarum? Quanto magis philoſophi delectabunt: ſi, ut illi Aeſchylum, Sophoclem, Euripidem; ſic hi Platonem imitentur, Ariſtotelem, Theophraſtum? Oratores quidem laudari video, ſi qui è noſtris Hyperidem ſint, aut Demoſthenem imitati. Ego autem (dicam enim ut res eſt) dum me ambitio, dum honores, dum cauſae, dum reipublicae non ſolum cura, ſed quaedam etiam procuratio multis officiis inplicatum & conſtrictum tenebat, haec incluſa habebam; &, ne obſoleſcerent, renovabam, cum licebat, legendo. Nunc vero & fortunae [7] graviſſimo percuſſus vulnere, & adminiſtratione reipublicae liberatus, doloris medicinam a philoſophia peto, & otii oblectationem hanc, honeſtiſſimam judico: aut enim huic aetati hoc maxume aptum eſt;

tuliſti.] Vulgo *& literis luminis attuliſti & verbis.* Ordinem nos, fide Codicum freti, mutavimus. Cum *Manucio* tamen legerim *rebus adtuliſti*; non *verbis*, ut habent MSSti. Vide lib. III. de Fin. cap. 12. *Dav.*

4 *Ad* docendum *parum*] Quidam libri MSSti habent *ad* edocendum *parum.* Lambin.

5 *Sed* eam *mihi nunc* &c.] Sic hunc locum emendavit *Turnebus*, in libris vulgatis & MSStis corruptum, in quibus legitur *ſed* da *mihi* &c. *Lambinus.*

Ibid. *Sed* date *mihi nunc*; *ſatiſne probas?*] Libentius, ſi veteres libri adjuvarent, legerem, *ſed ea mihi nunc non ſatis probas.* Urſinus.

Ibid. *Sed* da *mihi nunc*; *ſatiſne probas?*] Fruſtra *Turnebus* & *Lambinus* voluere, *ſed* eam *mihi nunc ſatiſne* probas? ut *Petr.* etiam *Faber* monuit. Quin & fruſtra fuit *F. Urſinus*, qui conjecit, *ſed ea mihi nunc non ſatis probas.* Huic certe verbo *dicendi* vim competere multis exemplis probavit *Nonius* in *dare.* Ne vero diſſimulem, lubens ſcripſerim, *ſed da mihi nunc, ſatiſne* probam? ut ultima vox ad cauſam referetur. *Davies.*

6 *Qui non verba, ſed* &c.] Qui ſententiam Poetarum Graecorum interpretantur; ut Ennius in Medea, Accius in Phoeniſſis. *Lambinus.* Vide *Turnebi* commentarium.

7 *Graviſſimo* percuſſus *vulnere*] In nonnullis libris *perculſus* legitur, quod *Gulielmo* placet. Adi *Petrum Fabrum.*

1 *Nihil*

eſt; aut iis rebus, ſi quas dignas laude geſſimus, hoc in primis conſentaneum; aut etiam ad noſtros cives erudiendos nihil utilius; aut, ſi haec ita non ſunt, nihil aliud video, quod agere poſſimus. Brutus quidem noſter, excellens omni genere laudis, ſic philoſophiam Latinis literis perſequitur, [1] nihil ut iiſdem de rebus Graecia deſideret; & eandem quidem ſententiam ſequitur, quam tu: nam Ariſtum Athenis audivit aliquamdiu, cujus tu fratrem Antiochum: quamobrem da, quaeſo, te huic
4 etiam generi literarum. Tum ille, Iſtuc quidem conſiderabo, nec vero ſine te. Sed de te ipſo quid eſt, inquit, quod audio? Quanam, inquam, de re? [2] Relictam à te veterem jam, inquit; tractari autem novam. Quid? ergo, inquam, Antiocho id magis licuerit, noſtro familiari, remigrare in domum veterem è nova, quam nobis in novam è vetere? certe enim recentiſſima

1 *Nihil ut iiſdem de rebus* Græcia deſideret] Variis modis hunc locum fatigarunt Eruditi. Nam *Turnebus* repoſuit *à Græcia deſideres*. *Aldus Nepos* edidit, *Græca deſideres*. *Grutero* denique placuit, *Græca deſideret*. Vide num præſtet ea conjectura quae mihi nuper incidit, *nihil ut iiſdem de rebus Græcia* deſideretur. Hoc idem valet ac *Græci deſiderentur*. Sic in illo *Horatiano*, lib. I. Epiſt. 11, 7.

Græcia Barbariæ lento conliſa duello,

Græcia Græcos denotat: ut & in hiſce Tullianis,

Nos grave certamen belli clademque canemus,
Græcia *quam* Trojæ *divino numine vexit*.

Exſtant lib. V. Fin. cap. 18. Vide & *Chalcidium* in *Platonis* Timæum §. CXXXI. *Davies*.

2 *Relictam a te veterem jam &c.*] Academiam ſcilicet, quam ſequebaris, cum Antiochum audiebas. *Lambinus*.

3 Negaret *in libris*] Aſcenſ. *negarat*. Alii *negarit*. Lege *negat*, vel *negavit, in libris*: ſequitur enim; *erroremque eorum, qui ita putarunt*, COARGUIT. *Davies*.

4 *Quæ contra Philonem Antiochus ſcripſerit*] De Antiocho Aſcalonita, qui veteris Academiæ jam pæne deſertæ

rectiſſima quaeque, ſunt conrecta & emendata maxume: quamquam Antiochi magiſter Philo, magnus vir, ut tu exiſtimas ipſe, [3] negaret in libris, (quod coram etiam ex ipſo audiebamus) duas Academias eſſe; erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit. Eſt, inquit, ut dicis: ſed ignorare te non arbitror, [4] quae contra Philonis Antiochus ſcripſerit. [5] Immo vero & iſtam, & totam veterem Academiam, [6] aqua abſumptam diu, renovari à te, niſi moleſtum eſt, velim: & ſimul adſidamus, inquam, ſi videtur. Sane iſtud quidem, inquit; ſum enim admodum infirmus: ſed videamus, idemne Attico placeat fieri à me, quod te velle video. Mihi vero, ille: quid eſt enim quod malim, quam ex Antiocho jam pridem audita recordari; & ſimul videre, ſatiſne ea commode dici poſſint Latine?

[1] Quae

ſertæ patrocinium ſuſcepit. *Plutarchus* in vita Luculli (pagg. 519, 520.) ſic ſcribit: Ἴδιον δὲ (Λούκουλλος) τῆς Ἀκαδημίας ἐξ ἀρχῆς ἔρωτα καὶ ζῆλον εἶχεν, οὐ τῆς νέας λεγομένης (καίπερ ἀνθούσης τότε τοῖς Καρνεάδου λόγοις διὰ Φίλωνος) ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς, πιθανὸν ἄνδρα καὶ δεινὸν εἰπεῖν τότε προστάτην ἐχούσης τὸν Ἀσκαλωνίτην Ἀντίοχον *&c.* Pro *iſtam* eſt *iſta* in veteribus libris: quam ſcripturam agnoſcit vir doctiſſimus in ſuo etiam libro. *Urſinus.*

5 *Immo vero &* iſtam] Lego *iſta*; nempe quae contra Philonem diſputarat Antiochus. Et ita dant, *Urſino* teſte, libri veteres. *Davies.*

6 *A qua abſum tam diu*] Libri veteres habent *aqua abſumtam jamdiu*; & probant docti quidam, ut ſit tralatio ab ædificiis eluvione & vi aquarum ablatis. Sed vulgata lectio non eſt rejicienda, *à qua abſum tamdiu.* Lambin.

Ibid. *Aqua abſumtam diu*] Mendoſam hanc eſſe lectionem nemo non videt: nam cur aquâ dicatur abſumta Academia potius quam aëre, nulla ratio eſt. Videndum ergo annon ſcripſerit Cicero, LONGA *abſumtam* DIE, hoc eſt antiquitate veluti neglectam; metaphora ab ædificio ducta, quod *longa dies* abſumit, etiamſi aliud nihil accedit. *Clericus.*

Ibid. *Aqua* abſumtam *diu*] *Elienſ.* & *Baliol.* dant *aſſumptam*: ſed

[1]Quae cum eſſent dicta, in conſpectu conſedimus omnes. Tum Varro ita exorſus eſt: [2] Socrates mihi videtur, id quod conſtat inter omnes, primus à rebus occultis [3] & ab ipſa natura involutis, in quibus omnes ante eum philoſophi occupati fuerunt, avocaviſſe philoſophiam, & ad vitam communem adduxiſſe; ut de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quaereret: [4] caeleſtia autem vel procul eſſe à noſtra cognitione cenſet, vel, ſi maxume cognita eſſent, [5] nihil tamen ad bene vivendum. Hic in omnibus qui

hæc lectio nihil prodeſt. Ut mihi videtur, haud male repoſuerunt viri docti *a qua abſum tamdiu.* Cum tamen *Lambinus* auctor ſit in nonnullis eſſe MSStis *aqua abſumtam jam diu*; malim *a qua abſum jamdiu:* nec aliud quærendum cenſeo. *Davies.*

1 *Quæ cum* eſſent *dicta*] Vulgo *ſunt.* Baliol. & Victor. *ſint.* Nos vero lectionem ſecuti ſumus eam, quam ſuppeditarunt *Aſcenſ.* & *Turneb.* Quod autem notarat *Gulielmius*, ejecta voce penultima, verſum fore veteris forſan alicujus Poëtæ; id vero prorſus eſt improbabile. *Davies.*

2 *Socrates mihi videtur*] Vide quæ diximus ad Tuſcul. l. III. c. 4. *Idem.*

3 *Et* ab *ipſa natura involutis*] *Et ipſa natura*, ſine *ab*, videtur legendum; & ita eſt in MSto. *Urſinus.* Vide *Petr. Fabrum.*

4 *Caleſtia autem vel procul eſſe à noſtra cognitione* cenſet] Eſt à MSto *Baliol.* nam vulgo perperam legitur *cenſeret.* Ad hanc tamen lectionem proxime poſſis accedere, ſi cum Cl. *Walkero* legas *cenſere*, nimirum videtur. De re ipſa ſic *Xenophon* Memor. lib. I. cap. I, 11. Socrates non diſputabat ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν Σοφιστῶν κόσμος ἔφυ, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων· ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυε. Hæc laudant *Cyrillus* in Julian. lib. v. pag. 180. & *Theodoretus* Therap. iv. pag. 60. apud quos, ut equidem puto, male ſcribitur ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν Σοφιστῶν κόσμος ἜΧΕΙ. Idem Memor. lib. iv. cap. vii, 6: Ὅλως δὲ τῶν οὐρανίων, ᾗ ἕκαστα ὁ Θεὸς μηχανᾶται, φροντιστὴν γίγνεσθαι ἀπέτρεπεν· οὔτε γὰρ εὑρετὰ ἀνθρώποις αὐτὰ ἐνόμιζεν εἶναι &c. Iterum *Theodoreti* Codices corrupte dant Ὅλως δὲ καὶ τῶν οὐρανίων ἝΚΑΣΤΑ, Ἃ ὁ Θεὸς μηχανᾶται. φροντιστὴν ΕΙΝΑΙ ΤΟΥΤΩΝ ἀπέτρεπεν. *Minucius Felix* Octav. cap. xiii. *Socratis, quoties de caleſtibus rogabatur, nota reſponſio eſt,* Quod ſupra nos, nihil ad nos. Hoc ejus effatum immerito prorſus exagitat *Lactantius* Div. Inſt. lib. iii. cap. 29. & in Epit. cap. 37. *Davies.*

5 *Nihil tamen ad bene vivendum conferre*] Conducere. Id eſt, Socrates cenſebat Aſtrologiam inutilem eſſe ad bene & ex virtute vivendum. *Lambin.*

Ibid. *Nihil tamen ad bene vivendum*] Expreſſi quod erat in Pal. utroque

fere ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, [6] perſcripti varie, copioſe ſunt, ita diſputat, ut nihil adfirmet ipſe, refellat alios: [7] nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum: eoque praeſtare ceteris, quod illi quae neſciant ſcire ſe putent; ipſe, ſe nihil ſcire, id unum ſciat: ob eamque rem ſe arbitrari ab Apolline [8] omnium [9] ſapientiſſimum eſſe dictum, quod haec eſſet [10] una omnis ſapientia, non arbitrari ſeſe ſcire quod neſciat. Quae cum diceret conſtanter, & in ea ſententia permaneret; omnis ejus oratio [1] tum

troque, tanto quidem promtius, quod ſic quoque *Victorius* edidiſſet. Alii enim, voce adjecta *conferre*, cujus nulla littera in libris ſuperiobus. Et recte: tale enim quid belle ſubintelligitur. GRUTER. Veriſſime Gruterus. Nam talia ſunt in Somnio Scipionis, *Nihil ad noſtrum genus*. Lib. I. Fin. cap. XI. *Nihil ad Epicurum*. Lib. I. Tuſc. cap. 29. *Nihil ad id, de quo agimus*. Lib. II. Orat. cap. 6. *Sed nihil ad Perſium*. Lib. III. Orat. cap. 18. *Nihil ad hoc tempus*. Jac. Gronovius.

6 *Perſcripti varie, copioſe ſunt*] Pertinet ad Latinam linguam non ignorari, copulam de induſtria nonnumquam à *Cicerone* prætermitti: ne quis eam hic putet deſiderari. Nam lib. XIII. Fam. Epiſt. 24. ad Sulpicium, *Peto*, inquit, *à te, ut eum etiam tuis officiis, liberalitate complectare*. Et Epiſt. 28. ad eundem: *ut ipſe judices homini te gratiſſimo, jucundiſſimo benigne feciſſe*. Et lib. IV. ad Attic. Epiſt. 3. *De cujus conſtantia, virtute veriſſime littera*. P. Manucius.

7 *Nihil ſe ſcire dicat -- ſapientiſſimum eſſe dictum*] *Themiſtius* Orat. XIII. pag. 161. Σωκράτης -- ὅτι μέγα ὅτι μικρὸν μάθημα ἐπίσταιτο ὡμολόγει πλὴν τούτου αὐτοῦ μόνον, τὸ μηδὲν οἴεσθαι εἰδέναι, ἃ μὴ ᾔδει· (ſic enim reſcribi debet hicce locus) καὶ ὡς, lege καὶ αὐτὸς, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἀμαθίας, σοφὸς ἀνῃρῆσθαι ἐνόμιζεν ὑπὸ τοῦ Πυθίου θεοῦ, καὶ σοφώτατος τῶν ἄλλων. Idem tradiderunt alii plures, qui ſua debent *Platonis* Apol. pag. 360. ed. Lugd. Vide nos ad *Minucii Felicis* cap. XIII. *Davies*.

8 *Omnium ſapientiſſimum*] Forſan *hominum ſapientiſſimum*, ἀνδρῶν σοφώτατον. Idem.

9 *Sapientiſſimum eſſe* dictum) Fortaſſe legendum *eſſe judicatam*. LAMBIN. *Ibid*. Cur ita conjecerit *Lambinus*, equidem neſcio. Id ſcio, non eſſe quod MSStorum lectio mutetur. Nam Apollo de Socrate dixit,

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Loca veterum congeſſit *Æg. Menagius* ad *Laërtii* II, 37. quibus adde *Themiſtium* Orat. XXIII. pag. 296. Quin & *Ariſtides* Tom. III. p. 36. σοφώτατον εἶναι Σωκράτη τὴν Πυθίαν ΕΙΡΗΚΕΝΑΙ diſerte teſtatus eſt. *Idem*.

10 *Una* omnis *ſapientia*] Dubium mihi non videtur, quin cum

 Lam-

[1] tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur, [2] ut ex Socraticorum libris, maxumeque Platonis, intellegi poteſt. Platonis autem auctoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit, una & conſentiens duobus vocabulis philoſophiae forma inſtituta eſt, Academicorum & Peripateticorum: qui rebus congruentes, nominibus differebant. [3] Nam cum [4] Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiae quaſi heredem reliquiſſet; [5] duos autem praeſtantiſſimos

Lambino reponendum ſit, *una* hominis *ſapientia*. *Plato* in Apol. pag. 361. Κινδυνεύει—Θεὸς—ἐν τῷ χρησμῷ τούτῳ τοῦτο λέγειν, ὅτι ἡ ΑΝΘΡΩΠΙΝΗ σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός.—ὥσπερ ἂν εἴποι ὅτι οὗτος ὑμῶν, ὦ ἌΝΘΡΩΠΟΙ, σοφώτατός ἐστιν, ὅστις ὥσπερ Σωκράτης ἔγνωκεν, ὅτι οὐδενὸς ἄξιός ἐστι τῇ ἀληθείᾳ πρὸς σοφίαν. Vide ſis & Cl. *Clericum* Silv. Phil. cap. III. p. 196. *Davies.*

1 Tum *in virtute laudanda & in omnibus hominibus*] Duo *Pall. Pariſ.* & *Baliol.* exhibent *tam*; unde *Gruterus* emendat *tamen in virtute laudanda*. *Lambinus* reponit, *tum in virtute laudanda*, tum *in omnibus hominibus*. Quamvis autem, prout arbitror, in vulgata lectione tuenda fruſtra ſit *Pet. Faber*; tamen alio modo res videtur aggredienda. Mihi vero placet *tantum in virtute laudanda*, quod olim monuimus ad Epit. *Lactantii* cap. 37. *Idem.*

2 *Ut è Socraticorum libris, maxumeque* Platonis, *intellegi poteſt*] Non equidem capio, qui hoc ex *Platonis maxime libris* poſſit intelligi, cum apud eum *Socrates Phyſica & Muſica & Geometrica diſſerat*. Jam diu legendum dixi, *maximeque* Xenophontis *intelligi poteſt*: nam Xenophon *negat Socratem de cæli atque natura cauſis rationibuſque unquam diſputaviſſe, ac ne diſciplinas quidem ceteras, quæ μαθήματα Græci appellant, quæ ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigiſſe, aut comprobaſſe.* Verba ſunt *Agellii* XIV, 3. *Sextus Empiricus* advſ. Mathem. lib. VII. §. 8, 9. Τοῦ δὲ ἠθικοῦ μόνου ἐπεμελεῖτο Σωκράτης κατά γε τοὺς ἄλλους αὐτοῦ γνωρίμους· εἴγε ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι (lib. I. cap. I, 11.) ῥητῶς φησὶν ἀπαρνεῖσθαι αὐτὸν τὸ φυσικόν, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς καθεστηκός.— Ὁ μὲν γὰρ Πλάτων παντὸς μέρους φιλοσοφίας αὐτῷ μεταδίδωσι. Vide ſis & *Laertium* II, 45, ac *Origenem* Philoſ. cap. XVIII. *Idem.*

3 *Nam cum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi heredem reliquiſſet: duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem & Ariſtotelem* Si diligentius attendamus, manca & imperfecta videtur oratio: nam illud *duos autem* non habet quo referatur. Itaque *Petrus Ciacconus* conjectura ductus, ut mihi videtur, optima, exiſtimat legendum, *philoſophiæ ex aſſe heredem reliquiſſet; ſecundos autem præſtantiſſimos*

Digitized by Google

mos ſtudio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium & Ariſtotelem Stagiritem; qui erant cum Ariſtotele, [6] Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycio: illi autem, qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, coetus erant & ſermones habere ſoliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed utrique Platonis ubertate conpleti, certam quandam diſciplinae formulam conpoſuerunt, & eam quidem plenam ac refertam: [7] illam autem Socraticam dubitationem de omnibus

nibus

mos &c. Notum eſt cum ex *Cicerone* ipſo, tum ex JCtis omnibus, qui ſint *ſecundi heredes*. Et cum ita eſſet ſcriptum *IIos. autem*, imperitus Librarius pro *ſecundos* fecit *duos*. Poſſet etiam defendi vox *quaſi*; ut dicat Speuſippum primum quaſi heredem relictum: ſecundos autem Xenocratem & Ariſtotelem &c. *Urſinus*.

4 *Speuſippum --- philoſophia* quaſi heredem *reliquiſſet*] *Urſini Ciacconiique* conjecturam recte confutavit *Pet. Faber*, quem vide. Certe cum Speuſippus Platonis in Schola fuerit ſucceſſor eum philoſophiæ Platonicæ *quaſi heredem* dici non inſolens eſt locutio. Sic Terebinthus hæreſeos Scythianeæ κληρονόμος vocatur *Cyrillo* Catech. VI. §. 23. *Lactantius* Div. Inſt. lib. III. cap. XVII, 23. *Democritus eruditus* hereditatem *ſtultitia reliquit Epicuro*. *Auguſtinus* contra Acad. lib. III. cap. 10. *Interque ipſum* (Democritum) *heredemque ejus Epicurum concordia manere nequiverit*. *Tatianus* Orat. ad ad Græcos cap. V. Γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους γραολογίαν καὶ τοῦ Πυθαγόρου τὴν περὶ τὸ δόγμα ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΝ Et cap. XLI. Ὁ δὲ Ἀριςοτέλης, τοῦ Φερεκύδους δόγματος ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΣ ἐςί. Adi ſis & *Platonem* de Rep. lib. I. pag. 16. ed. Cantabr. *Novatianum* de Trin. cap. 23. ac *Syneſium* Dione pag. 54. C. *Davies*,

5 Duos *autem* præſtantiſſimos *ſtudio*] *Pall. Baliol. Pariſ. Aſcenſ.* & *Turneb.* habent *præſtantiſſimo*. Sed præplacet recepta lectio. Niſi tamen fallor, Cicero ſcripſit *diſcipulos autem præſtantiſſimos ſtudio*, non *duos*, Hoc mendum, ſicut alia plurima, ex compendiaria ſcribendi ratione natum videtur. *Idem*.

6 *Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant* inambulantes *in Lycio*] Sic etiam *Origenes* Philoſ. cap. XX. pagg. 141, 142. Οἱ δὲ inquit, ἀπὸ τοῦ Ἀριςοτέλους ἀπὸ τοῦ ἔργου· ἐπειδὴ γὰρ περιπατοῦντες ἐν τῷ Λυκείῳ ἐζήτουν, διὰ τοῦτο Περιπατητικοὶ ἐκλήθησαν. Et hæc receptior, ut & verior, eſt ſententia. Alii tamen eos hoc nomen à *loco* ſortitos eſſe cenſent; cum quibus facit *Æg. Menagius* ad *Laertii* V, 2. *Id*,

7 *Illam autem Socraticam* dubitationem *de omnibus rebus*, & *nulla affirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt*] *Petrus Ciacconus* putas duas voces abundare, ſe-

que

nibus rebus, & nulla adfirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt. [1] Ita facta eſt [diſſerendi,] quod minume Socrates probabat, ars quaedam philoſophiae, & rerum ordo, & deſcriptio diſciplinae. Quae quidem erat primo duobus, ut dixi, nominibus una: nihil enim inter Peripateticos & illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam ingenii praeſtabat, ut mihi videtur quidem, Ariſtoteles: ſed idem fons erat utriſque, & eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. Sed quid ago? inquit: aut ſumne ſanus, qui haec vos doceo? nam etſi non [2] ſus Minervam, ut aiunt; tamen inepte, quiſquis Minervam docet.
5 Tum Atticus, Tu vero, inquit, perge, Varro: valde enim amo noſtra atque noſtros; meque

que legendum eſſe, *illam autem Socraticam de omnibus rebus nulla affirmatione adhibita conſuetudinem diſſerendi reliquerunt.* URSINUS. *Ibid.* Omnes libri veteres ſtant à vulgata lectione; nec eam deſerendam eſſe res ipſa demonſtrat. Igitur ſarta tecta conſervetur. *Davies.*

1 *Ita facta eſt* diſſerendi, *quod minime Socrates probabat, ars quadam*] Hic quoque verbum *diſſerendi* videtur abundare. Ait enim philoſophiam factam eſſe artem; quæ ars de rebus certis & notis tractare ſolet, cum *Socrates* de ſingulis tanquam de incertis diſputans eam artem eſſe negaret. *Urſinus.*

Ibid. *Ita facta eſt* diſſerendi --- *ars quadam* philoſophiæ] Cum *Lambino* & *Urſino*, deleta voce *diſſerendi* prorſus legerim, *ita facta eſt* --- *ars quadam* philoſophia. Niſi quod ſequentibus conguere videatur ut potius reponamus, *Ita facta eſt* -- *ars quadam* in philoſophia *&* *rerum ordo* &c. Hoc εἰς τέχνην φιλοσοφίαν ἀγαγεῖν dixit *Origenes* Philoſ. cap. xx. pag. 136. Vult autem eos, ut nunc loquimur, Syſtemata philoſophiæ diſcipulis ſuis tradidiſſe. Licet enim *Plato* de rebus phyſicis & dialecticis, æque ac moralibus, egerit; id tamen ordine non adhibito præſtitit, nec ei fuit in animo ſimul integram tradere diſciplinam. Vide ſis inter alios *Apuleium* de Habit. Doctr. Plat. lib. I. pag. 569, 570. & *Auguſtinum* contra Acad. III, 17. ac de C. D. VIII, 4. præcipue vero *Sextum Empiricum* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 16. *Davies.*

2 *Sus Minervam*] Imperitus peritiſſimum. Hoc adagio ſæpius utuntur noſter & *Hieronymus*. Vide & *Cenſo-*

neque iſta delectant, cum Latine dicuntur, & iſto modo. Quid me, inquam, putas, qui philoſophiam jam [3] profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum? Pergamus igitur, inquit, quoniam placet. [4] Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: una, de vita & moribus: altera, de natura & rebus occultis: tertia, de diſſerendo, & [5] quid verum & quid falſum; quid rectum in oratione pravumve; quid conſentiens, quid repugnet, judicando. Ac primam illam partem, bene vivendi, à natura petebant, eique parendum eſſe dicebant; neque ulla alia in re, niſi in natura, quaerendum eſſe illud ſummum bonum, quo omnia referrentur. Conſtituebantque, extremum eſſe rerum expetendarum & finem bonorum, [1] adeptum

Cenſorinum de D. N. cap. 1. De eo fuſe diſſerit *Eraſmus* Prov. pag. 13. *Idem.*

3 *Profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum*] Forte *me populo noſtro exhibiturum.* Lambin.

4 *Fuit ergo jam* accepta *à Platone philoſophandi ratio triplex*] *Petrus Ciacconus* expungit vocem *accepta* tanquam ſupervacaneam. *Urſinus. Ibid.* Temere deletur vox, quam cuncti Codices agnoſcunt, ſi modo ſenſui non repugnat. Id quod hac in re nullo modo dici poteſt. Audiamus *Themiſtium* Orat. XXVI. p. 318. Πλάτων πρῶτον μὲν σποράδην οἰκῦσαν φιλοσοφίαν ξυνῴκισε καὶ συνήγαγεν, ὥσπερ ὁ Θησεὺς τὰς Ἀθήνας· τέως δὲ τεχνῇ διεσπαίδην, μᾶλλον δὲ τίτραχα· καὶ χωρὶς μὲν ἦσαν Ἰταλιώτιδες Μοῦσαι· χωρὶς δὲ αἱ Σικελικαί· χωρὶς δὲ ὁ χορὸς τῶν Ἰάδων ---- Ταύτας μὲν οὖν ἁπάσας ξυνήρμοσε πρῶτον &c. Ne cunctos ſcriptores, qui ſimilia tradiderunt, enumerem; vide ſis *Alcinoum* Doct. Plat. cap. 3. *Originem* Philoſ. cap. XIX. *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. II, 2. *Senecam* Epiſt. LXXXIX. denique *Laertium* III, 56. VII, 39. *Davies.*

5 *Quid verum & quid falſum*] *Lambino* placet *aut quid falſum*; eique renititur *Pet. Faber.* Ego ſane nec huic nec illi do fidem: nam mihi legendum videtur, *quid verum* SIT, *quid falſum.* Tum demum ſat erit commoda MSStorum lectio, qui paullo poſt omnes exhibent *quid conſentiens, quid* REPUGNET. Alioquin enim reſcribas oportet *repugnans*; quemadmodum *Manucius*, *Turnebus*, & *Lambinus* edidere. *Idem.*

 1 *Adeptum*

Digitized by Google

[1] adeptum eſſe omnia è natura, & animo, & corpore, & vita. Corporis autem alia ponebant eſſe in toto, alia in partibus: valitudinem, vires, pulchritudinem, in toto: in partibus autem, ſenſus integros, & praeſtantiam aliquam partium ſingularum: ut in pedibus, celeritatem; vim, in manibus; claritatem, in voce; [2] in lingua etiam [3] explanatam vocum inpreſſionem. Animi autem, quae eſſent [4] ad comprehendendam [ingeniis] virtutem idonea: eaque ab iis in naturam & mores dividebantur. Naturae celeritatem ad diſcendum & memoriam dabant: quorum utrumque, mentis eſſet proprium & ingenii. Morum autem putabant ſtudia

1 *Adeptum eſſe omnia è natura*] Secundum naturam. Noſter de Fin. lib. v. cap. 17. *Hunc ſtatum corporis per ſe ipſum expetit, qui eſt maxime è natura.* Sic & alibi. *Davies.*

2 *In lingua etiam explanatam vocum* impreſſionem] Moneo ſtudioſos, ut conſulant veteres libros: nam mihi placeret magis *expreſſionem*; licet *impreſſionem* aliqua omnino ſententia non careat. *P. Manucius.*

3 *Explanatam vocum* impreſſionem] *Pal.* primus, *Elienſ.* & *Baliol.* dant *expreſſionem*; quod *Manucio* placuit. At mihi, ſimul ac *Grutero*, magis arridet recepta lectio; quæ *Pariſ.* & aliis nititur MSStis, ac κακοφωνίαν omnino vitat. *Davies.*

4 *Ad comprehendendam* ingenii *virtutem*] Fateor me neſcire quid ſibi velit *ingenii virtutem*: & interdum vel abundare *ingenii*, vel corruptum eſſe, credidi. *P. Manucius.*

Ib. In quibuſdam libris MSStis legitur *ad comprehendendam* ingeniis *virtutem* &c. Nam qui docilitate & memoria præſtant, ingenioſi dicuntur, facileque comprehendunt ea, quæ ſunt ad bene vivendum idonea. *Lambin.*

Ibid. Ad comprehendendam ingeniis *virtutem*] Pro *inſerendam ingeniis.* Alii *ingenii* legunt. Utrumque adulterinum *Faber* putat. *Guietus.*

Ibid. Sive cum veteribus editis legas *ingenii virtutem*, ſive cum *Lambino Gruteroque* malis *ad comprehendendam* ingeniis *virtutem*; menti *Ciceronis* adverſatur vox penultima. Nam virtutes proprie dictæ, non ſolum *ingeniis comprehendendæ*, ſed multo magis vita ſunt exprimendæ. Quod ſi *virtutes ingenii* pro docilitate & memoria poſitas arbitreris; hæ non à moribus ſed à natura pendent, adeoque *in naturam & mores* dividi nequeunt. Non igitur mihi dubium videtur, quin nomen id ſit à Librariis additum; quapropter à me cingitur uncinis. Hoc olim

Digitized by Google

dia eſſe & quaſi conſuetudinem, quam partim exercitationis aſſiduitate, partim ratione formabant; in quibus erat philoſophia ipſa: in qua quod inchoatum eſt neque abſolutum, progreſſio quaedam ad virtutem adpellatur; quod autem abſolutum, id eſt virtus, [5] quaſi perfectio naturae, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optuma. Ergo haec animorum. Vitae autem (id enim erat tertium) adjuncta eſſe dicebant, quae ad virtutis uſum valerent. Jam virtus [6] animi bonis & corporis cernitur in quibuſdam, quae non tam naturae, quam beatae vitae adjuncta ſunt. Hominem eſſe cenſebant, quaſi [7] partem quandam civitatis,

olim ſuſpicati ſunt etiam *Paullus Manucius* & *Petr. Faber*. Obſervandum tamen hunc abſurde ſe geſiſſe, cum reponi poſſe cenſuerit *ad comprehendendam* animi *virtutem*. Quis enim diceret, *Animi autem* (bona ponebant ea) *qua eſſent ad comprehendendam* ANIMI *virtutem idonea?* Nemo certe, niſi bardus. De re ipſa vide *Ciceronem* Fin. lib. V. cap. 13. *Davies*.

5 *Quaſi perfectio*] *Hippodamus* Pythagoreus: *Ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάςου φύσιος ϗ ἀκρότας ϗ τελειότας ἐντί*. Τὸ *quaſi* mediocritatis cauſa uſurpat, ut Ariſtoteles *τὸ ἴσως*. Guietus.

6 *Animi* bonis *&* *corporis*] Τὸ *bonis* hic ſuperfluum videtur, & à quibuſdam omittitur. Sed quid hic dicat *Cicero*, parum liquet. Sequentia certe cum iſtis cohærere non videntur. *Guietus*. *Ibid.* Haſce voces, *animi bonis & corporis*, ex margine profectas, adeoque delendas eſſe cenſet doctiſſimus *Walkerus*.

7 *Partem quandam civitatis & univerſi generis humani*] Cum *J. Fr. Gronovio* non facio, qui lib. III. Obſerv. cap. 6. conjunctionem copulativam delet, legitque *partem quandam civitatis univerſi generis humani*. Hominis enim duas σχέσεις memorat noſter: quarum una eſt, quatenus eſt membrum civitatis alicujus, altera quatenus partem facit generis humani. *Maximus Tyrius* Diſſ. XLI. Ἔςι ϗ ὁ ἄρχων ΠΟΛΕΩΣ ΜΕΡΟΣ, ϗ οἱ ἀρχόμενοι παραπλησίως. Naturalem vero omnium hominum conjunctionem paſſim memorant ſcriptores; è quibus vide noſtrum de Fin. lib. III. cap. 19, 20. lib. V. c. 23. Offic. lib. I. cap. 26. de Amic. cap. 5. denique de Legg. lib. I. capp. 10, 23. *Arrianus* Epict. lib. II. cap. XV. pag. 210. *Ἄνευ πάσης αἰτίας ἐξάγεις ἡμῶν ἄνθρωπον ἐκ τοῦ ζῆν φίλον ϗ συνήθη, τῆς αὐτῆς πόλεως πολίτην ϗ τῆς μεγάλης ϗ τῆς μικρᾶς.*

Digitized by Google

civitatis, & univerſi generis humani, eumque eſſe conjunctum cum hominibus [1] humana quadam ſocietate. Ac de ſummo quidem atque naturali bono ſic agunt: cetera autem pertinere ad id putant, [2] aut ad augendum, aut ad tuendum; ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. Ita tripertita ab iis inducitur ratio
6 bonorum. Atque haec illa ſunt tria genera, quae putant plerique Peripateticos dicere. Id quidem non falſo; eſt enim haec partitio illorum: illud inprudenter, ſi alios eſſe Academicos, qui tum adpellarentur, alios Peripateticos arbitrantur. Communis haec ratio, & utriſque hic bonorum finis videbatur, adipiſci
[3] quae eſſent prima in natura quaeque ipſa per ſeſe expetenda, aut omnia, aut maxuma: ea ſunt autem maxuma, quae in ipſo animo atque

μικρᾶς. Plura congeſſit *Lipſius* Phyſ. Stoic. lib. II. Diſſ. 7. Hinc ſe *κοσμοπολίτας* multi nominabant. Adi quæ diximus ad Tuſc. lib. V. cap. 37. *Davies.*

1 Humana *quadam ſocietate*] Putat *J. Fr. Gronovius* Obſerv. III, 6 vix eſſe quin *Tullius* ſcripſerit *communi quadam ſocietate*. At à MSStis equidem ſtandum reor. *Humana ſocietas* eſt ea, quæ cum humano genere, qua ſumus homines, nobis intercedit. *Idem.*

2 *Aut augendum aut tuendum*] Sic repoſui ex Codice Memmiano. Sententia autem plana eſt. Cetera, inquit, pertinent ad id bonum aut amplificandam atque augendum, aut tuendum ac retinendum. *Agendum*, quod eſt in vulgatis, ferri non poteſt. *Lambinus.*

Ibid. Aut ad augendum *aut ad tuendum*] Cl. *Walkerus* legit *aut adipiſcendum aut tuendum*. Editi nonnulli *aut ad agendum*; quam lectionem nollem probarent *Petr. Faber* & *Fr. Guietus*. Nam, præterquam quod *Tullius* hoc modo cauſam ποιητικὴν non eloqueretur; divitias reliquaque quæ memorat noſter, haud ſunt bona naturalia, ſeu vitam beatam non conſtituunt, ſed eam ornant & ex beata faciunt beatiſſimam. Id certe ſtatuerunt Academici Peripateticique, ut infra cap. VI. teſtatur *Cicero*. Vide & Tuſc. lib. V. capp. 8, 13. ac Fin. lib. IV. cap. 6. & lib. V. cap. 24. Porro *Baliol. Pariſ.* & *Elienſ.* non *tuendum* ſed, *tenendum* repræſentant. Vel hæc vel

illa

atque in ipſa virtute verſantur. Itaque omnis illa antiqua philoſophia ſenſit in una virture eſſe poſitam beatam vitam; nec tamen beatiſſimam, [4] niſi adjungerentur etiam corporis, & cetera, quae ſupra dicta ſunt, ad virtutis uſum idonea. Ex hac deſcriptione, agendi quoque aliquid in vita & officii ipſius initium reperiebatur: quod erat in conſervatione earum rerum, quas natura praeſcriberet. Hinc gignebatur fuga deſidiae, voluptatumque contemptio: ex quo laborum dolorumque ſuſceptio multorum, magnorum; recti honeſtique cauſa, & earum rerum quae erant congruentes cum deſcriptione naturae. [5] Unde & amicitia exſiſtebat, & juſtitia, atque aequitas: [6] haeque & voluptatibus & multis vitae commodis anteponebantur. Haec quidem fuit apud eos morum

illa lectio probari queat. *Davies.*

3 *Qua eſſent* prima *in natura*] Sic recentiores editi; nam *Baliol. Pariſ. Aſcenſ. Victor.* & *Turneb.* dant *qua eſſent in prima natura.* Lege *qua eſſent prima natura.* Sic Fin. lib. II. cap. XI. *Ut ea, qua* prima *data* (Lege cum MS. Elienſ. *dicta*) *ſunt* natura. Et alibi paſſim. *Idem.*

4 *Niſi adjungerentur* etiam *corporis, & cetera*] Sic *Lambinus* edidit, & ſic diſerte MS. *Pariſ.* Vulgo *adjungerentur* & *corporis.* Idem.

5 *Unde* & *amicitia*] Sic *Elienſ. Pariſ. Baliol.* & veteres editi, Vulgo deeſt vox media. *Idem.*

6 *Haque & voluptatibus &* multis *vita commodis anteponebantur*] Non tam abjecte de virtutibus ſentiebant Platonis & Ariſtotelis diſcipuli, ut eas *multis* tantum vitæ commodis anteponerent. *Cicero* Tuſc. lib. V. capp. 17, 18. *Quo loco quaro, quam vim habeat libra illa Critolai?* (is erat Peripateticus) *qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa; tantum propendere illam animi lancem putet, ut terram & maria deprimat. Quid ergo hunc prohibet, aut etiam Xenocraten illum, graviſſimum philoſophorum, exaggerantem tanto opere virtutem, extenuantem cetera & abjicientem, in virtute non beatam modo vitam ſed etiam beatiſſimam ponere? Apuleius* de Habit. Doctr. Platon. lib. II. pag. 621. *Nec fruſtra eſt, quod Virtus fortunatiſſimos poteſt facere; cum abſque hac ex aliis proſperis non poſſit felicitas inveniri.* Lege igitur

Digitized by Google

rum inſtitutio, & [1] ejus partis, quam primam
7 poſui, [2] forma atque deſcriptio. De natura autem (id enim ſequebatur) ita dicebant, ut eam dividerent in res duas; ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe praebens, [3] ea quae efficeretur aliquid. In eo quod efficeret, [4] vim eſſe cenſebant: in eo autem, quod efficeretur, materiam quandam: in utroque tamen utrumque: neque enim materiam ipſam cohaerere potuiſſe, ſi nulla vi contineretur, neque vim ſine aliqua materia. [5] Nihil eſt enim, quod non [6] alicubi eſſe cogatur. Sed quod ex utroque; id jam corpus, [7] & quaſi qualitatem quandam nominabant: dabitis enim profecto, ut in rebus inuſitatis, quod Graeci ipſi

ſigitur velim, *haque & voluptatibus & CUNCTIS vita commodis anteponebantur.* Vide ſis *Andronicum Rhodium* in Paraphr. Ethic. Nicom. lib. I. cap. 14. *Origenem* Philoſ. cap. XIX. pag. 123, 124. ac cap. XX. p. 139. denique noſtrum de Fin. lib. II. cap. 21. lib. IV. capp. 18, 26. ac lib. V. capp. 21, 24, 30, 31. *Dav.*

1 *Ejus* partis, *quam primam poſui*] Sic omnino legendum, quod etiam Cl. *Walkerus* obſervavit. Reſpicit enim noſter ad illa cap. 5. *Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex: una de vita & moribus; altera de natura & rebus occultis; tertia de differendo.--Ac primam illam* PARTEM *bene vivendi à natura petebant* &c. Vulgo *ejus* ARTIS, *quam primam poſui.* Sed ei voci nullus eſt locus, licet illam retineant libri tam calamo quam typis deſcripti. *Idem.*

2 *Forma*] Delineatio, Exemplar. *Guietus.*

3 Ea *qua efficeretur aliquid*] Turnebus & Lambinus *ex qua.* Placet *Gruteri* lectio, *ea qua. Achilles Tatius* in *Aratum* (cap. 3.) *Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀρχὴν εἶναι λέγει τῶν ὅλων Θεὸν καὶ ὕλην· Θεὸν μὲν τὸ ποιεῖν, ὕλην δὲ τὸ ποιούμενον.* GUIETUS. *Ibid.* Abſurda quidem non eſt *Turnebi* conjectura, pro qua reponit *ex qua efficeretur aliquid.* Malim vero *& qua efficeretur aliquid*; quod vulgatæ lectioni propius eſt. Sic paulo poſt: *In eo* quod efficeretur, (cenſebant eſſe) *materiam quandam.* Et cap. XI. *Aut quod efficeret aliquid, aut* quod efficeretur. *Davies.*

4 *Vim eſſe cenſebant*] Pariter Stoici; qui, ſicut auctor eſt *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. 3. *naturam in duas partes dividunt: unam qua efficiat; alteram, qua ſe ad faciendum tractabi-*

ipſi faciunt à quibus haec jam diu tractantur, [8] utamur verbis interdum inauditis. Nos vero, inquit Atticus: quin etiam Graecis licebit utare, cum voles; ſi te Latina forte deficient. [9] Bene ſane facis: ſed enitar, ut Latine loquar, niſi in hujuſcemodi verbis, ut philoſophiam, aut rhetoricam, aut phyſicam, aut dialecticam adpellem, quibus, ut aliis multis, conſuetudo jam utitur pro Latinis. Qualitates igitur adpellavi, quas ποιότητας Graeci vocant: quod ipſum apud Graecos non eſt vulgi verbum, ſed philoſophorum; atque id in multis. [10] Dialecticorum vero verba nulla ſunt publica: ſuis utuntur. Et id quidem commune omnium fere eſt artium: aut enim nova ſunt rerum novatum

tractabilem prabeat. In illa prima eſſe vim ſentiendi; (Lego *cenſent*;) *in hac materiam; nec alterum ſine altero eſſe poſſe.* Vis autem hæc, animus eſt mundi, quem notiſſimis verſibus deſcripſit *Maro* Æn. VI, 724, ſeqq. Vide *noſtrum* infra cap. 8. & *Minucium Felicem* Octav. cap. XIX. præcipue vero *Alcinoum* de de Doctr. Platon. cap. XIV. *Idem.*

5 *Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur*] Hoc totum mihi videtur alienum, non Ciceronis. LAMBIN. Abſque cauſa ſontica, quemadmodum monuit *Pet. Faber.* Eum vide. *Davies.*

6 *Alicubi eſſe*] Platoni & Platonicis materia locus eſt. Vide Timæum Platonis. *Guietus.*

7 *Et qualitatem nominabant*] Libri quidam veteres habent, *& quaſi qualitatem quandam nominabant.* Lambin.

Ibid. Et quaſi *qualitatem quandam nominabant*] Delenda vox *quaſi*, auctoribus antiquis Codicibus. URSINUS. *Ibid.* Voculam *quaſi* præ ſe ferunt *Elienſ. Baliol. Aſcenſ.* & *Victor.* nec eam *Tullio* reor abjudicandum; nam, quod viderunt etiam *P. Faber* & *Fr. Guietus*, uſum verbi Latinis auribus tunc novi mollire conatus eſt. *Davies.*

8 *Utamur verbis interdum inauditis*] Elienſ. & Aſcenſ. *non auditis.* Ex interpretatione tamen, niſi fallor, nata eſt ea lectio. Eandem vero rem agit noſter etiam lib. III. Fin. capp. 2, 4. *Davies.*

9 *Bene ſane facis*] Forte, *bene ſane mecum agis.* LAMBIN. Ibid. *Je t'en remercie.* Sic lib. III. de Fin. cap. 4. Cato; *Bene facis, quod me adjuvas.* Apud Comicos paſſim. *Guietus.*

10 *Dialecticorum* quoque *verba nulla ſunt publica*] In quibuſdam libris MStis legitur, *Dialecticorum vero verba nulla ſunt publica; utuntur ſuis.* Lambinus.

1 *Ut*

Digitized by Google

tum facienda nomina, aut ex aliis transferenda. Quod ſi Graeci faciunt, qui in iis rebus tot jam ſaecula verſantur; quanto id magis nobis concedendum eſt, qui haec nunc primum tractare conamur? Tu vero, inquam, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, ſi eos non modo copia rerum auxeris, [1] ut effe-
8 ciſti, ſed etiam verborum. Audebimus ergo, inquit, novis verbis uti, te auctore, ſi neceſſe erit. Earum igitur qualitatum ſunt aliae principes, aliae ex iis ortae. Principes ſunt uniuſmodi & ſimplices: ex iis autem ortae, variae ſunt & quaſi multiformes. [2] Itaque aer quoque (utimur enim pro Latino) & ignis, & aqua, &

1 *Ut* effeciſti] Lambinus *feciſti*. Placet. GUIETUS. Ibid. Malim *ut perfeciſti*. Vide lib. II. Fin. cap. 21. *Davies*.

2 *Itaque aër (utimur enim pro Latino)* & *ignis & aqua*] Ita legendum ex MSto. *Urſinus*.

Ibid. Itaque aër--& *ignis*] Vulgo *itaque aër* quoque--ignis. Sed ut, probante *Guieto*, voculam prorſus ſupervacaneam ex MSto *Urſin.* delevi; ſic alteram æque neceſſariam ex eodem & *Elienſ.* ſupplevi. *Davies*.

3 Prima *ſunt*] Malim cum Cl. *Walkero* reponere *prima ſunt*, ut ea vox ad qualitates referatur. *Davies*.

4 *Animantium* formæ] Id eſt, ſpecies. *Guietus*.

5 *Illa initia &, ut è Græco versam, elementa*] Ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα. Licet enim has voces diſtinguant nonnulli, quod patet ex *Laërtio* VII, 134. (quem exſcripſit *Suidas* in ἀρχὴ) *Plutarcho* Plac. Philoſ. I, 2. *Cyrillo* in Julian. lib. II. p. 50. C. *Nemeſio* Nat. Hom. cap. V. pag. 113. aliiſque; tamen eæ paſſim confunduntur. *Origenes* Philoſ. cap. VI. de Anaximandro: Οὗτος μὲν ΑΡΧΗΝ καὶ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ εἴρηκε τῶν ὄντων τὸ ἄπειρον, πρῶτος τοὔνομα καλέσας τῆς ΑΡΧΗΣ. Sic etiam *Laertius* lib. II. cap. 1. Vide & *Sextum Empiricum* Pyrrh. Hypot. lib. III. cap. IV. §. 37. *Ariſtotelem* Metaphyſ. lib. II. cap. 3. & *Simplicium* in Phyſ. lib. I. fol. 6. *Davies*.

6 *Quintum genus, ex quo eſſent aſtra menteſque*, ſingulare, eorumque *quatuor qua ſupra dixi diſſimile*] Sic recte *Pall. Pariſ.* & *Baliol.* ut *Guietus* etiam vidit. Nam veteres editi dant *aſtra menteſque* ſingulares, eorum *quatuor diſſimile*. *Laertius* V, 32. Ariſtoteles cenſuit εἶναι παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. *Cicero* Tuſc. I, 10. *Ariſtoteles* ---- *quintam quandam naturam eſſe cenſet è qua ſit mens*. Vide ſis & lib. IV. de Fin.

Digitized by Google

& terra, [3] prima ſunt: ex iis autem ortae, [4] animantium formae, earumque rerum quae gignuntur è terra. Ergo [5] illa initia, &, ut è Graeco vertam, elementa dicuntur: è quibus aer & ignis, movendi vim habent & efficiendi; reliquae partes, accipiendi & quaſi patiendi: aquam dico, & terram. [6] Quintum genus, è quo eſſent aſtra menteſque, ſingulare, eorumque quattuor, quae ſupra dixi, diſſimile Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur. [7] Sed ſubjectam putant omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate (faciamus enim tractando uſitatius hoc verbum & tritius) materiam quandam, [8] ex qua omnia expreſſa atque

Fin. cap. 5. Obiter liceat *Origenem* Philoſ. cap. xx. pag. 139. uno & altero mendo liberare. Sic igitur ille: Ὡι ὑποτίθενται εἶναι ΜΕΤΑ τῶν ἄλλων τεσσάρων ------ λεπτότερον οἷον πνεῦμα· Lege Ὃ (videlicet πέμπτον σῶμα) ὑποτίθενται εἶναι ΜΕΝ τῶν ἄλλων τεσσάρων ---λεπτότερον, οἷον πνεῦμα. Plura ſuppeditabit *J. B. Cotelerius* ad *Clementis* Recogn. lib. VIII. cap. 15. quibus adde *Cyrillum* in *Julian*. lib. II. p. 48. & *Nemeſium* de Nat. Hom. cap. V. p. 126. *Idem.*

7 *Sed ſubjectam putant omnibus*] *Putat* ex Palatinis apud *Gruterum* lego, ut ad Ariſtotelem referatur. GUIETUS. Ibid. Pall. *putat*, ac cum iis faciunt *Pariſ.* & *Baliol.* Non male fortaſſis, inquiunt *Gruterus* & *Guietus*. Sed alia mihi ſtat in animo ſententia; cum non ſolum Ariſtoteles ejuſque diſcipuli, ſed etiam Platonici Stoicique, materiam quandam ἄποιον καὶ ἀνείδεον poſuerint. De his vide *Lipſium* Phyſ. Stoic. lib. II. Diſſert. 2. de Platonicis vero *Alcinoum* Doctr. Platon. cap. VIII. *Origenem* Philoſ. cap. XIX. pag. 111. *Chalcidium* in Timæum §. 306. *Apuleium* de Habit. Doctr. Plat. lib. I. pag. 572. denique *Diogenem* Laertium III, 69, 76. *Idem.*

8 *Ex qua omnia expreſſa atque efficta ſint*] *Efficta* malui quam *effecta*: nam & in Lucullo, quamvis alia de re, *Viſum*, inquit, *impreſſum* effictumque *ex eo unde eſſet*. Et ibidem: *Impreſſum & ſignatum &* effictum. In oratione autem pro Amerino cap. XVI. *Ut* effictos, inquit, *noſtros mores in aliis perſonis* expreſſamque *imaginem noſtra vita quotidiana videremus*. Scriptor etiam Rhet. ad Herennium lib. IV. *Exprimere & effingere verbis formam corporis.* P. Manucius.

Ibid. *Ex qua omnia expreſſa atque efficta ſunt*] Sic cenſet legendum Adr.

Digitized by Google

que effiсta ſint: ([1] quae tota omnia accipere poſſit, [2] omnibuſque modis mutari atque ex omni parte) [3] eoque etiam interire, non in nihilum, ſed in ſuas partes, quae infinite ſecari ac dividi poſſint; [4] cum ſit nihil omnino in rerum natura minumum, quod dividi nequeat: quae autem moveantur, omnia intervallis moveri; quae intervalla item infinite dividi poſſint. Et cum ita moveatur [5] illa vis, quam qualitatem eſſe diximus, & cum ſic ultro citroque verſetur; & materiam ipſam totam penitus conmutari putant, & [6] illa effici quae adpellant [7] qualia, [8] è quibus in omni natura

Adr. Turnebus: & recte: cum vulgati libri habeant *effecta*. Lambinus.

Ibid. *Ex qua omnia expreſſa atque* effiсta *ſint*] Vulgo *effecta ſint*: ſed cum certa videatur *Turnebi*, *Manucii Lambinique* conjectura, quibus adſentiuntur etiam *Menagius* ad *Laertii* III, 69. & *Guietus*; non erat cur vitioſa lectio *Ciceronem* diutius macularet. *Davies*.

1 *Qua* tota *omnia*] Æmarus Ranconetus *qua* ſola *omnia* ex conjectura. An ſic legendum? *Qua* totam *omnia accipere poſſint*, *omnibuſque modis mutare*: id eſt, quæ omnia compoſita totam materiam accipere poſſint. Placet. Tò *eoque omnia interire* optime quadrat in compoſita; quod de materia non niſi improprie dici poterat. *Guietus*.

Ibid. *Qua tota omnia accipere* poſſit, *omnibuſque modis* mutari] Vulgo *poſſint*, *omnibuſque modis mutare*. Siquidem vero hæc de *materia prima* dicantur, quæ πανδεχὴς eſt omniumque rerum *receptaculum*, ut loquitur *Chalcidius* in Timæum §. 306. ex *Elienſi* noſtro *poſſit* recepimus; & haud aliter jamdudum ediderant *Manucius* ac *Lambinus*. At *mutari* nobis ſuppeditavit *Urſini* Codex, quem ſequendum duximus: licet enim me non fugiat, Latinos in patiendi ſignificatu *mutare* dixiſſe, quod & Græco μεταβάλλειν contigit; tamen hoc modo non exigua reſtaret ἀμφιβολία, quam ſcriptor perſpicuitatis ſtudioſiſſimus omnino vitat. Vide lib. II. Acad. cap. 37. *Davies*.

2 *Omnibuſque modis* mutare] *Mutari* habet liber antiquus; fortaſſe melius. *Urſin*.

3 *Eoque etiam interire*] Nempe ea quæ genita ſunt. Itaque velim ſic legi, *eoque etiam* omnia *interire* &c. *Lambin*.

Ibid. Eoque *etiam interire*] Cum hæc ad ea, quæ facta ſunt, cuncta referantur; *Lambinus* reſcribendum conjecit *eoque etiam* omnia *interire*: ſed minima quidem mutatione repoſuerim *eaque etiam interire*. Prorſus, ut opinor, falſus eſt *Petr. Faber*, qui

natura cohaerente & continuata cum omnibus ſuis partibus effectum eſſe mundum: extra quem nulla pars materiae ſit, nullumque corpus. Partes autem eſſe mundi, omnia, quae inſint in eo, quae natura ſentiente teneantur; in qua ratio perfecta inſit, quae ſit eadem ſempiterna: (nihil enim valentius eſſe, à quo intereat) quam vim animum eſſe dicunt mundi, eandemque eſſe mentem ſapientiamque perfectam; quem deum adpellant, [9] omniumque rerum, quae ſunt ei ſubjectae, quaſi prudentiam quandam, procurantem caeleſtia maxume, deinde in terris ea, quae pertinent ad homines:

qui hæc de materia ipſa cenſuit accipienda: nam materia prima mortis & interitus expers ſit oportet: *ſit* autem *converſio juxta ſylvam, non ipſa ſylva perpetiente mutationem, ſed earum, quæ ſunt in eadem & continentur ab ea, qualitatum. Quippe ſi ipſa mutabitur, in aliud quiddam convertatur neceſſe eſt, ac deſinet eſſe ſylva, quod ratione certe caret.* Verba ſunt *Chalcidii* in Timæum §. 307. Vide ſis cum alibi, tum §. 299, 313. Rem luculenter explicat etiam *Origenes* Philoſ. cap. XIX. p. 111, ſeqq. *Davies.*

4 *Cum ſit nihil omnino in rerum natura minimum* &c.] Nam phyſici non eſt, credere aliquid eſt minimum. *Lambin.*

5 *Illa vis*] Id eſt, forma. Plato: Σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτήν· κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν· τὴν ὕλην ſcilicet. *Guietus.*

6 Illa *effici quæ appellant qualia*] Vulgo *ita effici.* Nos vero lectionem damus quam ſua præſtat elegantia, ſimul ac MStus *Baliol.* nec aliter *Aſcenſius* & *Victorius* ediderunt. *Plutarchus* de Repugn. Stoic. p. 1054. A. Πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσι, τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα .. οἷς ἂν ἐγγίνωνται μέρεσι τῆς ὕλης εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν· Dav.

7 *Qualia*] Τὰ ποιὰ, vel πεποιωμένα, id eſt, corpora conſtantia ex materia & forma, vel à forma finita & determinata. *Guietus.*

8 *E quibus* in *omni*] Forte deleta voce penultima ſcribendum, *è quibus, omni natura cohærente & continuata, cum omnibus ſuis* &c. *Dav.*

9 *Omniumque rerum --- quaſi* prudentiam *quandam*] Editi nonnulli *providentiam quandam*; contra quam jubent Codices, aut poſtulat res ipſa. *Cicero* N. D. II, 22. *Talis igitur mens mundi cum ſit, ob eamque cauſam* vel prudentia vel providentia *appellari recte poſſit; Græce enim πρόνοια dicitur* &c. Rurſus ejuſdem libri cap. 31. *Efficitur omnia regi divina mente atque* prudentia. Sic enim nos edidimus optimos libros ſecuti; cum in vulgatis ſit

C *provi*

nes: [1] quam interdum, neceſſitatem adpellant; [2] quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit [3] ire; quaſi fatalem & inmutabilem continuationem ordinis ſempiterni: [4] nonnumquam quidem eandem fortunam; quod efficiat [5] multa inproviſa nec opinata nobis propter obſcuritatem ignora-
9 tionemque cauſarum. Tertia deinde philoſophiae pars, quae erat [6] in ratione & in diſſerendo, ſic tractabatur ab utriſque: [7] quanquam oriretur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus. Mentem volebant rerum eſſe judicem: ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur; quia ſola cerneret id,

providentia. Similiter apud *Petronium* Satir. cap. XVIII. reponas oportet *adjuvaturos nos divinam prudentiam*; ſic enim exhibent MSSti, non *providentiam*. Vide ſis *Nonium* in *prudentia*. Davies.

1 *Quam interdum* eandem *neceſſitatem appellant*] Vulgo prætermittunt *eandem*; quam vocem ex *Baliol. Pariſ. Aſcenſ.* & *Victor.* revocavimus. *Idem.*

2 *Quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit*, ire] Vulgo, *atque ab ea conſtitutum ſit, inter.* Quare *Lambinus*, probante *Bruto*, dedit, *quia nihil aliter* eſſe *poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit*, interdum *quaſi fatalem.* Nec aliter *Guietus.* Sed multo meliores ſunt *Turnebi Manuciique* conjecturæ, quorum hic reſcribit *fieri*, ille vero *evenire.* Nobis autem legendum videbatur *ire*, cum MStus *iter* exhibeat, eaque minima ſit mutatio. *Seneca* Epiſt. V. *Spem metus ſequitur; nec miror iſta ſic* ire. Sic *iter natura* dixit noſter de Fin. lib. IV. cap. 14. & *rerum vias* Flaccus Argon. III. 17. *Idem.*

3 *Inter quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni*] Melius & apertius *iter quaſi fatale.* Sic habet ſcriptus liber. Mihi tamen placeret *Fieri quaſi fatalem* &c. Tota ſententia perpendatur: noſtra fortaſſe non repudiabitur opinio. *P. Manucius.*

4 *Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improviſa* hæc *nec opinata nobis*] Quidam libri veteres habent *Interdum quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improviſa* & *nec-opinata nobis* &c. *Lamb.*

5 *Multa improviſa nec opinata*] Vulgo *multo improviſa* hæc *nec opinata*, unde *Lambino* placuit, *multa improviſa* & *nec-opinata.* Nec contemnenda eſt ea ratio, præſertim ſi libris veteribus nitatur. Cum tamen in *Manuciorum* editionibus *hac* non compareat, eas hic exprimendas cenſui; nec aliter repræſentant *Lactantii*

id, quod ſemper eſſet, ſimplex, & uniuſmodi, & tale, quale eſſet. [8] Hanc illi ideam adpellabant, jam à Platone ita nominatam: nos rectè ſpeciem poſſumus dicere. Senſus autem omnes, hebetes & tardos eſſe arbitrabantur, nec percipere ullo modo res eas, quae ſubjectae ſenſibus viderentur; [9] quae eſſent aut ita parvae, ut ſub ſenſum cadere non poſſent; aut ita mobiles & concitatae, ut nihil umquam unum eſſet conſtans; [10] ne idem quidem, quia continenter laberentur, & fluerent omnia. [11] Itaque hanc omnem partem rerum, opinabilem adpellabant. Scientiam autem nuſquam eſſe cenſebant, [12] niſi in animi motionibus atque rationibus:

tii Codices, qui Div. Inſt. lib. III. cap. 29. hunc locum laudat. *Dav.*

6 *In ratione*] Forte *in oratione.* *Lambin.*

7 *Quamquam oriretur*] Forte *quamquam* judicium *oriretur à ſenſibus*. Id.

8 *Hanc illi* Ideam *appellabant*] Audiamus *Senecam* Epiſt. LVIII. *Quid ſit Idea, id eſt quid Platoni eſſe videatur, audi. Ideà eſt eorum quæ natura fiunt exemplar æternum. Adjiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere. Exemplar picturæ te habeo, ex quo capit aliquem hàbitum mens, quem operi ſuo impònat. Ita illa quæ me docet & inſtruit fàcies, à qua pètitur imitatio, Idea eſt* &c. Plura non addam, cum hac de re fuſe dixerim ad Tuſc. Diſput. lib. I. cap. 24. *Davies.*

9 Quæ *eſſent*] Cum *Grutero* legerim *quia eſſent* &c. *Idem.*

10 Ne idem *quidem* quia *continenter laberentur*] *Baliol.* habet *eidem quidem laberentur continentur.* Unde commodum reponi queat; *& idem, quia continenter laberentur* &c. quæ eſt Cl. *Walkeri* conjectura. *Chalcidius* in Platonis Timæum pag. 424. ed. Meurſ. *Ut conſtans aliquid &, ſemper idem* &c. Idem.

11 *Itaque hanc òmnem partem rerum opinabilem àppellabant*] Hunc locum affert *Nonius* in *òpinabile*, & ex noſtro corrigendus eſt: nam in editione *Dionyſ. Gothofredi* lego, *Cicero Acad.* lib. I. *Itàque hanc omnem* artem *rerum opinabilem* appellabat. *Auguſtinus* contra Acad. lib. III. cap. XI. *Sunt qui iſta omnia, quæ corporis ſenſu accipit animus,* opinionem *poſſe gignère confitentur, ſcientiam verò negant. Quam tamen volunt intelligentia còntineri; remotamque à ſenſibus in mentè vivere.* Vide ſis & *Alcinoum* Doctr. Plat. càp. IV. ac *Ariſtotelem* Metaphyſ. lib. I. cap. 6. nec non lib. XII. cap. 4. *Id.*

12 *Niſi in animi* notionibus] Sic

 habet

tionibus: qua de cauſa definitiones rerum probabant, & has ad omnia, de quibus diſceptabatur, adhibebant. Verborum etiam explicatio probabatur, [1] id eſt, qua de cauſa quaeque eſſent ita nominata; quam etymologiam adpellabant. Poſt argumentis, [2] & quaſi rerum notis ducibus, utebantur ad probandum & ad concludendum id, quod explanari volebant; [3] in qua tradebatur omnis diſciplina dialecticae, id eſt, orationis ratione concluſae. Huic quaſi ex altera parte, [4] oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad perſuadendum accommodatae. [5] Haec erat illis prima à Platone tradita: [6] cujus quas acceperim diſputa-

habet Codex unus vetus. Alii *motionibus*, quod non rejicit *Adr. Turnebus*, & interpretatur *agitationibus*. *Nam in cogitando*, inquit, *Platoni animus movetur*. Ego tamen magis probo *notionibus*, quemadmodum edendum curavi. Neque ille improbat. *Lambin.*

Ibid. *Niſi in animi* motionibus] Id eſt animi agitationibus; nam in cogitando animus movetur. Hinc Latinis τὸ νοεῖν dictum eſt cogitare, νόησις cogitatio: id eſt, coagitare, coagitatio. *Guietus.*

1 *Qua de cauſa quaque eſſent*] Libri veteres habent, *id eſt, qua de cauſa quaque eſſent.* Quam ſcripturam non puto rejiciendam. *Lambin.* Sic poſt *Victorium Gruterum*que nos edidimus. *Davies.*

2 *Et quaſi rerum notis utebantur*] Nonnulli libri veteres habent, *& quaſi rerum notis* ducibus *utebantur.* Ego nihil muto. *Lambin.*

Ib. *Et quaſi rerum notis* ducibus] Ultima vox in nonnullis Codd. deeſt; at eam agnoſcunt plures MSti. Legerim *& rerum notis, quaſi ducibus utebantur* &c. Sic de Fin. l. III. c. 15. *Ut* (divitiæ) QUASI DUCES *ſint ad voluptatem* &c. *Rerum notas* pariter etiam dixere noſter Fin. lib. V. cap. 25. & *Seneca* Nat. Quæſt. lib. I. cap. 1. Ea voce tamen omiſſa, Cl. *Walkerus* legit, *poſt argumentis, quaſi rerum notis utebantur.* Davies.

3 *In qua*] Non eſt quo pronomen femininum referatur. Forſan reſcribendum *ibique*. Davies.

4 *Oratòria vis* dicendi] Ultimam vocem tanquam Gloſſema ſuſtulit *Hadr. Turnebus.* Ei quidem renititur *Petr. Faber*; nec tamen exempla, quæ protulit doctiſſimus ille vir, rem videntur conficere. Tentemus igitur an à nobis adduci poſſint aptiora. *Cicero* in Bruto cap. LXXV. *Ad hanc elegantiam verborum Latinorum adjungit illa oratoria ornamenta* DICENDI. Sic *oratoriam eloquentiam* dixit auctor de cauſis Corr. Eloqu. capp. 6, 8. Quod ad inde

Digitized by Google

diſputationes, ſi vultis, exponam. Nos vero volumus, inquam, ut pro Attico etiam reſpondeam. Et recte, inquit, reſpondes: praeclare enim explicatur Peripateticorum & Academiae veteris auctoritas. [7] Ariſtoteles primus ſpecies, quas paullo ante dixi, labefactavit: quas mirifice Plato erat amplexatus; ut in his quiddam divinum eſſe diceret. Theophraſtus autem, vir & oratione ſuavis, [8] & ita moratus ut prae ſe probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris diſciplinae: ſpoliavit enim virtutem ſuo decore, inbecillamque reddidit; quod negavit in ea ſola poſitum eſſe, beate vivere. Nam

rem noſtram præprimis facit: nam cum *eloquentia* ſit *vis dicendi*; perinde eſt ſive *oratoriam vim dicendi*, ſive *oratoriam eloquentiam* dicas. Nihil igitur hoc in loco delendum arbitror. *Idem.*

5 *Hac erat* illis prima *à Platone tradita*] Nihil eſt ad quod hæc referantur; niſi forſan intelligatur *ratio*, quod *Turnebus* voluit. Sed hoc durum eſt, nec in ullo ſcriptore tolerandum. Quid mihi venerit in mentem paucis exponam. Lego igitur, *hac erat* philoſophia (vel ſi mavis *diſciplina*) *à Platone tradita.* Nam cum tres philoſophiæ Platonicæ partes breviter tetigerat *Varro*; hujuſmodi verba merito poterat adjungere. *Idem.*

6 *Cujus quas acceperim* diſputationes] Per *diſputationes* Turnebus intelligit ea quæ in diſputationem vocata ſunt, ſeu de quibus fuit contentio. Sed ei voci talem vim competere non crediderim. Verum tamen illa quidem *Tullii* mens eſt, ut forſan verba mendo quodam laborent. Lego *cujus quas acceperim* MUTATIONES vel IMMUTATIONES. Sic cap. XI. *Hæc non tam rebus quam vocabulis* commutaverat. Et cap. XII. *Plurima autem in illa tertia philoſophiæ parte* MUTAVIT. Vide & lib. II. cap. 6. *Idem.*

7 *Ariſtoteles primus ſpecies--labefactavit*] Hoc agit Stagirita Metaphyſ. lib. XII. capp. 4, 5. Quin & ſpecies haſce τερετίσματα vocavit Analyt. Poſter. lib. I. cap. 19. Τερετίσματα vero, docente *Philopono*, καλοῦνται τὰ παραψάλματα τῶν κιθαρῳδῶν, ἅπερ ἀνάρθρως ᾄδουσι δοκιμασίας ἕνεκεν τῆς ἀπηχήσεως τῶν χορδῶν. Huc reſpicit *Origenes* in Celſum lib. II. pag. 67. cum tradit Ἀριστοτέλη Πλάτωνος τερετίσματα τὰς ἰδέας ὠνομακέναι. Ibi vide *Gul. Spencerum.* Vide ſis & Ethic. Nicom. lib. I. cap. 6. & Eudem. lib. I. cap. 8. *Idem.*

8 *Et ita moderatus*] Libri duo MSSti habent *& ita moratus*, unde

Nam Strato, ejus auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea diſciplina omnino ſemovendus eſt: qui cum maxume neceſſariam partem philoſophiae, quae poſita eſt in virtute & in moribus, reliquiſſet, totumque ſe ad inveſtigationem naturae contuliſſet, in ea ipſa plurimum diſſedit à ſuis. Speuſippus autem & Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque ſuſceperant; & poſt hos Polemo, & Crates, unaque Crantor, in Academia congregati, [1] diligenter eis, quae à ſuperioribus acceperant, utebantur. Jam Polemonem audiverant aſſidue Zeno & [2] Arceſilas. Sed Zeno cum Arceſilam anteiret aetate, valdeque ſubtiliter diſſereret, & [3] peracute moveretur; conrigere conatus eſt diſciplinam. Eam quoque, ſi videtur, conrectionem explicabo, ſicut ſolebat Antiochus. Mihi vero, inquam, videtur: quod
11 vides idem ſignificare Pomponium. Zeno igitur

quidam legendum putant, & vita *ita moratus*. Ego ſcripturam antiquam ſine ulla additione probo: neque tamen vulgatam damno. *Lambin.*

1 *Diligenter* ea, *qua à ſuperioribus acceperant*, tuebantur] Duo libri veteres habent, *diligenter* eis, *qua à ſuperioribus acceperant*, utebantur. Ego nihil muto. *Lambinus.*

1 *Diligenter* eis, *qua à ſuperioribus acceperant*, utebantur] Editi veteres *ea -- tuebantur*, quod *Lambinus*, *Faber* & *Guietus* probant. At cum receptam lectionem ſervent *Pall.* & *Pariſ.* non eſt cur ab ea recedatur. Davies.

2 *Arceſilas — Arceſilam anteiret*] Baliol. *Arceſilaus --- Arceſilaum anteiret.* Et hicce quidem philoſophus Græcis Ἀρκεσίλαος vocatur. Quin & *Arceſilaum philoſophum* nominat *Agellius* N. A. III, 5. Alteram tamen rationem *Cicero*, *Auguſtinus* & alii potius amabant. *Idem.*

3 *Peracute moveretur*] Acutiſſimi eſſet ingenii. Noſter de Legg. lib. II. cap. 18. *Qui modo ingenio poſſit moveri.* Similiter homines ingenii tardioris iis, *qui acute moventur*, opponit *Auguſtinus* ad Marcellinum Epiſt. V. pag. 10. Vide lib. 1. de Orat. cap. 25. *Idem.*

4 *Nervos virtutis* incideret] Vulgo *inciderit*: quo modo ſi ſcripſiſſet *Cicero*,

Digitized by Google

tur nullo modo is erat, qui, ut Theophraſtus, [4] nervos virtutis incideret: ſed contra, qui omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute poneret, nec quicquam aliud numeraret in bonis; idque adpellaret honeſtum, quod eſſet ſimplex quoddam, & ſolum, & unum bonum. Cetera autem etſi nec bona nec mala eſſent; tamen alia ſecundum naturam dicebat, alia naturae eſſe contraria: iis ipſis alia interjecta & media numerabat. Quae autem ſecundum naturam eſſent; ea ſumenda, & quadam aeſtimatione dignanda docebat; contraque contraria: neutra autem in mediis relinquebat: in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti. *Sed* quae eſſent ſumenda, ex iis alia pluris eſſe aeſtimanda, alia minoris: quae pluris, ea praepoſita adpellabat; [5] rejecta autem, quae minoris. Atque ut haec non tam rebus quam vocabulis conmutaverat; ſic, inter recte

Cicero; poſtea dicendum fuit, *qui omnia in una virtute* POSUERIT. Nos itaque veterem Codicem, quem *Lambinus* memorat, exprimendum cenſuimus. De re ipſa vide *Ciceronem* de Fin. v, 5. 26. & Tuſc. lib, v. cap. 9. *Idem.*

5 *Rejecta autem quæ minoris*] Attende ſis orationis ſeriem. Quæ ſecundum naturam ſunt, ea ſumenda. Ex ſumendis alia pluris ſunt æſtimanda, minoris alia. Quæ pluris, præpoſita; quæ minoris, rejecta. Ergo, ſi Diis placet, *rejecta* ſunt *ſumenda*; quod prorſus repugnat. Quin & hæc rejecta (qualia ſunt dolor, morbus & ſimilia) non κατὰ φύσιν ſed παρὰ φύσιν dicebant Stoici. Vide *Stobæum* Eclog. Ethic. lib. II. p. 173. & *Ciceronem* Tuſc, II, 7. Quæ cum ita ſint, hunc locum vel vitioſum vel mutilum putat *Juſt. Lipſius* Manud. ad Phil. Stoic. lib. II. Diſſ. 23. Nec aliter ſane fieri poteſt. Certe rejecta, ſive ἀποπροηγμένα, *nulla æſtimatione digna eſſe* καὶ πολλὴν ἔχειν ἀπαξίαν ſtatuerunt. Vide *Tullium* de Fin. lib. III. capp. 15, 16. & *Stobæum* Eclog. Ethic. pag. 173. Auctore quidem *Sexto* Pyrrhon. Hypot. lib. III. c. XXIV. §. 191. tradunt Stoici eſſe προηγμένα μὲν τὰ ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα εἰς ὑγίειαν, πλοῦτον· ἀποπροηγμένα

recte factum atque peccatum, officium & contra officium [1] media locabat quaedam: recte facta ſola in bonis actionibus ponens; prave, id eſt, peccata, in malis: [2] officia autem & ſervata, praetermiſſaque, [3] media putabat, ut dixi. Cumque ſuperiores non omnem virtutem in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes natura aut more perfectas; hic omnes in ratione ponebat: [4] cumque illi ea genera virtutum, quae ſupra dixi, ſejungi poſſe arbitrarentur; hic

δὲ τὰ μὴ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν, ut noſtro favere videatur. At ibi legerim τὰ ἱκανὴν ἔχοντα ἈΠΑΞΙΑΝ. Sic certe loquitur advſ. Mathem. lib. xi. §. 62. Quid igitur? Lego *ſed quæ eſſent* media, *ex iis alia pluris* &c. Noſter de Fin. lib. iv. cap. 25. *Media illa, inquit* Zeno, *inter quæ nihil intereſt, tamen ejuſmodi ſunt, ut eorum alia eligenda ſint, alia rejicienda, alia omnino negligenda* &c. Vide ſis & lib. v. cap. 30. *Davies.*

1 *Media locabat* quædam] Vel ultima vox præciſus eſt delenda, quod Cl. *Walkerus* voluit; vel ejus loco *quidem* reponendum. *Davies.*

2 *Officia autem & ſervata prætermiſſaque media putabant*] Ornamenti cauſſa *&* iterari notum eſt: inferri autem *que* poſt *&*, quod hic *Cicero* facit, minus tritum eſt in conſuetudine Latinæ linguæ. Itaque, ne mendoſus locus putetur, exempla ſubjungam. Lib. iv. de Fin. *Omne animal ipſum ſibi commendatum, ut ſe & ſalvum in ſuo genere* incolumemque *vellet.* Et lib. V. cap. 22. *Quis eſt qui non intelligat & eos qui fecerunt, dignitatis ſplendore ductos, immemores fuiſſe utilitatum ſuarum,* noſque, *cum ea laudemus, nulla alia re, niſi honeſtate, duci.* Simile etiam illud lib. I. de Fin. *Ex quo intelligitur,* nec *intemperantiam per ſe fugiendam eſſe,* temperantiamque *expetendam, non quia voluptates fugiat, ſed quia majores conſequatur.* Et illud *Salluſtii* in Jugurtha: *Hæc atque alia majores veſtri faciendo,* ſeque & *Remp. celebravere.* P. MANUCIUS. Ib. Vide ſis & *Ciceronem* lib. II. N. D. c. 28. quem locum laudat etiam *Lactantius* Div. Inſtit. I, 17. Igitur *Lambinus* immerito copulam *&* delendam cenſuit. *Davies.*

Ibid. *Officia autem & ſervata prætermiſſaque* MEDIA *putabat*] Recte facta, κατορθώματα vocabant Stoici; officia vero, καθήκοντα, eaque τῶν μέσων eſſe contendebant. Audi noſtrum de Fin. lib. III. cap. 17. *Sed cum quod honeſtum ſit, id ſolum bonum eſſe dicamus; conſentaneum tamen eſt fungi officio, cum id officium nec in bonis ponamus nec in malis. Eſt enim aliquid in his rebus probabile, & quidem ita ut ejus ratio reddi poſſit.---Eſt autem officium, quod ita factum eſt, ut ejus facti probabilis ratio reddi poſſit. Ex quo intelligitur, officium medium quoddam eſſe, quod neque in bonis ponatur neque in contrariis*

hic nec id ullo modo fieri poſſe diſſerebat: nec virtutis uſum modo, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe praeclarum; nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin ea ſemper uteretur. [5] Cumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri laetitia dicerent, ſed ea contraherent, [6] in anguſtumque deducerent; hic omnibus his quaſi morbis voluit carere ſapientem. Cumque

trariis &c. Vide & cap. XVIII. Ex his autem patet, quam graviter erraſit *J. G. Gravius*, qui ad Offic. lib. I. cap. 3. vult *medium* officium hoc, quod præſtatur à bonis viris, vocari, quia *medius* Latinis eſt mediocris. *Stobæus* Ecl. Ethic. lib. II. pag. 174. Τῶν δὲ καθηκόντων τὰ μὲν εἶναί φασι (Stoici) τέλεια, ἃ δὴ καὶ κατορθώματα λέγεσθαι· κατορθώματα δ' εἶναι τὰ κατ' ἀρετὴν ἐνεργήματα (ſic lege, non τὸ κατ' ἀρετὴν ἐνέργημα,) οἷον τὸ φρονεῖν, τὸ δικαιοπραγεῖν· οὐκ εἶναι δὲ κατορθώματα τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα, ἃ δὴ οὐδὲ τέλεια καθήκοντα προσαγορεύουσιν ἀλλὰ ΜΕΣΑ, οἷον τὸ γαμεῖν, τὸ διαλέγεσθαι, τὰ τούτοις (lege καὶ τὰ τούτοις ὅμοια *&c.* His adjungas licet *Plutarchum* de Repugn. Stoic. pagg. 1037, 1038. & *Clementem* Alexandrinum, germanum fere Stoicum, Strom. lib. VI. pag. 796. *Davies.*

3 *Media* putabat, *ut dixi*] Malim legi, *media ponebat &c.* Quod autem ſupra libri veteres habent *officia autem* & *ſervata prætermiſſaque*; puto copulationem *&* eſſe delendam: quod ſi retineatur, legendum *& prætermiſſa*, non *prætermiſſaque*. LAMBINUS. *Ibid.* Hæc omnia deleri prætermittique debuerunt; cum ſana ſit Codicum lectio. *Davies.*

4 *Cumque illi ea genera virtutum ---ſejungi poſſe arbitrarentur*] Hoc κατὰ τὰς φυσικὰς, non item κατὰ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς, accidere poſſe teſtatur *Ariſtoteles* Ethic. Nicom. lib. VI. cap. 13. Is tamen teſte *Laërtio* V. 31. τὰς ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀντακολουθεῖν. At Plato & Academici veteres ἀντακολουθεῖν τὰς ἀρετὰς ἀλλήλαις ſtatuerunt, ſi modo verax eſt *Origenes* Philoſ. cap. XIX. p. 127. Vide & *Ciceronem* de Fin. lib. V. cap. 23. Et ſane *cui virtus aliqua contingat, omnes ineſſe*, quæ verba ſunt *Plinii* Paneg. cap. LIX. multi poſuerunt. Vide nos ad Tuſc. II, 13. *Idem.*

5 *Cumque* perturbationem *animi illi ex homine non tollerent ---- ſed ea contraherent*] Verax prorſus eſt Cl. *Walkerus* qui reponit, *cumque* perturbationes *animi illi ex homine non tollerent --- ſed eas contraherent* &c. Veteres nempe μετριοπάθειαν probabant: Zenon ἀπάθειαν inducebat. *Idem.*

6 *In anguſtumque* deducerent] Lego *adducerent:* ſic enim potius *Cicero* loqui ſolet. In Partitionibus: *Rationum & firmamentorum contentio* adducit in anguſtum *diſputationem*. Idem pro Quinctio: *Qui hunc in* ſummas anguſtias adductum *putaret* Sic.

que eas perturbationes antiqui naturales eſſe dicerent & rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, [1] alia rationem conlocarent; ne his quidem adſentiebatur: nam & perturbationes, voluntarias eſſe putabat, [2] opinioniſque judicio ſuſcipi, & omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem, inmoderatam quandam intemperantiam. Haec fere de moribus.
12 De naturis autem ſic ſentiebat, primum, [3] ut in quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua ſuperiores ſenſus & mentem effici rebantur, non adhiberet: ſtatuebat enim [4] ignem eſſe ipſam naturam, quae quidque gigneret, & mentem atque ſenſus. Diſcrepabat etiam ab iiſdem, quod nullo modo arbitrabatur quicquam [5] effici poſſe ab ea, quae expers eſſet corporis; cujus generis Xenocrates & ſuperiores etiam animum eſſe dixerunt: nec vero, aut quod efficeret

&c. LAMBIN. *Ibid.* A libris ſcriptis non receſſerim: ut enim *deducere ad Regem*, *in controverſiam*, ſimiliaque, non minus Latine dici poſſint ac *adducere*; nihil eſt cur *in anguſtum deducere* repudiemus. Vide *Juſtinum* XXXVIII, 9. & *Plinium* H. N. lib. XXV. §. 14. *Davies.*

1 *Alia rationem collocarent*] Cum *Lambino* legerim *in alia rationem collocarent.* Prima vox ab ultima littera vocis præcedentis abſorpta fuit. *Davies.*

2 Opinioniſque *judicio ſuſcipi*] Nonnulli *opinioneſque.* Male. Vide lib. III. Fin. cap. 10. *Idem.*

3 *Ut* in *quatuor initiis rerum*] Zeno quatuor tantum elementa ponebat; quinctam autem naturam non agnoſcebat: cælum enim igneum eſſe putabat. LAMBIN. *Ibid.* Delenda *in* præpoſitio, quæ recte abeſt à vetere libro. *Urſinus.*

Ibid. *Ut* in *quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam--non* adhiberet] *Urſini* liber non agnoſcit *in*; uti nec editio *Aſcenſiana.* Et recte quidem abeſt illa *præpoſitio.* Lege vero *ut quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam--non* ADDERET. De quinta illa natura vide ſupra cap. VIII. *Davies.*

4 *Ignem*] Communem, elementarem. *Guietus.*

5 *Effici poſſe* ab ea] Niſi forte repetenda ſit *ἀπὸ κοινοῦ natura*; legerim *à re ea.* Davies.

6 *Aut quod efficeret*] *Lucretius*: Nam

efficeret aliquid, [6] aut quod efficeretur, poſſe eſſe non corpus. Plurima autem in illa tertia philoſophiae parte mutavit: in qua primum de ſenſibus ipſis quaedam dixit nova; [7] quos junctos eſſe cenſuit à quadam quaſi inpulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum adpellemus licet; & teneamus hoc verbum quidem; erit enim utendum in reliquo ſermone ſaepius. Sed ad haec, quae viſa ſunt & quaſi accepta ſenſibus, [8] adſenſionem adjungit animorum; quam eſſe vult in nobis poſitam & voluntariam. Viſis non omnibus adjungebat fidem, ſed iis ſolum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quae viderentur: id autem viſum cum ipſum per ſe cerneretur, [9] conprehenſibile. Feretis haec? Nos vero, inquit: quonam enim modo καταληπτὸν diceres? Sed, cum acceptum jam &

Nam facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res. Guietus.

7 *Quos* junctos] Lege *inuſtos eſſe cenſuit.* Idem de Haruſp. Reſp. *Odium animis hominum inuſtum.* (Locus, ad quem reſpexit *Guietus*, exſtat in Orat. pro Domo cap. 34. ubi habet *inuſtum nefariis mentibus bonorum odium.*) Idem de Orat. [II, 45.] *Niſi omnes motus--in ipſo oratore impreſſi eſſe atque* inuſti *videbuntur.* Guietus.

Ibid. *Quos* junctos *eſſe cenſuit à quadam quaſi impulſione*] Importunam prorſus vocem *junctos* eſſe puto, nec tamen ullo modo mihi probanda videtur *Guieti* conjectura. Legendum fortaſſe, *quos punctos*, νυγέντας, vel *quos ictos*, τυπέντας, *eſſe cenſuit à quadam quaſi impulſione.* *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hyp. lib. II. c. 7. λέγουσι γὰρ φαντασίαν εἶναι ΤΥΠΩΣΙΝ ἐν ἡγεμονικῷ. Et lib. III. c. 5. Αἱ μὲν αἰσθήσεις κατὰ ἐπέρεισιν καὶ ΝΥΞΙΝ ἀντιλαμβάνεσθαι δοκοῦσι τῶν αἰσθητῶν. Vide & lib. VII. adverſ. Mathem. §. 228. ac noſtrum Acad. II, 10, 20. *Davies.*

8 *Adſenſionem* adjungit *animorum, quam eſſe* vult *in nobis poſitam*] Ut eadem tempora ſerventur, legas oportet, *adſenſionem* adjunxit *animorum, quam eſſe* voluit &c. *Idem.*

9 *Comprehenſibile*] Γρ. *comprendibile*, ut *credibile*, *vendibile* apud eundem auctorem. Gruterus *comprehendibile* ſeu *comprendibile* ex libris vett. affert. *Guietus.*

Simi-

& adprobatum eſſet, comprehenſionem adpel-
labat, [1] ſimilem iis rebus, quae manu pren-
derentur: [2] ex quo etiam nomen hoc duxerat,
cum eo verbo [3] antea nemo tali in re uſus
eſſet; plurimiſque idem novis verbis (nova e-
nim dicebat) uſus eſt: quod autem erat ſenſu
conprehenſum, id ipſum ſenſum adpellabat:
& ſi ita erat conprehenſum, ut convelli rati-
one non poſſet, ſcientiam; ſin aliter, inſcien-
tiam nominabat: ex qua exſiſteret etiam opi-
nio, quae eſſet inbecilla, & cum falſo incog-
nitoque communis. Sed [4] inter ſcientiam &
inſcientiam, conprehenſionem illam, quam dixi,
conlocabat, eamque neque in rectis neque in
pravis numerabat, ſed ſoli credendum eſſe di-
cebat; è quo ſenſibus etiam fidem tribuebat,
quod

1 *Similem iis rebus*] Id eſt, ſimilem comprehenſioni earum rerum quae manu comprehenduntur. *Guietus.*

2 *Ex quo etiam nomen hoc duxerat, cum eo verbo ante nemo tali in re uſus eſſet*] Emendavi, ut puto, hunc locum, rectiuſque, quam in omnibus libris legebatur, diſtinxi. Erat autem ſic: *Ex quo etiam nomen hoc duxerat: at cum eo verbo antea nemo uſus eſſet, plurimiſque idem* &c. Utrum autem conjectura noſtra probari debeat, alii videant. P. MANUCIUS. Ibid. *Nomen hoc duxerat, cum eo verbo antea nemo tali in re uſus eſſet: plurimiſque* &c.] Sic reſtitui à libris MSStis adjutus; & ſic cenſeo eſſe legendum, non, ut in libris vulgatis legitur, *nomen hoc duxerat:* at *cum eo verbo ante nemo tali in re uſus eſſet* &c. *Lambin.*

3 *Antea nemo*] Sic *Pariſ.* & *Balliol.* Vulgo *ante.* Davies.

4 *Inter ſcientiam & inſcientiam, comprehenſionem illam quam dixi collocabat* &c.] *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 151. Τρία γὰρ εἶναί φασιν ἐκεῖνοι (οἱ Στωικοὶ) τὰ συζυγοῦντα ἀλλήλοις, ἐπιστήμην καὶ δόξαν καὶ τὴν ἐν μεθορίῳ τούτων τεταγμένην κατάληψιν. Ὧν ἐπιστήμην μὲν εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν. δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν· κατάληψιν δὲ τὴν μεταξὺ τούτων ἥτις ἐστὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις· καταληπτικὴ δὲ φαντασία κατὰ τούτους ἐτύγχανεν ἡ ἀληθὴς καὶ τοιαύτη οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής &c. Vide & §. 248, ſeqq. *Idem.*

5 Quodque *natura quaſi normam ſcientiæ*] *Eam* cenſet excidiſſe *Petr.* *Faber,*

quod, ut ſupra dixi, conprehenſio facta ſenſibus & vera eſſe illi & fidelis videbatur: non quod omnia, quae eſſent in re, conprehenderet; ſed quia nihil, quod cadere in eam poſſet, relinqueret, [5] quodque natura quaſi normam ſcientiae & principium ſui dediſſet, [6] unde poſtea notiones rerum in animis inprimerentur: è quibus non principia ſolum, ſed [7] latiores quaedam ad [8] rationem inveniendam viae reperiuntur. Errorem autem, & temeritatem, & ignorantiam, & opinionem, & ſuſpicionem, & uno nomine omnia, quae eſſent aliena firmae & conſtantis adſenſionis, à virtute ſapientiaque [9] removebat. Atque [10] in iis fere conmutatio conſiſtit omnis diſſenſioque Zenonis à ſuperioribus. [11] Quae cum di- 13
xiſſet:

Faber. Ipſe legerim *quamque natura quaſi normam* &c. *Idem.*

6 *Unde poſtea notionis rerum* in animis *imprimerentur*] Forte *unde etiam notiones rerum animis imprimerentur.* LAMBIN. Præpoſitionem nimis incogitanter expunxit Lambinus, ut etiam *Petr. Faber* monuit. Sic certe locutus eſt noſter in Lucullo c. XI. Vide ſis etiam quæ notavimus ad ejuſdem libri c. 18. *Id.*

7 *Latiores quadam ad rationem inveniendam via* reperiuntur] Patet ſententia, nec muto quidquam. Conſuetudo tamen linguæ Latinæ poſtulare videtur *aperiuntur.* P. MANUCIUS. *Ibid.* Legendum fortaſſe eſt *via aperiuntur.* Verum tamen nihil mutare auſim ſine librorum veterum auctoritate; cum præſertim hæc lectio nihil habeat vitii. *Lambinus.*

8 *Ad rationem inveniendam via* reperiuntur] Ultimam vocem vel Librarii ſcholion eſſe, vel pro ea legendum *reperirentur* cenſet *Gruterus. Manucio Lambinoque* placet, *via aperiuntur.* Ego ſane reſcripſerim, *via aperirentur. Velleius Paterculus* lib. II. cap. I. *Potentia Romanorum prior Scipio* viam aperuerat, *luxuria poſterior aperuit.* Certe *vias ad rationem* INVENIENDAM REPERTAS *Tullius*, ut opinor, haud diceret. *Davies.*

9 *Removebat*] Zeno ſcilicet. *Lambinus.*

10 *In* iis *fere commutatio* conſiſtit *omnis*] MS. *Pariſ.* exhibet *in* eis *fere commutatio* conſtitit *omnis*, probante Cl. *Walkero.* Et *conſtitit* quidem legitur in *Aſcenſii*, *Victorii Manuciorum*que libris editis. *Dav.*

11 *Qua cum dixiſſet:* Et *breviter ſane*]

Digitized by Google

xiſſet: Et breviter ſane, minumeque obſcure expoſita eſt, inquam, à te, Varro, & veteris Academiae ratio, & Stoicorum: verum eſſe autem arbitror, ut Antiocho, noſtro familiari, placebat, conrectionem veteris Academiae potius, quam aliquam novam diſciplinam putandam. Tunc Varro, [1] Tuae ſunt nunc partes, inquit, qui [2] ab antiquorum ratione [nunc] deſciſcis, & ea, quae ab Arceſila novata ſunt, probas,

ſane] Quidam libri MSSti habent *qua cum dixiſſet: Breviter ſane* &c. Lambin.

1 *Tua ſunt* nunc *partes, inquit, qui ab antiquorum ratione* nunc *deſciſcis*] Particula *nunc* vel in priore vel in poſteriore loco videtur delenda. Immo cum *Manucius* Codicem memoret, in quo legebatur *ab antiquorum ratione deſciſcis*, voculam plane ſupervacaneam cinximus uncinis. *Davies.*

2 *Ab antiquorum ratione* nunc *deſciſcis*] Abeſt *nunc* ab antiquo libro: nec ſane quidquam affert ad ſententiam. *P. Manucius.*

Ibid. Qui *ab antiquorum ratione nunc deſciſcis*] Pro *qui* liber MStus habet *quam*; unde conjecturam facio ſcribendum eſſe *quoniam. Urſinus.*

3 *Et qua de cauſa* diſcidium *factum ſit*] Sic eſt legendum, & ita ſcriptum eſt in tribus antiquis Codicibus. *Diſcidium* autem à *diſcindo* natum; ſignificatque divulſionem & diſtractionem, χωρισμόν. De quo nos alibi. *Lambin.*

4 Diſcidium *factum ſit*] *Petro Fabro* reſcribendum videtur *diſſidium*; mihi non item: nam cum MSStis *Lambinianis* faciunt *Elienſ. Pariſ.* & *Baliol.* De *diſcidii diſſidiique* differentia vide *J. F. Gronovium* ad *Livii* xxv, 18. *Davies.*

5 *Arceſilas* ſibi *omne certamen inſtituit, non pertinaciâ* &c] Pronomen *ſibi* non eſt in *Baliol.* ſed excidiſſe videtur Librarii negligentia. Ceterum de Arceſila non tam benigna fuit omnium ſententia. Nam *Arceſila calumnia* dicitur Acad. II, 5. Iterum cap. VI. *Arceſilas Zenoni, ut putatur,* obtrectans ---- ---- *conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere.* Hinc *calumniandi impudentia Arceſilam non mediocriter infamatum* tradit *Auguſtinus* contra Acad. lib. III. cap. 17. Vide & *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. VI, 7. *Idem.*

6 *Et* veluti amantes *Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem*] Ex librorum veterum auctoritate, confirmante etiam hiſtoria, corrigendum puto *&*, multo jam ante *Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem* &c. *Urſinus.*

Ibid. *Et veluti amantes Socratem*] Γρ. *velut jam ante.* Sic *Muretus* & alii. Τὰ *&* & *s* tanquam ſubdititia rejicienda: reliquæ omnes literæ veram & genuinam efficiunt ſententiam. GUIETUS. Ibid. Locus eſt corruptus nam non amore Socratis ſed *obſcuritate rerum* Democritus, Empedocles, & Anaxagoras ad ignorantiæ con-

Digitized by Google

probas, docere, quod [3] & qua de cauſa [4] diſcidium factum ſit; ut videamus, ſatiſne iſta ſit juſta defectio. Tum ego, Cum Zenone, inquam, ut accepimus, [5] Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, aut ſtudio vincendi, ut mihi quidem videtur, ſed earum rerum obſcuritate, quae ad confeſſionem ignorationis adduxerant Socratem, [6] & veluti amantes Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem,

confeſſionem ſunt adducti. Quapropter viri docti reponunt *& velut jam ante Socratem.* Sed illud *velut* hic importunum eſt, ac omnino legendum *&, jam ante Socratem, Democritum* &c. prius enim ii quam Socrates hunc philoſophandi modum ſequebantur. Olim videlicet in hoc loco varia fuit lectio, nonnullique Codices *& jam ante,* reliqui, *ut jam ante* præferebant. Annis autem volventibus, hæc ſcripturæ diverſitas, ad oram libri vel inter lineas notata, in orationis invaſit ſeriem; unde factum *& vel ut jam ante Socratem*: tandem vero vocabulis male conjunctis literaque perperam repetita *& veluti amantes Socratem.* Hæc origo mendi, quod homines doctos habuit exercitos. *Muretus* quidem Var. Lect. IX, 14. reponit *adduxerant Socratem, velut jam ante Socratem.* Sed commodior videtur ea, quam inſiſtimus, via: quamque prior iniit vir ille doctus XV, 16. Addit autem Muretus *Democritum, Anaxagoram, Empedoclem ante, ut opinatur, mortuos fuiſſe quam avia Socratis naſceretur.* Quod omnino falſum: nam Democritus unico duntaxat anno natus eſt ante Socratem, eique fuit ſuperſtes. Anaxagoras autem XI. tantum annos major fuit quam Socrates. Nec Empedocles eum longe videtur ætate præceſſiſſe, ſiquidem inſignis fuerit A. P. J. 4270. cum Socrates inter vivos eſſe coeperit ejuſdem Periodi A. 4245. Hic eſt accuratiſſimi Chronologi *D. Petavii* calculus. Poſita tamen majore, quam revera fuit, intercapedine temporum, *Petr. Faber* receptam lectionem tuetur, quia dixit Cicero ad Attic. II, 16. *Tanta controverſia eſt Dicaarcho familiari tuo cum Theophraſto amico meo*: licet Dicæarchus & Theophraſtus *longius aberant ab atate Ciceronis & Attici, quam Phyſici illi ab atate* Socratis. At res ea ratione parum procedit: licet enim poſterior priorem jamdiu fato functum amare dici poſſit; contra tamen non ullo modo queat intelligi. Sic *Ovidius* Art. Amand. II, 109.

Sis licet antiquo Nireus ADAMATUS *Homero*:

quem locum male ſollicitat *Tan. Faber* lib. I. Ep. 54. Pariter enim *Plato* de Rep. lib. I. pag. 22. Ὅμηρος τὸν τοῦ Ὀδυσσέως πρὸς μητρὸς πάππον Αὐτόλυκον ΑΓΑΠΑι τε καί φησιν &c. *Æneas Gazaus* in Theophr. pag. 402. E. Ἀττικὸς ὁ τοῦ Πλάτωνος ΕΡ[illegible]ΣΤΗΣ, τὰ τοῦ ΕΡΩΜΕΝΟΥ δοκοῦντα διεξιών. Vide & *Syneſium* Encom-

pedoctem, omnes paene veteres: qui [1] nihil cognoſci, nihil percipi, [2] nihil ſciri poſſe dixerunt; anguſtos ſenſus, inbecillos animos, brevia curricula vitae, & (ut Democritus) in profundo veritatem eſſe demerſam; opinionibus & inſtitutis omnia teneri; [3] nihil veritati relinqui: deinceps omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt. Itaque Arceſilas negabat eſſe quicquam, quod ſciri poſſet; ne illud quidem ipſum, quod Socrates ſibi reliquiſſet. [4] Sic omnia latere cenſebat in occulto, neque eſſe quicquam, quod cerni aut intellegi poſſit: quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri, neque adfirmare

Encom. Calvit. pag. 68. C. Rogat autem *Petr. Faber*, cur Apollo Socratem ſapientiſſimum Græciæ dixerit, quod is profiteatur ſe nihil ſcire; ſiquidem veteres idem antea dixerant. Hoc nimirum conſtanter dicebat Socrates & in ea ſententia permanebat; cum *omnes iſti nimis etiam quædam affirment, pluſque profiteantur ſe ſcire quam ſciant.* Vide Acad. II, 6. & *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 30. *Davies.*

1 *Nihil cognoſci -- circumfuſa eſſe*] Vide *Petr. Fabrum.* Adi ſis & *Lactantium* Div. Inſt. III, 28, 30. *Idem.*

2 *Nihil ſciri poſſe* dixerunt] Aut hic *dixerunt*, aut in extrema periodo videtur otioſum eſſe: quorſum enim iteretur? Nec vero quidquam affirmo; ſed ut ad diligentiam lector excitetur, quidquid mendoſum ſuſpicor, libenter indico. *P. Manucius.* *Ibid.* Neutro in loco *dixerunt* expunxerim. Nam ſimili modo *dicebant* iterat noſter infra lib. II. cap. 44. Quod ſi minus elegans videatur; levi cuidam negligentiæ, quam ſummi ſcriptores non ſemper cavent, imputetur. *Davies.*

3 *Nihil veritati relinqui*] Forte *nihil veritati* loci *relinqui.* LAMBIN. Vide *P. Fabrum.*

4 *Sic omnia latere* cenſebat] Sic edidit *J. M. Brutus*, & ita legendum vidit *Petr. Faber.* Vulgo *cenſebant.* Abſurde: nam de ſolo loquitur Arceſilâ. Vide ſis *Sextum Empiricum* Pyrr. Hypot. lib. I. cap. XXXIII. §. 232. *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. capp. 4, 5. & *Euſebium* Præp. Evang. XIV, 6. *Davies.*

5 *Neque* aſſenſione *approbare*] Sic legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, *aſſertione.* Item infra non longe *aſſenſionem*, non *aſſertionem.* Nam *aſſertio* ſic accepta, vox barbara eſt. *Lambin.*

Ibid. Aſſenſione *approbare*] Sic nos cum *Stephano*, *Lambino*, *Guieto*que legimus. Vulgo *aſſertione*; quam vocem in affirmationis ſignificatu nec *Cicero* nec alius ejuſdem ætatis ſcriptor

Digitized by Google

adfirmare quemquam, [5] neque adſenſione adprobare; [6] cohibereque ſemper & ab omni lapſu continere temeritatem: quae tum eſſet inſignis, cum aut falſa, aut incognita res adprobaretur: neque hoc quicquam eſſe turpius, quam cognitioni & perceptioni [7] adſenſionem adprobationemque praecurrere. Huic rationi quod erat conſentaneum, faciebat, [8] ut contra omnium ſententias [9] dies jam pleroſque deduceret: ut, cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte [10] adſenſio ſuſtineretur. [11] Hanc Academiam novam adpellant; quae

ſcriptor adhiberet. Vide *Chr. Cellarium* Cur. Poſter. p. 105. *Davies.*

6 *Cohibereque ſemper* &c.] Approbationem & aſſenſionem tollebat Arceſilas, quam ponebat Zeno; contrariamque inducebat retentionem, quam ἐποχὴν appellabat. *Lambin.*

7 Aſſenſionem *approbationemque praecurrere*] Vulgo dant *aſſertionem.* Perperam: ut iidem viri docti monuerunt. *Davies.*

8 *Ut contra omnium ſententias dies jam pleroſque deduceret*] *Valerius Flaccus* Argon. I, 274.

Sol ruit & totum Minyis latantibus undæ
Deduxere diem.

Eadem ſane loquendi ratio, ſed diverſus omnino ſenſus. Hanc tamen lectionem tuetur *J. Fr. Gronovius* ad *Seneca* de Tranquill. cap. 3. Sed conceſſo quod *deducere dies* idem denotet ac abſumere vel conterere; tamen hiat oratio. At intelligendum cenſet *diſſerendo.* Quaſi vocem ſenſui neceſſariam prætermittere ſoleat nitidiſſimus ille *Tullius*! Certe nulla eſt barbaries, quam defendere nequeat hæc machina. *Gruteriani* noſtrique libri repræſentant, *dies jam pleros deduceret.* Unde facili conjectura legi poſſit, *dies jam pleroſque diceret*, uti quidem edidit *Lambinus.* Haud dubium videtur quin hæc ratio receptæ ſcripturæ ſit præferenda: ne tamen quid diſſimulem, vel hoc modo locus videtur parum ſanus. Quid enim ſibi vult τὸ *dies jam pleroſque?* Forſan reponendum *ut contra omnium ſententias dies* etiam totos *diceret.* De hoc autem loco nihil ῥητῶς affirmem. *Idem.*

9 *Dies jam pleroſque* deduceret] *Horas ducere* dixit *Virgilius* Æn. VI, 539. & hic fortaſſe *duceret* ſcriptum *Cicero* reliquit. Quod etſi ita videtur, aſſenſum tamen, Academicorum more, ſuſtineo. *P. Manucius.*

10 Aſſenſio *ſuſtineretur*] Vulgo *aſſertio.* Peſſime: ut *Lambino* aliiſque animadverſum. *Davies.*

11 *Hanc Academiam novam* appellant] Vulgo *appellabant.* At nos MSStos *Elienſ. Baliol.* & *Pariſ.* jure

quae mihi vetus videtur, ſi quidem Platonem ex illa vetere numeramus: [1] cujus in libris nihil adfirmatur, & in utramque partem multa diſſeruntur; de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur. Sed tamen illa, quam expoſui, vetus; haec, nova nominetur: quae uſque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arceſila fuit, in eadem Arceſilae ratione permanſit. Carneades autem nullius philoſophiae patris ignarus, &, ut cognovi ex iis qui illum audierant, maximeque ex Epicureo Zenone, qui cum ab eo plurimum diſſentiret, unum tamen praeter ceteros mirabatur, incredibili quadam fuit facultate. * * * *

Ex quatuor Academicis libris ad Varronem *miſſis haec tantum primi pars ſalva eſt: reliqui tres toti periere.*

ſequimur. Quin & *Aſcenſius*, & *Victorius* ita dederunt. *Davies.*

1 *Cujus in libris nihil affirmatur*] Attamen οἱ μὲν φασὶν αὐτὸν δογματίζειν, οἱ δ' οὔ, teſte *Laërtio* III, 51. Idem tradit *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. c. XXXIII. §. 221. Is tamen §. 225. ἐκ τῶν εἰρημένων πρόδηλον eſſe cenſet, ὅτι κἂν περί τινων ἐπαπορεῖ Πλάτων, ἀλλ' ἐπεὶ ἔν τισι φαίνεται ἢ περὶ ὑπάρξεως ἀποφαινόμενος πραγμάτων ἀδήλων, ἢ προκρίνων ἄδηλα κατὰ πίστιν, οὐκ ἂν εἴη Σκεπτικός. Vide & lib. II. Acad. cap. 5. *Auguſtinum* contra Acad. III, 17. ac *Diogenem* III, 52. Hoc idem ſtatuunt *Alcinoüs*, *Apuleius*, *Origenes*, aliique omnes, qui hominis δόγματα memoriae prodiderunt. *Idem.*

M. TULLII

M. TULLII CICERONIS

[1] LUCULLUS

SIVE

ACADEMICORUM

LIBER SECUNDUS.

[2] MAGNUM ingenium L. Luculli, magnumque optumarum artium ſtudium, tum omnis liberalis, & digna homine nobili ab eo percepta I

1 *Lucullus, ſive Academicorum liber ſecundus*] Hunc indicem libro præfiximus, cum vulgo detur *Academicarum Quaeſtionum liber Secundus, ſeu potius, ut eum numerat* Nonius, iv. *qui inſcribitur Lucullus.* Abſurde: nam Academicorum librorum duæ fuerunt ἐκδόσεις. Prior duobus libris fuit comprehenſa, quos *Catulum* vocavit *Tullius* & *Lucullum*: adeo ut *Lucullus* hicce, ſi modo Prologum demas, fuerit editionis primæ liber ſecundus. Poſtea mutato conſilio hæc Academica refinxit ſcriptor, & ex duobus quattuor libros fecit, quos ad Varronem miſit. Ex his primi tantum pars jam ſupereſt; licet *Nonius* eos legerat integros, ut ex fragmentis liquebit. Rem totam luculenter narrat *Cicero* lib. XIII. Epiſt. ad Atticum. Vide ſis Epp. 16, 19. &c. *Dav.*

2 *Magnum ingenium L. Luculli*] Subtiliter & eleganter diſputatum eſt à diſerto & eloquente viro in Epiſtola quadam ſua, quomodo inſcribendi ſint libri *Ciceronis*, in quibus quæſtiones Academicæ explicantur. Quid autem ille poſtea de eo ſtatuerit, omnes ſcire arbitror.

Digitized by Google

cepta doctrina, quibus temporibus florere in

foro

Ego tamen non ſtudio concertandi ductus, neque quo ab aliquo libenter diſſentiam, ſed veri inveniendi cupiditate incenſus, non veritus ſum ab illius judicio leviter declinare. Itaque librum, quem ipſe primæ editionis ſecundum appellavit, Lucullum vocandum cenſui: me autem hoc non temere feciſſe, nunc conabor oſtendere. Primo non ſolum omnes MSSti Codices pro me ſunt, ſed etiam multi impreſſi, in quibus *Lucullus* hic liber nominatur: eorum autem magni apud me ponderis ſemper auctoritas fuit, non contemnendis præſertim rationibus comprobata. Præterea Cicero ipſe teſtatur ſe librum ſcripſiſſe *Lucullum* appellatum, cujus prooemium laudes ipſius contineret. Qui locus eum, cum ſtudioſe plures Epiſtolarum libros ob hoc evolviſſet, præteriit: nam ſi ab ipſo animadverſus eſſet, perſpicue vidiſſet hoc legitimum eſſe hujus libri nomen, nec ei opus fuiſſet primam & ſecundam editionem excogitare. Hæc enim Ciceronis verba ſunt lib. XIII. ad Atticum Epiſt. 32. *Torquatus Romæ eſt: juſſi ut tibi daretur. Catulum & Lucullum, ut opinor, antea: his libris nova proœmia ſunt addita, quibus eorum uterque laudatur.* Quomodo autem vir aliquis magnificentius laudari poſſit, quam Lucullus his paucis paginis, exiſtimare non poſſum. Quod vero *Catulum & Lucullum* dicit, ambos hos libros conjungens, Catulumque ante Lucullum collocans; cognoſcitur ex multis locis in hoc libro, quem Lucullum debere appellari adfirmamus, hunc poſteriorem ſermonem fuiſſe: alium autem, qui hunc præcederet, priore die à Catulo in ſua villa eſſe habitum, quem item *Cicero* literis mandavit, & *Catulum*, ut opinor, appellavit. Interiit tamen ille, & graviore fortunæ conditione uſus eſt, quam germanus ſuus frater. Inſcripſiſſe autem multos libros *Ciceronem*, more Platonis & omnium fere veterum, nomine eorum qui id libris illis diſputabant, compertum omnes habere puto: nam omni ratione, qua potuit, ſemper amicos ſibi homines neceſſariosque celebrare & illuſtrare non deſtitit. Quin & à mortuis etiam laudatis viris, nec Romanis modo ſed etiam Græcis, eos quandoque nominavit: nam Ciceronem teſtem citatum in *Protagorâ* memini me legiſſe. Plutarchus autem in vita Luculli apertius adhuc manifeſtiuſque totam hanc rem docet; narrat enim eum valde vetere Academia delectatum eſſe, ſummaque diligentia amicum ſibi familiaremque feciſſe Antiochum illum Aſcalonitam, qui valde ſcriptis Ciceronis celebratur: quem tunc ea ratio & diſciplina acerrimum defenſorem & patronum habuerit, & à quo inſtructus Lucullus, *Ciceronis* ceterorumque Philonis auditorum in diſputationibus impetus ſuſtinebat. Philo enim novæ Academiæ amore tenebatur, quæ tunc maxime ejus ingenio florebat. Ciceronem etiam pulcherrimum librum idem ſcripſiſſe tradit, qui has diſputationes complecteretur; in quo induxerit Lucullum ſuſcipientem defenſionem καταλήψεως, (quam ipſe perceptionem aut cognitionem vocat) quum ſibi contrarias partes impoſuiſſet: nomenque illi *Lucullo* eſſe apertiſſime declarat. Eſſe autem hunc, de quo diſputamus, librum quem *Plutarchus* intelligit, dubitari non poteſt, niſi ab eo qui eum non legerit: multis enim & perſpi-

Digitized by Google

ſoro maxume potuit, [2] caruit omnino rebus urbanis.

perſpicuis argumentis id manifeſtum eſt. *Quinctiliani* quoque teſtimonium non mediocriter hanc rem confirmat, cujus in libro III. cap. 6. hæc ſunt verba: *Et M. Tullius non dubitavit aliquos ſuos libros jam editos aliis poſtea ſcriptis ipſe damnare, ſicut* Catulum atque Lucullum, *&* *hos ipſos, de quibus modo ſum locutus Artis Rhetoricæ.* Speravit autem ſe Cicero duos hos poſſe extinguere & abolere. Quare cum illos antea Catuli & Luculli nomine inſcripſiſſet, poſteaque ad Varronem tranſtuliſſet, inquit, *Catulo & Lucullo alibi reponemus.* (Lib. XIII. ad Attic. Epiſt. 12.) Videbatur enim ſibi, illis injuriam feciſſe, cum id quod jam eis tribuerat, quodque eorum quaſi jure factum erat, eripuiſſet. Quamvis enim alii quoque in illis nobiliſſimi homines inducerentur, ut ipſe de Hortenſio teſtatur: hi tamen duo præcipue in hoc novo *Ciceronis* conſilio damnum faciebant, quibus deſponſi & conſecrati libri ipſi erant, & à quibus denominabantur. Sed aut difficultate illos abolendi victus eſt *Cicero*, aut non incommode quoque eos in vita poſſe verſari cogitavit: quare nihil neceſſe fuit novos libros ſcribere quibus Catulum & Lucullum compenſaret, ſed illos potius concinnavit ac, quibus rebus potuit, expolivit: nam nova illis procemia adtexuit, *quibus eorum uterque,* ut ipſe inquit, *laudaretur.* Voluiſſe autem primo Ciceronem duos illos libros, quos non probabat, tollere, nemini dubium eſſe poteſt: nam ipſe ad Atticum ſic ſcripſit, *Tu illam jacturam feres æquo animo, quod illa, quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt.* (Lib. XIII. ad Attic. Epiſt. 13.) Cum ipſemet tamen, non multo poſt mutato conſilio, eoſdem illos novis tantum procemiis auctos deſcribendos dare non dubitaverit: quod manifeſtum fit ipſius verbis quæ ſupra adduximus. Hæc omnis mea eſt de hac re opinio. Magna autem laude, meo judicio, dignus eſt, quicunque ille fuit, qui tam erudite & belle de his libris in Epiſtola ſua diſputavit: is enim primus ſtudio & diligentia ſua ordinem & tempora illorum aperuit atque explicavit; cum antea omnes in turpi ejus rei ignoratione verſarentur. Quod ſi tria trium locupletiſſimorum teſtium dicta notaſſet quæ à me recitata ſunt, quæque perſpicue docent quod in ejus diſputatione deſiderari poterat, omnem ſane hujus rei veritatem luculenter indagaſſet. *Victorius.*

1 *Doctrina, quibus*] Hic aliquid deſiderari *Guieto* videtur: mihi non item. *Davies.*

2 *Caruit omnino rebus* urbanis] Sic Pariſ. 1. 4. ſic etiam *Aſcenſianus*, aliique veteres editi; & ita repoſitum voluit *Guietus.* Rectiſſime; nam, poſt adoleſcentiam in opera forenſi poſitam, tota florens ætas *peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ*, ſicut paullo poſt loquitur *Cicero.* Vulgo *caruit omnino rebus humanis.* Quod plane falſum: acto enim triumpho in urbem reverſus eſt; nec obiit mortem, niſi poſtquam ſenex fuit motæ mentis luxuriæque perditiſſimæ. Vide *Plutarchum* in Lucullo pagg. 518, 520. in Apophthegm. pag. 204. & in libro *an ſeni ſit Reſp. gerenda* pag. 792, Adi ſis & *Athenæum* lib. VI. pag. 274. F. ac *Velleium Paterculum* lib. II. cap. XXXIII, 4. Licet itaque plerique MSSti lectionem dent, quam primus

urbanis. [1] Ut enim admodum adoleſcens, cum fratre, pari pietate & induſtria praedito, [2] paternas inimicitias magna cum gloria eſt perſecutus; in Aſiam quaeſtor profectus, ibi permultos annos admirabili quadam laude provinciae praefuit: deinde [3] abſens factus aedilis, continuo praetor: (licebat enim celerius [4] legis praemio) poſt in Africam: inde ad conſulatum: quem ita geſſit, ut diligentiam admirarentur omnes, ingenium agnoſcerent. Poſt ad Mithridaticum bellum miſſus à ſenatu, non modo

primus invexit *Gruterus:* eorum tamen auctoritas non eſt flocci facienda, cum rebus ipſis repugnet & ab iis confutetur. *Davies.*

1 *Ut enim admodum adoleſcens*] Ita Pariſ. 1. 2. 4. *Baliol.* & *Cantab.* ſimul ac veteres impreſſi. Vulgo *ut enim* urbanus, *admodum adoleſcens.* Sed, priore loco recte conſtituto, ſtare non poteſt hæc ſcriptura; quam tamen è noſtris exhibent Pariſ. 3. 5. *Reg.* & *Elienſ.* Nimirum cum nonnulli Codices verba ſuperiora ſic repræſentarent, *caruit omnino rebus humanis*; adnotabatur varia lectio, quæ fuit *urbanis.* Deinceps, ea voce loco non ſuo poſita, propter σύνταξιν evaſit *urbanus.* Hæc origo mendæ; quæ non animadverſa *Gruterum* & ejus aſſeclas graviter hallucinari coëgit. *Idem.*

2 Paternas *inimicitias*] Pariſ. 5. *patruas*, quod innuit *patrias.* Sed reliqui Codices non addicunt. Ceterum Luculli pater ἑάλω κλοπῆς, accuſatore Servilio Augure. Hic à Lucullo peculatus inſimulabatur; at incolumis evaſit. Vide *Plutarchum* Lucullo p. 491. *Idem.*

3 *Abſens factus ædilis, continuo Prætor; licebat enim celerius legis præmio*] Aedilitatem prætura biennio poſt conſequebatur, quod ſæpe jam, &, opinor, primi olim docuimus. Lucullus autem, Sullanarum partium adjutor, cum ædilis fuiſſet, continuo Prætor factus eſt beneficio legis, ut opinor, à Sulla Dictatore latæ, ut iis, qui partes ejus in civili bello ſecuti eſſent, honores ante tempus capere liceret. Nam apud *Appianum* lib. I. ſcriptum eſt, lege Sullæ cautum, ne quis, omiſſa Prætura, conſul fieri poſſet. Quod *Cicero* etiam ſignificat XI. in Antonium, his verbis: *Vopiſcus ex aedilitate conſulatum petit: ſolvatur legibus.* Veriſimile autem additum in ea lege de magiſtratuum intervallo, ſed exceptos eſſe eos, quorum opera in bello uſus eſſet: itaque *præmium legis* hic appellat *Cicero.* Quod autem ait *licebat*; non ideo abrogatam poſtea legem Sullæ ſignificat, (nam eam valere locus ex XI. Philippica proxime recitatus indicat) ſed neminem jam uti ejus legis beneficio: cum ii, qui pro Sulla contra Marium pugnaverant, aut honores, ipſo vivente Sulla, jam cepiſſent, aut vita exceſſiſſent, aut certe ita ſenes eſſent, ut de petenda ædilitate

aut

Digitized by Google

modo opinionem vicit omnium, quae de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. [5] Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria [6] non admodum exſpectabatur, qui adoleſcentiam in forenſi opera; quaeſturae diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, [7] in Aſiae pace conſumpſerat. Sed incredibilis quaedam ingenii magnitudo [8] non deſideravit [9] indocilem uſus diſciplinam. Itaque cum totum iter & navigationem conſumpſiſſet partim in percunctando à peritis, partim in rebus

aut prætura minime jam cogitarent. *P. Manucius.*

4 *Legis præmio*] Intelligere videtur legem Corneliam; qua licebat iis qui Sullæ partes eſſent ſecuti, magiſtratus ante tempus capere. Vide *Paullum Merulam* de Legg. Roman. cap. XXIV. §. 36. *Davies.*

5 *Idque eo fuit mirabilius*] *Eo* non legitur in *Pariſ.* 2. 5. & forſan ablegari debet, cum ſtatim ſequatur *ab eo.* Idem.

6 *Non admodum* exſpectabatur] Sic *Cantab.* & *Reg.* pro varia lectione; nec incongrua eſt ea lectio. Alioqui cum quinque MSSti *Pariſ. Baliol. Elienſ. Pall.* & omnes fere codices repræſentent *ſpectabatur*; commode reponi poſſit *ſperabatur.* Hoc enim ſenſu *ſpectari* non dicitur, ut mea fert opinio; licet *Gruterus* aliique nonnulli contrarium ſtatuant. Vide *Thomam Munckerum* ad *Hygini* Poët. Aſtron. lib. I. cap. 6. & *Frid. Lindenbrogium* ad *Ammiani Marcellini* lib. XIV. cap. 7. *Idem.*

7 *In* Aſiæ pace] *Pal.* pr. *Gryphii*, Pariſ. 5. *Reg.* & *Cantab.* dant *Aſia.* Et ſic *Victorius* edidit. S. Victoris liber, Pariſ. 2. 3. 4. *in Aſiam pace.* Unde reſcribi commodum queat, *in Aſia in pace.* Sed nec incommoda videtur recepta lectio, quam *Pal.* ſec. Pariſ. 1. *Elienſ.* & *Baliol.* exhibent. *Idem.*

8 *Non deſideravit indocilem uſus diſciplinam*] Si recta ſcriptura eſt; *diſciplinam uſus indocilem* interpretor diſciplinam uſus quæ doceri non poteſt; quæque nullis præceptionibus tradi poteſt: *μάθησιν ἐμπειρίας ἀδίδακτον.* Et videtur dixiſſe *diſciplinam uſus* pro *uſu*, vel potius pro longa exercitatione & conſuetudine artis alicujus; ex qua quis fit uſu peritus. In quibuſdam libris vulgaris impreſſum eſt, *indocilem militiæ diſciplinam.* Lambinus.

9 Indocilem *uſus diſciplinam*] Pariſ. 4. *in docili*, quod nihil eſt. *Indocilis* eſt, qui non docetur. *Propertius* lib. I. El. II, 12.

Et ſcias indociles *currere lympha vias.*

Ovidius Faſt. III, 119.

Ergo animi indociles *& adhuc ratione carentes.*

Indocilis autem dicitur *uſus diſciplina*, quia quod docetur, opponitur experientiæ. *Apuleius* de Habit. Doctr. Platon. lib. II. p. 606. *Juſtitiam--artem vivendi ac diſciplinam*

 putat.

bus geſtis legendis; [1] in Aſiam factus imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis. Habuit enim divinam quandam memoriam rerum; verborum majorem Hortenſius. Sed, quo plus in negotiis gerendis res quam verba proſunt, hoc erat memoria illa praeſtantior: quam fuiſſe in Themiſtocle, quem facile Graeciae principem ponimus, ſingularem ferunt. Qui quidem etiam pollicenti cuidam ſe artem ei memoriae, quae tum primum proferebatur, traditurum, reſpondiſſe dicitur, [2] *oblivíſci ſe malle diſcere:* credo, quod haerebant in memoria quaecunque audierat vel viderat. Tali ingenio praeditus Lucullus adjunxerat etiam illam, quam Themiſtocles ſpreverat, diſciplinam. Itaque, ut literis conſignamus, quae monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat. Tantus

putat, & nunc DOCILEM *eſſe, nunc* usu & EXPERIENDO *provenire.* Qui locus etiam *Petri Fabri* diligentiam non fugit. Hinc, pro mente Ptolemæi Peripatetici, ἐκ ἐχρῆν ἐμπειρίαν εἰρηκέναι τὴν Γραμματικήν· αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ ἐμπειρία τριβή τίς ἐστι καὶ ἐργάτις, ἄτεχνός τε καὶ ἄλογος, ἐν ψιλῇ παρατηρήσει καὶ συγγυμνασίᾳ κειμένη· ἡ δὲ Γραμματική, τέχνη καθέστηκεν. Verba ſunt *Sexti Empirici* lib. I. advſ. Mathem. cap. III. §. 60, 61. *Indocilis* igitur ἄτεχνον, aut *inartificialem*, denotat. *Davies.*

1 *In Aſiam* factus *imperator venit, cum eſſet Roma profectus rei militaris rudis*] Huc reſpicit vetus Scholiaſtes ad Orat. pro lege Manilia cap. X. *Conſtat Lucullum uſque ad tempora conſulatus expertem fuiſſe bellorum. Poſt in conſulatu hiſtoriis ſtuduiſſe, ut bella deſtituta* (forſan *ut bella deſcripta*) *cognoſceret. Hoc in illo Dialogo, qui* ſcribitur (lege *inſcribitur*) *Lucullus, Cicero docet.* Ceterum doctiſſ. *Walkero* placet *perfectus Imperator*: à vulgata tamen lectione ſtant omnes Codices. *Davies.*

2 *Oblivíſci ſe malle diſcere*] *Cicero* Fin. lib. II. c. 32. *Themiſtocles quidem, cum ei Simonides, aut quis alius, artem memoria polliceretur,* Oblivionis, *inquit,* mallem. *Pal.* vero ſec. *Elienſ.* & *Aſcenſ.* dant *oblivíſci ſe malle* quam *diſcere.* Sed abſurde prorſus: nec addicunt alii Codices. Eam

Tantus ergo imperator in omni genere belli fuit, proeliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, [3] totiuſque belli inſtrumento & adparatu, ut [4] ille rex poſt Alexandrum maxumus hunc à ſe majorem ducem cognitum, quam quemquam eorum, [5] quos legiſſet, fateretur. In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis temperandiſque civitatibus, tanta aequitas, ut hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſervandis, & quaſi veſtigiis perſequendis. Sed, etſi magna cum utilitate reipublicae, tamen diutius quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata [6] afuit ab oculis & fori & curiae. Quin etiam, cum victor à Mithridatico bello revertiſſet, [7] inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. Nos enim conſules introduximus paene in urbem currum clariſſimi viri: cujus mihi conſilium & aucto-

ritas

Eam tamen ſcripturam *Guietus* temere probavit. *Davies.*

3 *Totiuſque belli* inſtrumento *&* *apparatu*] Ita Pariſ. 3. ita *Victorius*, ac uterque *Manucius* ediderunt: eamque lectionem probat *Petr. Faber.* Nec hæc ſententia mihi diſplicet: ſic enim certe locutus eſt *Suetonius* in Julio cap. 37. ut & noſter Fin. lib. II. c. 34. & lib. v. c. 3. Vulgo *inſtrumentis.* Idem.

4 *Ille rex poſt Alexandrum maximus*] Mithridates. *Guietus.*

5 *Quos* legiſſet] Liber S. Victoris, *quos legibus:* unde *quos legimus* extrundunt *Gulielmius* & *Gruterus.* Abſurde ſatis; nam de ſua, non de aliena, lectione pronuntiavit Mithridates. *Davies.*

6 Afuit *ab oculis & fori* &c.] Sic habent libri veteres duo, longe omnium optimi, & ſic eſſe legendum & nos millies jam Lectorem admonuimus & alii ex auctoritate ſimiliter veterum Codicum demonſtrarunt. LAMBINUS. Cum *Lambino* facit *Pariſ.* 4. & accedit fere quintus in quo *affuit.* Sed vide Fabrum.

7 *Inimicorum calumnia triennio tardius*] Hoc opera Memmii fiebat: is enim in Lucullum παρώξυνε τὸν δῆμον, καὶ ὡς πολλὰ νενοσφισμένῳ καὶ μηκύναντι τὸν πόλεμον ἔπεισεν αὐτῷ μὴ δοῦναι θρίαμβον. Ἐλθόντος δ' εἰς ἀγῶνα τοῦ Λευκόλλου μέγαν, οἱ πρῶτοι καὶ δυνατώτατοι καταμίξαντες ἑ-

αὐτὲς

ritas quid tum in maxumis rebus [1] profuiſſet, dicerem, niſi de me ipſo dicendum eſſet: quod hoc tempore non eſt neceſſe. Itaque privabo potius illum debito teſtimonio, quam id cum
2 mea laude communicem. Sed, quae populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea fere ſunt [2] & Graecis literis celebrata & Latinis. Nos autem [3] illa externa cum multis; haec interiora cum paucis ex ipſo ſaepe cognovimus: majore enim ſtudio Lucullus cum omni literarum generi, tum philoſophiae deditus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur: nec vero ineunte aetate ſolum; [4] ſed & quaeſtor aliquot annos, & in ipſo bello: in quo ita magna rei militaris eſſe occupatio ſolet, ut non multum imperatori [5] ſub ipſis pellibus otii relinquatur. Cum autem è philoſophis ingenio ſcientiaque putaretur Antiochus, Philo-

αὐτοῖς ταῖς φυλαῖς, πολλῇ δεήσει καὶ σπουδῇ μόλις ἔπεισαν τὸν δῆμον ἐπιτρέψαι θριαμβεῦσαι. *Plutarchi* verba ſunt in Lucullo p. 517. *Davies.*

1 *Profuiſſet*] Mallem *profuiſſent*, ut habet *Elienſ.* noſter. *Davies.*

2 *Et Græcis literis celebrata & Latinis*] Sic MSSti. Vulgo *& Græcis literis & Latinis celebrata.* Idem.

3 *Illa* externa] Vett. editi dant *exteriora*, quibus ſuffragantur Pariſ. 1. 2. 5. *Idem.*

4 *Sed & Quæſtor aliquot annos*] Vulgo *pro Quæſtore*: ſed eam lectionem ſat, ut opinor, jugulavit *Petr. Faber.* Ac *Lambinus* prior notaverat in aliis Codd. legi, *ſed & Quæſtor aliquot annos.* E noſtris quidem ſolus favet Pariſ. 5. exhibens *ſed & quæſtore aliquot annos.* Idem.

5 *Sub ipſis pellibus*] Tentoria videlicet ex pellibus erant confecta. Vide *Juſt. Lipſium* Mil. Rom. lib. V. Dial. 5. & *Fr. Hotomannum* ad *Cæſaris* lib. III. B. G. c. 29. *Idem.*

6 *Minuam* etiam *gloriam*] Pariſ. 3. *minuam* ejus *gloriam*; quod loco non convenit. At Pariſ. 1. 2. mediam vocem prætermittunt: nec, ut videtur, immerito. *Idem.*

7 *Reliqui etiamſi*] Vulgo *reliqui*; qui *etiamſi.* Sed vocem importunam recte prætermittunt *Reg.* & *Baliol.* Alioqui legas *reliquique*: qua ratione ceterorum Codicum ſcripturæ propius accedatur. *Idem.*

8 *Decorum* putant] Vulgo *putent.* Sed potior videtur ea lectio, quam nos

Digitized by Google

Philonis auditor, excellere; cum ſecum & quaeſtor habuit, & poſt aliquot annos, imperator: cumque eſſet ea memoria, quam ante dixi; ea ſaepe audiendo facile cognovit, quae vel ſemel audita meminiſſe potuiſſet. Delectabatur autem mirifice lectione librorum, de quibus audiebat. Ac vereor interdum, ne talium perſonarum, cum amplificare velim, [6] minuam etiam gloriam. Sunt enim multi, qui omnino Graecas non ament literas: plures, qui philoſophiam: [7] reliqui, etiamſi haec non inprobent, tamen earum rerum diſputationem principibus civitatis non ita [8] decoram putant. Ego autem, cum [9] Graecas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim; P. autem Africani, hiſtoriae loquantur, [10] in legatione illa nobili, quam ante cenſuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuiſſe; nec literarum

nos ex Reg. & Pariſ. 4. ſumſimus. *Id.*

9 *Graecas literas M. Catonem in ſenectute didiciſſe acceperim*] Sic ipſe *Cato* apud noſtrum de Senect. cap. VIII. *Ut Solonem verſibus gloriantem videmus, qui ſe* (Lego *queis ſe*) *quotidie aliquid addiſcentem ſenem fieri dicit; ut ego feci, qui Graecas literas ſenex didici.* Vide ſis, inter alios, *Valerium Maximum* lib. VIII. cap. VII, 1. *Idem.*

10 *In* legatione *illa nobili, quam ante cenſuram obiit,* Panaetium *unum omnino comitem fuiſſe*] *Baliol.* & *Reg.* à prima manu, *in* religione *illa nobili*: *Cantab.* autem *legione*; Duo *Gruteri* denique nec non Pariſ. 1. 2. *regione*; quod non de nihilo putavit vir ille doctus. Immerito profus: omnes enim iſtae lectiones ſunt pura puta librariorum ſomnia. *Athenaeus* lib. VI. pag. 273. Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς ἐκεῖνος ἐκπεμπόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐπὶ τὸ καταστήσασθαι τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην βασιλείας, ἵνα τοῖς προσήκουσιν ἐγχειρισθῶσι, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας, ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος καὶ Ποσειδώνιος. *Juſtinus* lib. XXXVIII. cap. 8. Ptolemaeus Phyſcon *obvius* LEGATIS *Romanorum Scipioni Africano & Sp. Mummio, & L. Metello, qui ad inſpicienda ſociorum regna veniebant, procedit.* Vide ſis & *Valerium Maximum* lib. IV. cap. III, 13. ac *Strabonem* lib. XIV. pag. 985. Tum verò comitem ei fuiſſe Panaetium docet *Plutarchus* Apophthegm. pag. 200. & in libro cum

rarum Graecarum, nec philoſophiae jam ullum auctorem requiro. Reſtat, ut iis reſpondeam, qui ſermonibus ejuſmodi nolint perſonas tam graves inligari. Quaſi vero clarorum virorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones, aut rerum conloquia leviorum. Etenim, [1] ſi quodam in libro vere eſt à nobis philoſophia laudata, profecto ejus tractatio optumo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt: [2] nec quicquam aliud videndum eſt nobis, quos populus Romanus hoc in gradu conlocavit, niſi ne quid privatis ſtudiis de opera publica detrahamus. Quod ſi, cum [3] fungi munere debeamus, non modo operam noſtram numquam à populari coetu removemus, ſed ne literam quidem ullam facimus, niſi forenſem; quis reprehendet noſtrum otium, qui in eo non modo noſ-

cum principibus philoſopho eſſe diſputandum p. 777. Hic tamen ἀνομίαν ἐφορῶντα, non ὑφορώμενον, legas oportet. In Apophthegmatibus invicem reponatur ὥς φησι Ποσειδώνιος, cum vulgati præ ſe ferant ὥς φησι Κλειτόμαχος, nam Poſidonium in Africani rebus auctorem laudat, ut vidimus, Deipnoſophiſta. Sed hæc obiter. Ceterum *Scipio tam elegans liberalium ſtudiorum omniſque doctrina & auctor* (forſan *auditor*) *& admirator fuit, ut Polybium Panætiumque præcellentes ingenio viros domi militiaque ſecum habuerit*; quemadmodum teſtatur *Velleius Paterculus* lib. I. cap. 13. Vide ſis & *Ant. Bendinellum* Loc. Contr. §. 35. *Davies.*

1 *Si quodam in libro vere eſt à nobis Philoſophia laudata*] Tuſculanas quæſtiones aut libros de finibus intelligi cenſet *Aldus* nepos. Nihil minus: nam, ut recte ſtatuit *Guietus*, ſuum vult Hortenſium, in quo *univerſa philoſophia vituperatoribus reſponderat*, &, *quanto opere & expetenda & colenda eſſet univerſa philoſophia*, dixerat. Vide Tuſc. II, 2. III, 3. Adi ſis & l. II. de Divin. c. 1. ac lib. I. de Fin. cap. 1. *Idem.*

2 *Nec quicquam aliud eſt videndum nobis*] Duo veteres habent, *nec quicquam aliud eſt* enim intendendum *nobis*. Plane vitioſe. Sed ex hac vitioſa ſcriptura ſuſpicabar legendum, *nec quicquam aliud eſt* enitendum *nobis*. Verumtamen nihil mutandum cenſeo. *Lambinus.*

Ibid. *Eſt videndum nobis*] Ita recte *Baliol.* Sic etiam Pariſ. 4. Reg. & S. Victoris liber; niſi quod illi male,

eſt

noſmetipſos hebeſcere & languere nolumus,
ſed etiam, ut plurimis proſimus, enitimur? Glo-
riam vero non modo non minui, ſed etiam
augeri arbitramur eorum, quorum ad popu-
lares inluſtreſque laudes, has etiam minus no-
tas minuſque pervolgatas adjungimus. Sunt
etiam qui negent, in iis, qui in noſtris libris
diſputent, fuiſſe earum rerum, de quibus diſpu-
tatur, ſcientiam. Qui mihi videntur [4] non ſo-
lum vivis, ſed etiam mortuis invidere. Reſtat 3
unum genus reprehenſorum, quibus Acade-
miae ratio non probatur. Quod gravius fer-
remus, ſi quiſquam ullam diſciplinam philo-
ſophiae probaret, praeter eam, quam ipſe ſe-
queretur. Nos autem, quoniam [5] contra om-
nes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus;
non poſſumus, quin alii à nobis diſſentiant,
recuſare.

eſt ut *videndum nobis*. Gryphii Codex dedit *nec quidquam adeſt ut invidendum vel intendendum judicium nobis*. Pariſ. 5. *eſt ut uiuidendum vel intendendum nobis*. Corruptiſſime. Pariſ. 1. 2. exhibent, *eſt* intendendum *nobis*. Niſi forſan innuunt *contendendum*; haſce varietates procudit inſcientia Librariorum, quos fugit elegans *videndi* poteſtas: hic enim *cavere* vel *vitare* denotat; ut & apud optimos ſcriptores. *Davies.*

3 *Fungi munere* debeamus] Pariſ. 1. 5. & Reg. *debebamus*: quod ſequentibus haud convenit. *Lambino* placet *debemus*. Ego cauſam non video cur vulgatam lectionem deſeramus. *Idem.*

4 *Non* ſolum *vivis*] Pariſ. 1. 2. 5. & *Ven.* 1471. *ſolum* neſciunt. Ac in hujuſmodi quidem locutionibus ea vox crebro ſubauditur, ut monuimus ad *Ciceronis* lib. II. N. D. cap. 64. Igitur hoc etiam in loco forſan eſt delenda. *Idem.*

5 *Contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus*] Academici percipi nihil poſſe dicebant præter unum illud nihil poſſe percipi. In hac autem hæreſi *Cicero* cum eſſet; non erat cur alios à ſe diſſentire moleſte ferret: id enim ab iis ſolet fieri, qui ſcire ſibi videntur; contra quos Academici ſolent dicere. Sunt qui legant, *contra omnes dicere, quæ videntur*: quos ſecuti non ſumus. Non enim contra omnes dicere, quæ videbantur, ſoli Academici ſolebant; quod commune omnium erat: ſed contra omnes qui ſcire videbantur; quod proprium erat Academicorum, negantium quidquam ſciri

recuſare. Quamquam [1] noſtra quidem cauſa facilior eſt, qui verum invenire ſine ulla contentione volumus: idque ſumma cura ſtudioque conquirimus. Etſi enim omnis cognitio multis eſt obſtructa difficultatibus, eaque eſt & in ipſis rebus obſcuritas, & in judiciis noſtris infirmitas, ut, non ſine cauſa, [2] antiquiſſimi & doctiſſimi invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſint: tamen nec illi defecerunt; neque nos ſtudium exquirendi [3] defatigati relinquimus, neque noſtrae diſputationes quicquam aliud agunt, [4] niſi ut, in utramque partem [5] dicendo, eliciant & tamquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quam proxume accedat. Nec inter nos & eos, qui ſe ſcire arbitrantur, quicquam intereſt, niſi quod illi non dubitant, quin ea vera ſint, quae defendunt; nos probabilia multa habemus,

ſciri & affirmari poſſe. P. MANUC.

Ibid. *Contra omnes dicere, qui ſibi ſcire videntur, ſolemus*] Ita legitur hic locus in libro MSto: cujus ſcripturam libentius ſequor, quam eam, quæ circumfertur in vulgatis. *Urſinus.*

Ibid. *Contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur*] *Pal.* ſec. *contra omnes dicere, qua videntur*; quod propugnat *Petr. Faber.* Quin etiam ſic edidit *Victorius.* Sed receptam ſcripturam jamdudum vindicavit *Paullus Manucius*, & eam recte retinent *Gryph. Urſin. Pal.* pr. *Elienſ. Reg. Baliol.* & Pariſ. 1. 3. Accedunt & reliqui; niſi quod Pariſ. 4. *qua vel qui ſcire ſibi videntur.* Sic & 5. qui præterea neſcit *ſibi*: idque *Pariſ.* 2. contigit. *Cantab.* habet *contra omnes, qui ſcire ſibi videntur, dicere qua videntur ſolemus.* Sed, ut verum fatear, utraque lectio in eo MSto temere videtur conjuncta. *Davies.*

1 *Noſtra quidem cauſa* facilior eſt] Vulgo *facilis*; nec aliter edidit *Victorius* ac exhibent Pariſ. 3. & Pall. At reliqui typis excuſi, ſimul ac MSSti *Baliol. Reg. Cantab. Pariſ.* 1. 2. 4. 5. eam quam recepimus præſtant lectionem. *Idem.*

2 *Antiquiſſimi & doctiſſimi*] Vulgo *& doctiſſimi & antiquiſſimi.* Noſtram vero lectionem firmant non modo *Aſcenſius* & *Victorius*, ſed etiam vetus Codex *Lambini*, noſtrique quatuor *Elienſ. Reg. Baliol.* & *Cantab.* ſimul ac Ven. 1471. Poſſis etiam

habemus, quae ſequi facile, adfirmare vix poſſumus. Hoc autem liberiores & ſolutiores ſumus, quod integra nobis eſt judicandi poteſtas; nec, ut omnia, quae praeſcripta & quaſi imperata ſint, defendamus, neceſſitate ulla cogimur. Nam ceteri primum ante tenentur adſtricti, quam, quid eſſet optumum, judicare potuerunt: deinde infirmiſſimo tempore aetatis aut obſecuti amico cuidam, aut una alicujus, quem primum audierunt, oratione capti, de rebus incognitis judicant, &, ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati, ad eam, tamquam ad ſaxum, adhaereſcunt. Nam, quod dicunt, [6] omnia ſe credere ei, quem judicent fuiſſe ſapientem; probarem, ſi id ipſum rudes & indocti judicare potuiſſent (Statuere enim, qui ſit ſapiens, vel maxume videtur eſſe ſapientis) [7] ſed, ut potuerunt, omnibus rebus auditis,

etiam legere, *& antiquiſſimi & doctiſſimi*; prout habent quinque Pariſienſes. *Idem.*

3 *Defatigati* relinquimus] Vulgo *relinquemus*. At meliorem ſcripturam ſuppeditarunt *Reg.* & *Cantab.* Idem.

4 *Niſi ut in utramque partem dicendo eliciant*] Sic habent libri veteres; neque eſt in eis *& audiendo*, quod eſt in vulgatis. *Lambin.*

5 *Dicendo eliciant*] Vulgo *dicendo* & audiendo *eliciant*. Sed duæ illæ voces omnino ſunt importunæ, & eas à veteribus libris afuiſſe teſtatur *Lambinus*. Ei non credens *Gruterus* ait: *exprimat velim nobis* Lambinus, *quinam ſint veteres ejus libri, aut quales*. Id equidem neſcio: tamen ea verba nec in *Cantab.* nec in *Reg.* nec in *Baliol.* comparere, bonæ fidei ſum teſtis. Ea negligunt etiam Pariſ. 1. 4. 5. ac Ven. 1471. *Davies.*

6 Omnia *ſe credere*] *Reg.* pro varia lectione dat, *omnino ſe credere*; quod in textum recepere Pariſ. 2. 4. 5. *Cantab.* & ſic edidit *Aſcenſius*. At *Baliol.* exhibet, *nam quod dicunt* vel omnino omnia *ſe credere*. Ibi male commiſſa eſt, ut fit, utraque ſcriptura; licet vulgata mihi praeferenda videatur. *Idem.*

7 *Sed, ut potuerint*, potuerunt *omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis. Judicaverunt* autem *re ſemel audita, atque ad unius ſe &c.*] Hunc locum multos abhinc

Digitized by Google

auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis, judicaverunt: aut re ſemel audita ad unius ſe auctoritatem contulerunt. Sed neſcio quo modo plerique errare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt, pugnaciſſime defendere, quam ſine pertinacia, quid conſtantiſſime dicatur, exquirere. Quibus de rebus & [1] alias ſaepe nobis multa quaeſita & diſputata ſunt, & quondam in Hortensî villa, quae eſt ad Baulos, cùm eò Catulus, & Lucullus, noſque ipſi poſtridie veniſſemus, quam apud Catulum fuiſſemus:

hinc annos ſic emendandam eſſe judicavi, maneoque in ſententia. Nihil enim neque ad *Ciceronis* ſenſum accommodatius, neque ſcripturæ receptæ affinius ac ſimilius excogitari poteſt. Licet tamen legere pro *judicaverunt autem re ſemel audita*; ubi omnes libri habent, *judicaverunt: aut re ſemel audita*; licet inquam legere, *at judicaverunt re ſemel audita*, ut ex *aut* faciamus *at*; &, mutato loco, transferamus in eum, in quo locari debet. Licet etiam ſic, ut olim, *nunc autem judicaverunt, re ſemel* &c. Sed hæc emendatio minus placet propter particulam *nunc*, cujus in antiqua ſcriptura nullum veſtigium comparet. *Lambinus.*

Ibid. *Judicaverunt: aut*] Locus, meo judicio, depravatus. Liber doctiſſimi viri Car. Sigonii *judicare aut*. Ego vellem *judicare; ita*. Sententia vero ſane quam apta efficitur. Cùm liceret, inquit, iis, antequam judicarent, audire omnia reliquorumque doctrinam noſſe: tamen, re ſemel audita, ad unius ſe auctoritatem contulerunt. Ut igitur potuerunt, ſi aliorum ſententias noſſent, judicare quid optimum eſſet: ita cum eas neglexerint, ſeque ad unius auctoritatem contulerint, rudes & indocti judicare non poſſunt. Hoc eo pluribus verbis explanandum putavi, ne quis correctionem noſtram poſthac in dubium vocaret. *P. Manucius.*

Ibid. *Sed, ut* potuerunt, *omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis*, judicaverunt: aut *re ſemel audita ad unius ſe auctoritatem contulerunt*] Locus eſt corruptus, quem *Manucius*, *Lambinus* & *Faber* ſuis ſinguli conjecturis redintegrare ſategerunt. Eorum tamen conatus mihi non faciunt ſatis. Arguta quidem eſt hariolatio *M. A. Mureti*, qui lib. VII. Var. Lect. cap. 18. legit, *ſed, ut* potuerint: *omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis, judicarunt*, an, *re ſemel audita, ad unius ſe auctoritatem contulerunt?* Cum vero *Sigonii* MStus habeat *judicare*; lubens equidem repoſuerim, *ſed ut* potuerint *omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis*, judicare; at ii, *re ſemel audita, ad unius ſe auctoritatem contulerunt*. Ita niſi fallor, meus

ſemus: quo quidem etiam maturius venimus, quod erat conſtitutum, [2] ſi ventus eſſet, Lucullo in Neapolitanum, mihi in Pompeianum navigare. Cum igitur pauca [3] in xyſto locuti eſſemus, tum eodem in ſpacio conſedimus. Hic Catulus, Etſi heri, inquit, id, quod quae- 4
rebatur, paene explicatum eſt, [4] ut tota fere quaeſtio tractata videatur; tamen exſpecto ea, quae te pollicitus es, Luculle, ab Antiocho audita dicturum. Equidem, inquit Hortenſius, feci plus, quam vellem: [5] totam enim rem Lucullo

mens conſtat *Ciceronis* & minima ſit mutatio. Nam *Gulielmium* & *Gruterum* non moror, qui Librarios nihil hic aberraſſe contendunt, & hanc fuiſſe Ciceronis mentem volunt; "Judicare, ait, qui ſit ſapiens, "maxime ſapientis eſt: quod certe "ii, qui adoleſcentes certam philo- "ſophiæ ſectam ſecuti ſunt, facere "non potuerunt. Sed quod po- "tuerunt, hoc fecerunt, ut, explo- "ratis diligenter examinatiſque ra- "tionibus, pro captu ſuo judica- "rent. Omnino præter rem: hos enim juvenes alio prorſus modo ſe geſſiſſe voluit noſter; ſiquidem *aut obſecuti amico cuidam*; *aut una alicujus*, *quem primum audierunt*, *oratione capti*, *de rebus incognitis judicarunt*, ut paullo ante dixit *Tullius*. Multum igitur abfuit ut ſingularum diſciplinarum rationes exacte perpenderint. Porro à noſtra conjectura non longe recedit emendatio Cl. *Walkeri*, cui placet, *ſed ut* potuerint; *omnibus rebus auditis*, *cognitis etiam reliquorum ſententiis*, judicarent: at *re* vel *at ſi re* &c. *Davies.*

1 *Alias ſæpe* nobis] Ultimam vocem non agnoſcunt *Reg. Cantab.* *Baliol.* Pariſ. 1. 2. 5. & *Ven.* 1471. nec eam forſan poſuit Cicero. *Idem.*

2 *Si ventus eſſet*] Id eſt, ut *Plautus* in Milite Glorioſo loquitur, ſi ventus operam daret. *Lambin.*

3 *In Xyſto*] Baliol. *vix iſto.* Pariſ. 4. *vix ipſo.* Perperam. Xyſtus videtur locus ſubdialis, ante domum poſitus, & pro vario Dominorum ingenio variis modis ornatus. Eum nos lingua vernacula *courtam* vocaremus. Vide ſis *J. Fr. Gronovium* ad *Seneca* de Ira lib. III. c. 18. & *Aug. Buchnerum* ad *Plinii* lib. IX. Epiſt. 7. *Davies.*

4 *Ut tota fere quæſtio tractata videatur*] *Gruterus* hæc, quæ cuncti Codd. agnoſcunt, immerito νοθείας habet ſuſpecta: nam pari ratione paſſim locutus eſt *Cæſar.* Id olim obſervabamus ad lib. I. B. G. cap. 13. *Idem.*

5 *Totam enim rem* Lucullo *integram*] Non temerarium putat *Gruterus*, quod *Pall.* & S. Victoris Codex ſervent *Catulo* integram. Eandem ſane lectionem repræſentant *Pariſ.* 5. *Elienſ.* *Reg.* *Baliol.* & *Cantab.* At ea manifeſte ridicula

Lucullo integram [1] ſervari oportuit: & tamen fortaſſe ſervata eſt: à me enim ea, quae in promptu erant, dicta ſunt; à Lucullo autem reconditiora deſidero. Tum ille, Non ſane, inquit, Hortenſi, conturbat me exſpectatio tua; etſi nihil eſt iis, qui placere volunt, tam adverſarium: ſed quia non laboro, quam valde ea, quae dico, probaturus ſim; eo minus conturbor. Dicam enim [2] nec mea, nec ea, in quibus, [3] ſi vera non fuerint, non vinci me malim, quam vincere. Sed mehercule, ut quidem nunc ſe cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima. Agam igitur ſicut Antiochus agebat; nota enim mihi res eſt: nam & vacuo animo illum audiebam & magno ſtudio, [4] eadem de re etiam ſaepius; [5] ut etiam majorem exſpectationem mei faciam, quam modo fecit Hortenſius. Cum ita eſſet exorſus, ad audiendum animos ereximus. At ille, Cum [6] Alexandriae quae-

eſt ac dormitantibus Librariis debetur. Etiam Pariſ. 1. 3. exhibent *Catullo* integram: reliqui vero rectam ſcripturam fulciunt. *Davies.*

1 Servari oportuit] *Pariſ.* 1. 2. 4. & *Ven.* 1471. dant *ſervatam.* Non male. *Davies.*

2 *Nec mea* nec ea] Multi Codd. duas ultimas voces neſciunt: nonnulli *nunc mea,* non *nec mea,* repræſentant. Mihi nihil videtur innovandum. *Idem.*

3 *Si non fuerint* vera] Sic reſtitui Codices MStos ſecutus; in quibus partim ita ſcriptum eſt, partim *ſi non fuerit veritas.* Lambin.

Ibid. *Si* vera *non fuerint*] Vulgo *ſi non fuerint:* ſed hoc modo verbulum deeſſe vidit *Lambinus;* licet eum ſecutus ſim ordinem, quem præſtant *Reg.* & *Cantab. Petr.* quidem *Faber* & *Janus Gulielmius* vulgatæ lectioni tuendæ laudant iſtud in libro de Amic. cap. 2. *Sunt iſta, Læli.* Item illud Acad. I, 3. *Sunt, inquam, iſta, Varro.* Sed alia plane eſt hujus & illius φράσεως ratio. *Davies.*

4 *Eadem de re*] Pariſ. 4. *ea addere.* At 1. 2. & *Ven.* 1471. *eâ de re.* Reliqui

Digitized by Google

quaeſtor, inquit, eſſem; fuit Antiochus mecum: & erat jam antea Alexandriae familiaris Antiochi Heraclitus Tyrius, qui & Clitomachum multos annos & Philonem audierat, homo ſane in iſta philoſophia, quae nunc prope dimiſſa revocatur, probatus & nobilis; [7] cum quo Antiochum ſaepe diſputantem audiebam: [8] ſed utrumque leviter. Et quidem iſti libri duo Philonis, de quibus heri dictum a Catulo eſt, tum erant adlati Alexandriam, tumque primum in Antiochi manus venerant; & homo natura leniſſimus (nihil enim poterat fieri illo mitius) ſtomachari tamen coepit. Mirabar: nec enim umquam antea videram. At ille Heracliti memoriam inplorans, quaerere ex eo, viderenturne illa Philonis, aut ea num vel e Philone vel ex ullo Academico audiviſſet aliquando? Negabat: Philonis tamen ſcriptum agnoſcebat: nec id quidem dubitari poterat. Nam aderant [9] mei familiares, docti

liqui receptam lectionem præſtant, quæ videtur optima. *Idem.*

5 *Ut etiam majorem exſpectationem mei faciam*] *Pariſ.* 4. 5. *Reg.* & *Cantab.* exhibent *ei faciam.* Eandem lectionem ex vetuſtiſſimo *Gryphiano* profert *J. M. Brutus*; & adjicit, *ut ad Antiochum referatur pronomen.* Abſurde prorſus: huic enim diſputationi non interfuit *Antiochus*, & clare reſpicit noſter ad id quod dixerat Hortenſius; ut a recepta ſcriptura ſtandum ſit omnino. *Idem.*

6 *Cum Alexandria Quæſtor, inquit, eſſem*] Ita nonnulli Codices. Vulgo *pro Quæſtore.* Perperam. Vide nos ad hujuſce libri cap. 2. *Idem.*

7 *Cum quo Antiochum*] Vulgo *cum quo & Antiochum.* Sed iſta *conjunctio* nihil habet quod hic agat: quapropter eam delevi fide MSStorum *Baliol. Reg. Cantab.* & Pariſ. 1. 2. 5. *Idem.*

8 *Sed utrumque* leviter] Cl. *Walkerus* reponit, *ſed utrumque leniter*: ac ita dat MS. *Regius.* Idem.

9 *Mei familiares, docti homines*] Vulgo *mei familiares & docti homines*

docti homines, P. & C. Selii, [1] & Tetrilius Rogus; qui ſe illa audiviſſe Romae de Philone, & ab eo ipſo duos illos libros dicerent deſcripſiſſe. Tum & illa dixit Antiochus, quae heri Catulus conmemoravit à patre ſuo dicta Philoni, & alia plura: [2] nec ſe tenuit, [3] quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet, [4] qui Sosus inſcribitur. Tum igitur & cum Heraclitum ſtudioſe audirem contra Antiochum diſſerentem, & item Antiochum contra Academicos; dedi Antiocho operam diligentius, ut cauſam ex eo totam cognoſcerem. Itaque complures dies adhibito Heraclito doctiſque compluribus, & in his Antiochi fratre Ariſto, & praeterea Ariſtone & Dione, quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat,

nes. Sed copulam negligunt *Aſcenſius* & *Victorius* in ſuis editionibus; eaque non comparet in Codice *S. Victoris* aut in *Baliol. Cant. Reg.* & *Pariſ.* 1. 2. *Pal.* autem ſec. *docti omnes*, hancque lectionem probant *Gruterus* & *Guietus*: id quod mihi parum recte fieri videtur. *Davies.*

1 *Et Tetrilius Rogus*] MSSti aliquot libri habent *Tetrinius*, quod eſt nomen familiæ Romanæ apud *Suetonium* in Caio. Sed ſive *Tetrinius* ſcribas, ſive, ut eſt in vulgatis, *Tetrilius*, parum refert; dummodo *Rocus* pro *Rogus* retineatur, quod eſt in antiquis denariis Crepereiæ gentis cognomen. *Urſinus.*

Ibid. Tetrilius *Rogus*] In Codd. plurimis eſt *Tretilius*, *Trecilius*, vel *Cretilius*. *Lambino* recipiebatur *Tertullius Rogus*. *Urſino* & *Grutero* placebat *Tetrinius*. At, cum in libro *S. Victoris* extaret *Crecilius*, *Gulielmio C. Racilius* arridebat. Niſi ridiculum videretur in hujuſmodi nugis tempus terere, de quibus certum quiddam ſtatui non poteſt; poſſem *C. Reticius Rogus*; nam in *Pal.* primo legitur *Creticius*. Vide ſis Inſcriptiones *Gruterianas* pag. DCCCXLVII, 5. *Davies.*

2 *Nec ſe tenuit, quin ---- ederet*] Sic omnes *Pall.* noſtrique præter Pariſ. 4. *Lambinus* tamen ex ſuis Codicibus publicavit, *nec ſe tenuit. Quin contra ſuum doctorem librum etiam* EDIDIT. At abrupta, prout videtur, hoc modo fit oratio. Certe non eſt cur receptam lectionem, tot a MSStis defenſam, repudiemus; quod etiam *Petr. Faber* animadvertit. *Idem.*

3 *Quin contra ſuum doctorem librum etiam edidit*] Sic habent libri veteres atque ita legendum. Nam

quin

bat, multum temporis in iſta una diſputatione conſumpſimus. Sed ea pars praetermittenda eſt, quae contra Philonem erat: minus enim acer eſt adverſarius is, qui iſta, quae ſunt heri defenſa, negat Academicos omnino dicere: etſi enim mentitur, [5] tamen eſt adverſarius lenior. Ad Arceſilam Carneademque veniamus. Quae cum dixiſſet, ſic rurſus exorſus 5
eſt: Primum mihi videmini, (me autem nomine adpellabat) cum veteres phyſicos nominatis, facere idem, quod ſeditioſi cives ſolent, cum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuiſſe populares, ut eorum ipſi ſimiles eſſe videantur. [6] Repetunt à P. Valerio, qui, exactis regibus, primo anno conſul fuit: conmemorant reliquos, qui leges populares

quin non pertinet ad verbum *tenuit*, quod proxime antecedit; ſed per ſe ſtat & ad ea quæ ſequuntur refertur, hoc modo: Quinetiam contra ſuum doctorem &c. *Lambin.*

4 *Qui* Sosus *inſcribitur*] Sic *Elienſ. Cantab.* & pro varia lectione *Regius.* At in *Pall. Baliol. Pariſ.* 1. 2. 3. 4. 5. aliiſque nonnullis solus legitur. Quæ ſcriptura ſit præferenda, dicant ii, qui vel hujus vel illius mentem capiunt. *Davies.*

5 *Tamen eſt adverſarius* lenior] *Lambino* placuit *levior*; & cum eo faciunt *Elienſ.* ac *Pariſ.* 4. 5. *Idem.*

6 *Repetunt jam à P. Valerio*] Cum in libris veteribus ſcriptum reperiſſem, *Repetunt jam P. Valerio*, ego *à P. Valerio* repoſui: quæ ſcriptura perſpicue recta eſt. Lambin.

Ibid. *Repetunt jam a P. Valerio*] In antiquo Codice eſt *repetunt à P. Valerio.* Et ſic alibi locutus eſt, *Repetunt ab Erechtheo.* [Tuſcul. I, 48.] *Urſinus.*

Ibid. *Repetunt* à *P.* Valerio] Vulgo, *repetunt* jam *P.* Valerium. Sed nos *Urſini* librum ſequimur, id quod res ipſa poſtulat. *Lucretius* lib. I, 782.

Quin etiam repetunt à cælo *atque ignibus ejus.*

Cicero de Orat. lib. I. cap. 20. *Cum repeteret uſque* à Corace *neſcio quo & Tiſia. Lambinus* quidem edidit, *repetunt* jam *à P. Valerio*; ac ita dant *Baliol.* & *Cantab.* Cum vero doctiſſimi illius viri Codices exhiberent *repetunt* jam *P. Valerio*, nec aliter ſit in Pariſ. 2. 4. 5. *Reg.* & S. Victoris; legendum crediderim *repetunt* ii à *P. Valerio.* Sed parum refert, hanc an receptam à me lectionem ſequaris. *Davies.*

lares de provocationibus tulerint, cum conſules eſſent: [1] tum ad hos notiores, C. Flaminium, (qui legem agrariam aliquot annis ante ſecundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit, invito ſenatu, & poſtea bis conſul factus ſit) L. Caſſium, Q. Pompejum. [2] Illi quidem etiam P. Africanum referre in eundem numerum ſolent. [3] Duos vero ſapientiſſimos & clariſſimos fratres, P. Craſſum & P. Scaevolam, ajunt Ti. Graccho auctores legum fuiſſe; alterum quidem, [4] ut videmus, palam, alterum, ut ſuſpicamur, obſcurius. Addunt etiam C. Marium; & de hoc quidem nihil mentiuntur. Horum nominibus tot virorum atque tantorum

1 *Tum ad hos notiores*] Deleta præpoſitione legerim *tum hos notiores*; vel potius *tum &c*, vel *autem*, *hos notiores*. Davies.

2 *Illi quidem etiam P. Africanum*] Vulgo totus hic locus ita diſtinguitur, *tum ad hos notiores, C. Flaminium, qui legem agrariam--factus ſit. L. Caſſium, Q. Pompeium illi quidem, etiam Africanum* &c. Nec aliter ipſe *Victorius* edidit. Sed peſſimam hanc interpunctionem nos ex re ipſa veteribuſque libris mutavimus. *Idem.*

3 *Sapientiſſimos & clariſſimos* fratres, *P. Craſſum & P. Scævolam*] Dictio *fratres* olet mendum: nam Craſſum & Scævolam fratres non fuiſſe conſtat. *P. Manucius.*

Ibid. *Duos vero ſapientiſſimos & clariſſimos* FRATRES, *P. Craſſum & P. Scævolam, aiunt Tib. Graccho auctores legum fuiſſe*] Diſerte *Plutarchus* in Gracchis p. 828. Οὐ μὴν ἐφ' αὐτοῦ γε συνέθηκε τὸν νόμον (agrarium Tib. Gracchus,) τοῖς δὲ πρωτεύουσιν ἀρετῇ καὶ δόξῃ τῶν πολιτῶν συμβούλοις χρησάμενος· ὧν καὶ ΚΡΑΣΣΟΣ ἦν ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ΜΟΥΚΙΟΣ ΣΚΑΙΟΥΟΛΑΣ ὁ νομοδείκτης, ὑπατεύων τότε *&c.* Neſcio vero quid impulerit *P. Manucium*, ut hos fuiſſe *fratres* pernegaret; aut *Lambinum*, ut non *clariſſimos fratres* cum MSStis, ſed *clariſſimos* VIROS ex conjectura daret: hos enim *fratres* fuiſſe diſerte teſtatur *Cicero* in Bruto cap. XXVI. & de Orat. lib. I. capp. 32, 56. *Davies.*

4 *Ut videmus----ut ſuſpicamur*] Hæc Gloſſemata videntur Grutero & nobis. *Guietus.*

Ibid. *Ut* ſuſpicamur] *Bal. Cantab. Pariſ.* 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. *ſuſpicantur*: nec mihi dubium videtur, quin ita ſit legendum. *Dav.*

5 Similiter *vos*] Hanc lectionem repræſentant Pariſ. 2. 4. & *Cantab.* nam *Reg.* à prima manu, Pariſ. 5. *Baliol.* liber S. Victoris & *Pal.* ſec.

tantorum expoſitis, eorum ſe inſtitutum ſequi dicunt. [5] Similiter vos cum perturbare, ut illi rempublicam, ſic vos philoſophiam bene jam conſtitutam velitis; Empedoclem, Anaxagoram, Democritum, [6] Parmenidem, Xenophanem, Platonem etiam & Socratem profertis. Sed neque Saturninus (ut noſtrum inimicum potiſſimum nominem) ſimile quicquam habuit veterum illorum, nec Arceſilae calumnia conferenda eſt cum Democriti verecundia. Et tamen iſti phyſici raro admodum, cum haerent aliquo loco, exclamant quaſi mente incitati; Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur; abſtruſa eſſe omnia, [7] nihil nos ſentire,

tire,

Rec. ſimile vos, ac ita dedit *Victorius*. At Pariſ. 1. 3. *Pal.* pr. & *Elienſ.* uterque præbent *ſimiles vos*; quo modo legerim, ſi locus ita diſtinguatur: *Similes vos. Cum perturbare* &c. nam fruſtra *Lambinus*, exturbata vocula, legit *ſimiliter cum perturbare* &c. *Idem.*

6 Parmenidem, Zenonem] Vetus lectio potius *Xenophanem*: ſed & hoc ipſo in libro cum ſermoni Luculli Cicero reſpondet, eoſdemque veteres Phyſicos, quos ille nominatim expoſuerat, appellat, poſt Parmenidem Xenophanem ponit. *Parmenides, Xenophanes minus bonis quamquam verſibus, ſed tamen illis verſibus, increpant eorum arrogantiam quaſi irati; qui, cum ſciri nihil poſſit, audeant ſe ſcire dicere.* Præterea ſcimus ex Laërtio in vita Pyrrhonis, qui hanc philoſophiam acerrime defenſitavit & novæ familiæ à ſe nomen impoſuit, ſolitos ejus ſectæ æmulos Xenophanem Colophonium hunc in ſuis numerare, cum his verbis certi aliquid homines ſcire poſſe negaſſet,

Καὶ τὸ μὲν ὧν σαφὲς ὄυτις ἀνὴρ ἴδεν, οὔτε τις ἔσται
Εἰδώς.

Sed illi etiam Zenonem Eleatem pro ſe ſtare affirmabant; quid enim hic habere explorati potuit, cum motum ſuſtuliſſet? Auditor autem fuerat Parmenidis hic Zenon. Quare ſi Eleatem intelligas, & non Citieum illum principem Stoicorum cujus crebra eſt mentio, poteſt etiam vulgaris lectio defendi, *Cicero* itidem alibi in hoc libro Zenonem Parmenidi ſubjungit. Ego tamen priſcam ſcripturam ſinceriorem judicavi, *Victorius.*

7 Nihil nos ſentire, nihil cernere, nihil omnino quale ſit poſſe reperire] Reſpicit ad hos Empedoclis verſiculos,

——— Τὸ δὲ ὅλον εὔχεται εὑρεῖν

Οὕτως

tire, nihil cernere, nihil omnino, quale ſit, poſſe reperire. Majorem autem partem mihi quidem omnes iſti videntur nimis etiam quaedam adfirmare, pluſque [1] profiteri ſe ſcire, quam ſciant. [2] Quod ſi illi tum in novis rebus, quaſi modo naſcentes, haeſitaverunt; nihilne tot ſaeculis, ſummis ingeniis, maxumis ſtudiis, explicatum putamus? Nonne, cum jam philoſophorum diſciplinae graviſſimae conſtitiſſent, [3] tum ut exortus eſt in optuma republica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret; ſic Arceſilas, qui conſtitutam philoſophiam everteret, & in eorum auctoritate deliteſceret, qui negaviſſent quicquam ſciri aut percipi poſſe? Quorum è numero

Οὕτως, οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐπακουστὰ
Οὔτε νόῳ περιληπτά---

Ubi tamen, niſi fallor, ſententia poſtulat ut reſcribatur

----Τὸ δὴ ὅλον εὔχεται εὑρεῖν.

Αὔτως. Οὔτ' ἐπιδερκτὰ &c.

Αὔτως eſt *ματαίως*, ut interpretatur *Suidas*, & in eo ſenſu legitur apud *Homerum*. Empedoclis locus extat apud *Sextum Empiricum* advſ. Mathem. lib. VII. §. 123. alioſque. Vide *Iſ. Caſaubonum* ad *Laërtii* X, 73. *Davies.*

1 *Profiteri* ſe *ſcire*] *Bal. Pariſ.* 1. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *ſe* non agnoſcunt; & ea vox poteſt abeſſe. *Idem.*

2 *Quod ſi illi tum in novis rebus*, quaſi modo naſcentes, *haſitaverunt*] *Petrus Ciacconus* putat voces *quaſi modo naſcentes* adjectas *Ciceroni* fuiſſe. URSINUS. *Ibid.* Immerito voces *quaſi modo naſcentes* ablegat *Ciacconius*: antiquorum enim temporum philoſophos Tullius *infantibus* comparat, qui de rebus omnibus dubitant & hæſitant, priuſquam confirmatum ab experientia ſit eorum judicium. *Davies.*

3 Tum *ut exortus eſt in optima Rep.*] Primam vocem prætermittit *Lambinus*, quæ tamen nullo modo παρέλκει. *Gruterus*, alio verborum ordine, dedit, *tum exortus eſt ut in optima Rep.* Nos *Aſcenſium* & *Victorium* ſequimur; quibuſcum faciunt Pariſ. 1. 2. 4. 5. *Baliol*, *Reg.* & *Cantab.* niſi quod in illis perperam legatur *exorſus*. Idem.

4 *Aliud* diceret *atque ſentiret*] *Cantab.* habet, *aliud* cognoſceret *atque ſentiret*: ſic & *Reg.* à ſec. manu: nam prima dat, *aliud* agnoſceret *atque ſentiret*: ac ita *Pariſ.* 2. 4. 5. *Baliol.* & *Aſcenſ.* Vitioſe tamen. *Cicero* de Orat. II, 67. *Urbana diſſimulatio eſt, cum alia* dicuntur *ac ſentias.* Codex S. Victoris, *aliud* agnoſceret, aliud *ſentiret*; quod perperam

Digitized by Google

numero tollendus eſt & Plato & Socrates:
alter, quia reliquit perfectiſſimam diſciplinam,
Peripateticos & Academicos, nominibus diffe-
rentes, re congruentes; à quibus Stoici ipſi
verbis magis quam ſententiis diſſenſerunt.
Socrates autem de ſe ipſe detrahens in diſ-
putatione, plus tribuebat iis, quos volebat re-
fellere. Ita cum [4] aliud diceret atque ſenti-
ret, libenter [5] uti ſolitus eſt ea diſſimulatione,
quam Graeci εἰρωνείαν vocant; quam ait etiam
in Africano fuiſſe Fannius: idque propter-
ea vitioſum in illo non putandum, quod i-
dem fuerit in Socrate. [6] Sed fuerint illa ve- 6
tera, ſi voltis, incognita. Nihilne eſt igitur act-
um,

perperam probaſſe videtur *Gulielmius*. Inepta tamen eſt ſuſpicio *Gruteri*; qui veretur ne manus ejus erraverit, ſcribendumque ſit, *aliud diceret, aliud agnoſceret*. Eum certe ab hac incuria liberant noſtri MSSti. *Idem.*

5 *Uti ſolitus eſt ea diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant: quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius*] Noſter de Orat. lib. III. cap. 67. *In hoc genere* (diſſimulationis urbanæ) *Fannius in Annalibus ſuis Africanum hunc Æmilianum dicit fuiſſe, & eum Græco verbo appellat εἴρωνα· ſed, uti ferunt qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac ironia diſſimulantiaque longe lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe.* Ob hanc diſſimulationem Socrates Zenoni Epicureo *ſcurra* dicebatur *Atticus*. Inhoneſtum quidem & contumelioſum eſt id vocabulum: *Minucius* tamen *Felix* & *Lactantius* hominem iſtum maledicum ſunt ſecuti. Vide lib. I. N. D. cap. 34. *Idem.*

6 *Sed fuerint illa* vetera, *ſi vultis, incognita. Nihil ne eſt igitur actum, quod* inveſtigata ſunt, poſtea quam *Arceſilas Zenoni*] *Vera*, non *vetera*, dat Pariſ. 4. At *Ven.* 1471. *quod inveſtigatum eſt.* Hunc autem locum ſicco pede prætereunt interpretes; nihilo tamen minus mihi parum ſanus videtur. Quæ enim ſunt *vetera* illa? aut quorſum referas *quod inveſtigata ſunt*? Levi mutatione verborumque trajectione legerim, *ſed fuerint illa* veteribus, *ſi vultis, incognita.* Inveſtigata ſunt poſtea. *Nihilne eſt igitur actum, quod Arceſilas Zenoni* &c. Senſus eſt commodus; licet huic conjecturæ non adeo faveam, quin alias ſim libenter auditurus. His dudum ſcriptis, Cl. *Walkerum* repoſuiſſe video; *ſed fuerint illa* veteribus *incognita. Nihilne eſt ergo actum, quod inveſtigata ſunt poſtea? Nam Arceſilas*---*obducere.* Idem.

1 Quod

Digitized by Google

um, [1] quod inveſtigata ſunt, poſteaquam Arceſilas Zenoni, ut putatur, obtrectans, nihil novi reperienti, ſed emendanti ſuperiores inmutatione verborum, dum hujus definitiones labefactare volt, conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere? Cujus primo non admodum probata ratio (quamquam floruit cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi) proxime à Lacyde ſolo retenta eſt; [2] poſt autem confecta à Carneade, qui eſt quartus ab Arceſi-

1 *Quod inveſtigata ſunt*] *Quot* habet vetus liber, & ita mihi videtur legendum, quod facile *t* literam in *d* mutari ſolita ſit. Inde *ſet* pro *ſed* & alia hujuſmodi multa reperiuntur. *Urſinus.*

2 *Poſt autem* confecta *à Carneade*] Vulgo *conficta*; nec aliter Codices, niſi quod *Baliol.* vocem prætermittat. At neceſſaria prorſus eſt emendatio *Lambini*, quam probant *Faber* & *Clericus*, quamque nos admiſimus. *Davies.*

3 *Audivit enim* Egeſinum] Ita Manucius: *Egeſinum* Lambinus. Uterque male. Eſt enim recta ſcriptura *Hegeſinus*. Ἡγησῖνος habent Græci ſcriptores *Laertius* & alii. *Urſin.*

Ibid. *Audivit enim* Hegeſinum] Vulgo *Egeſinum*. Nos aſperantem literam præpoſuimus, cum Græce ſit Ἡγησῖνος. Vide *Laertium* IV, 60. & *Suidam* in Πλάτων. Id olim monuere *Turnebus* Adverſ. VII, 1. & *Urſinus*: ſed ſurdis cecinerunt. *Dav.*

4 Lacydi *diſcipulum*] Vulgo *Lacydis*. Nos *Victorium* ſequimur; quod hac Genitivi forma gaudeant veteres. Adi ſis *Priſcianum* lib. VI. col. 706. aut *G. J. Voſſium* Art. Gramm. lib. IV. cap. 9. Hanc lectionem repræſentant etiam *Reg.* à prima manu, & *Pariſ.* 1. 5. *Idem.*

5 *Nam nonaginta vixit annos*] *Valerius Maximus* lib. VIII. cap. 7. *Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ miles; ſiquidem, nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philoſophandi finis fuit.* At ei quinque tantum annos & octoginta tribuunt *Lucianus* Macrob. Tom. II. p. 473. & *Laertius* IV, 65. *Idem.*

6 *Ingenii non minus in hoc, quam*] Locus per ſe ipſe ſuſpectus. Augent ſuſpicionem veteres Codices, in quibus mire corruptus & depravatus eſt. Sic enim fere legitur, *ingenii non minus in hoc nomine inthermada, eloquentia in Melanthio. i. odio ſuavitatis.* Quis Lynceus in his tenebris aliquid videat? Ego quidem fateor me hic nihil videre. Verumtamen, ut hominum ingenia excitemus, aliquid potius, quantumvis leve & nugatorium, quam nihil dicamus. Quid igitur ſi quis conjiciat ita legendum? *Ingenii non minus in Bione, in Carneade eloquentiæ, in Melanthio Rhodio ſuavitatis.* De Bione legendus Diogenes Laertius. *Lambin.*

Ibid. *Ingenii non minus in hoc, quam in Charmada eloquentia*] MSSti, teſte *Lambino*, fere dant, *ingenii non*

minus

Arceſila: [3] audivit enim Hegeſinum, qui Evandrum audierat, [4] Lacydi diſcipulum, cum Arceſilae Lacydes fuiſſet. Sed ipſe Carneades diu tenuit; [5] nam nonaginta vixit annos: & qui illum audierant, admodum floruerunt; è quibus induſtriae plurimum in Clitomacho fuit; (declarat multitudo librorum) [6] ingenii non minus in hoc, quam [7] in Charmada eloquentiae, in Melanthio Rhodio ſuavitatis. [8] Bene autem noſſe Carneadem Stratoniceus Metrodorus

minus in hoc nomine *in Thermada eloquentia:* unde vir ille doctus reſcribit *ingenii non minus in Bione, in* &c. Sed hanc conjecturam bene refellit *Petr. Faber.* In Pariſ. 5. eſt *ingenii non minus in hoc nomine in Carniada eloquentia in Melanchio. i. odio ſuavitatis.* Nihil facilius, quam ſi reponas, ex *Pariſ.* 1. 2. *ingenii non minus in hoc* HOMINE; dummodo hoc ad eum, quem ſupra dixit, Clitomachum pertinere cenſeas. Nihilominus, ut verum fatear, de alio quodam Carneadis diſcipulo videtur hic agi. Quam ob cauſam *Gulielmius* voluit, *ingenii non minus in* Aemone, *in* Charmida *eloquentia.* Aſt *Aemonem* ἐν Καρνεάδου μαθηταῖς numeratum fuiſſe non conſtat. Eo quidem magiſtro *Mentor* eſt uſus, de quo lepidam fabulam videas licet apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XIV. cap. VIII. p. 738. & apud *Laertium* IV, 63. Verum is ἀκουστὴς ἀντισοφιστεύει. Quid igitur? Liber S. Victoris, *Pariſ.* 4. & *Reg.* à prima manu repræſentant, *ingenii non minus in* hac nonne, *in* &c. Legerim *ingenii non minus in* Aeſchine, *in Charmada eloquentia.* Æſchinem dico Neapolitanum, philoſophum Academicum, quem, licet Μελανθίου 'Ροδίου μαθητὴν prodat *Diogenes* II, 64. à Carneade tamen inſtitutum fuiſſe docet *Plutarchus* in libro *an ſeni ſit gerenda Reſp.* Tom. II. pag. 791. Id etiam patet ex *noſtro de* Orat. lib. I. cap. XI. *Davies.*

7 *In* Charmada *eloquentia*] Vulgo *in Carneade.* Quaſi Carneades ſui fuiſſet diſcipulus! Igitur ſtatim vidi reſcribendum in *Charmada.* Adi nos ad Tuſc. lib. I. cap. 24: Quin & ita diſerte repræſentant MSS. *Pariſ.* 1. 2. 4. *Reg.* ac *Cantab.* & ſic olim repoſuit *Petr. Faber.* Hinc, ut idem vir doctiſſimus optime monuit, apud *Suidam* in Πλάτων non Ἀρμάδας ſed Χαρμάδας legi debet; quod obſervare neglexit *Lud. Kuſterus.* Alii porro reponunt *in Charmida*; præſtantiſſimus autem *Fabricius* ad *Sexti Empirici* Pyrrh. Hypot. I, 31. *in Charmide.* Nihil intereſt; ſiquidem non modo Χαρμίδας ac Χαρμάδας ſed etiam Charmadas, hic Carneadis diſcipulus nominetur. Vide *Curium Fortunatianum* Rhet. Schol. lib. III. p. 75. *Idem.*

8 *Bene autem noſſe Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur*] Laertius lib. X. (§. 9.) Πλὴν Μητροδώρου τοῦ Στρατονικέως πρὸς Καρνεάδην ἀποχωρήσαντος, τάχα βαρυνθέντος [illegible]

dorus putabatur. Jam Clitomacho [1] Philo veſter operam multos annos dedit: Philone autem vivo, patrocinium Academiae non defuit. Sed, [2] quod nos facere nunc aggredimur ut contra Academicos diſſeramus, id quidam è philoſophis, & ii quidem non mediocres, faciendum omnino non putabant; [3] nec verum eſſe ullam rationem diſputare cum iis, qui nihil probarent: Antipatrumque Stoicum, qui multus in eo fuiſſet, reprehendebant: nec definiri ajebant neceſſe eſſe, quid eſſet cognitio, aut perceptio, aut, ſi verbum è verbo volumus, comprehenſio, quam κατάληψιν illi vocant: eoſque, qui perſuadere vellent, eſſe aliquid, quod

ταῖς ἀνυπερβλήτοις αὐτοῦ χρυσότητι. Urſinus.

1 *Philo* veſter] In MSStis fere *noſter* legitur; quod revocandum putaſſet *Gruterus*, niſi vulgatam ſcripturam pertinaciter retinerent editi. Sed res ipſa ſatis docet ſervandam eſſe receptam lectionem; nam Lucullus adverſus Academicos agit, à quorum partibus ſtabat Philo. Quin & *Baliol.* ac *Pariſ.* 2. pro nobis militant. *Dav.*

2 *Quod nos facere nunc* aggredimur] Vulgo *ingredimur:* quod quidem ſatis eſt commodum, nec à me repudiatur, niſi quod non modo MSSti *Lambiniani*, ſed etiam liber S. Victoris, Pariſ. 1. 2. 4. 5. *Baliol.* Reg. & *Cantab.* alteram præferant lectionem. *Idem.*

3 *Nec vero eſſe ullam rationem*] *Nec verum eſſe* habent præter noſtrum impreſſi omnes libri. Ego ex vetuſto libro Bernardini Maffæi, juvenis admodum eruditi, & ex ſententia emendavi *nec vero*. Nam *verum* ſi legas, duæ illæ voces, *ullam rationem*, neque cum *ſequenti* verbo *diſputare*, neque cum præcedenti *eſſe* cohærebunt. *P. Manucius.*

Ibid. *Nec enim verum eſſe diſputare*] Sic eſt legendum, non ut quidam, emendare ſe putantes, corruperunt *nec vero eſſe ullam rationem*. *Verum* autem, id eſt juſtum, æquum: ut apud Horatium Epiſt. ad Mæcen. 2. lib. I.

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Et item apud M. Tullium pro Quinctio: *Continuone verum fuit à Prætore poſtulare, ut tibi ex edicto poſſidere liceret?* Ne quis autem me putet pro meo jure atque imperio ſic edendum curaſſe; ita plane nuper ſcriptum reperi in duobus Codd. veteribus, in quibus tamen hæc duo inania verba, *ullam rationem*, nihilominus ſcripta ſunt: quæ ſine dubio delenda ſunt ut aliena & ab eo, qui veram ſcripturam non intellexerat,

Digitized by Google

quod conprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant; propterea quod nihil eſſet clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci; perſpicuitatem aut evidentiam nos, ſi placet, nominemus, fabricemurque, ſi opus erit, verba; ne hic ſibi (me adpellabat jocans) hoc licere ſoli putet. Sed tamen orationem nullam putabant inluſtriorem ipſa evidentia reperiri poſſe, nec ea, quae tam clara eſſent, definienda cenſebant. Alii autem negabant ſe pro hac evidentia quicquam priores fuiſſe dicturos: ſed ad ea, quae contra dicerentur, dici oportere putabant; ne qui fallerentur. Plerique tamen & definitiones ipſarum etiam evidentium rerum non inprobant: & rem

erat, adſcripta. Olim vero teſtatus ſum me ſine ulla varietate ita ſcriptum reperiſſe in duobus aliis libris MSSris, niſi quod in eis eſt, ordine verborum mutato, *nec verum enim*: duarum autem illarum vocum, *ullam rationem*, nulla extant in iis libris veſtigia. Neque vero cuiquam dubium eſſe debet, quin ab iis fuerint adjectæ, qui *vero* pro *verum* legerint. *Lambin.*

Ibid. *Nec verum eſſe ullam rationem diſputare cum iis*] Male *Lambinus* debet *ullam rationem*. Intelligit *Cicero* quod vocamus ſyſtema philoſophicum; & ſic loquitur paſſim. Vide capp. 9, 13. *Clericus.*

Ibid. *Nec verum eſſe* ullam rationem *diſputare cum iis*] *Paullus Manucius* ex Codice Maffæano reponit, *nec* vero *eſſe ullam rationem diſputare cum iis*: Lambinus autem, deletis duabus vocibus unaque addita, legit, *nec* enim *verum eſſe diſputare cum iis*. Ei faver *Pariſ.* 5. qui dat *nec in verum enim eſſe diſputare cum iis*. Etiam *Pariſ.* 4. repræſentat *nec enim eſſe ullam rationem* &c. *Bal.* exhibet *nec* neceſſarium *eſſe ullam rationem diſputare cum iis*. Reg. vero *neceſſarium eſſe ulla ratione*. Lego *nec enim verum eſſe* ulla ratione *diſputare cum iis*; ac ita fere conjecit *J. M. Brutus*. *Verum* eſt *æquum*, prout ex Gloſſemate repræſentat editio *Aſcenſiana*. *Plinius* lib. VIII. Epiſt. 2. *Nequaquam* verum *arbitrabar* ---- *hos benignitate remiſſionis æquari*. *Petronius* Satir. cap. XLIII. *Tamen verum, quod frunitus eſt quam diu vixit, cui datum eſt, non cui deſtinatum*. Quem locum non ceperunt interpretes. Apud optimos auctores paſſim reperitur hic loquendi modus: quare *verum pro juſto frequenter poni* recte notavit *Priſcianus* lib. XVIII. col. 1180. De re ipſa videſis *Arrianum* Epictet. lib. I. cap. 5. de loquendi modo *J. F. Gronovium* ad *Livii* II, 48. *Davies.*

2. *A*

& rem idoneam, de qua quaeratur, & homines dignos, quibuſcum diſſeratur, putant. Philo autem, dum nova quaedam conmovet, quod ea ſuſtinere vix poterat quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur, ut eſt reprehenſus [1] a patre Catulo, &, ut docuit Antiochus, in id ipſum ſe induit, quod timebat. Cum enim ita negaret quicquam eſſe, quod conprehendi poſſet ([2] id enim volumus eſſe [3] καταληπτόν) ſi illud eſſet, [4] ſicut Zeno definiret, tale viſum (jam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum ſatis heſterno ſermone

1 *A patre Catulo*] Video Ciceronem ita locutum, *Servilius pater*, *Curio pater*, *Quinctus pater*; ſed de vivis. Itaque mihi magis placet *à patre Catuli*, ut eſt in antiquo libro: ſupra enim dixit, *qua heri Catulus commemoravit à patre ſuo dicta Philoni*. P. Manucius.

2 *Id enim volumus eſſe καταληπτόν*] Vulgo ἀκατάληπτον. Sed omnino recipienda *Turnebi* conjectura, quam protulit Adverſ. VII, 1. Alioquin enim ipſe ſibi repugnaret *Cicero*: nam *viſum impreſſum effictumque ex eo unde eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo unde non eſſet*; pro mente Zenonis, immo ex omnium mortalium ſententia, ſi tale modo daretur, καταληπτὸν ſeu comprehenſibile ſit oportet. *Davies*.

3 Ἀκατάληπτον] Καταληπτὸν legi vult *Turnebus*: nam vulgo legitur *id enim volumus eſſe ἀκατάληπτον*. In libris veteribus autem, literis Latinis ſcriptum eſt *id enim volumus eſſe acatalepton* &c. Quamvis autem Turnebi conjectura ſit probabilis, ut *catalepton* referatur ad illud tantum, quod poſtremo loco à Cicerone ponitur, *quod comprehendi poſſet*; tamen antiqua & recepta lectio ferri poteſt, ut referatur ad illud totum, *cum negaret quidquam eſſe, quod comprehendi poſſet* &c. nam qui negat quidquam eſſe quod comprehendi poſſit, ponit *acatalepton*. Omnino *Turnebi* emendatio facilior & planior eſt, quam lectio recepta. *Lambinus*.

Ibid. Ἀκατάληπτον] Καταληπτὸν hic lego cum *Turnebo*. Nam hæc verba, *cum enim ita negaret quidquam eſſe quod comprehendi poſſet*, idem ſonant ac ſi diceret, *cum negaret quidquam eſſe comprehenſibile*. Ergo ſubjiciendum fuit τὸ καταληπτὸν, quod exponeret τὸ *comprehenſibile*. Sic editio *Aldi Manutii*, & liber *Æmari Ranconeti* manu correctus. *Guietus*.

4 *Sicut Zeno* definiret] *Reg.* à ſec. manu & *Cantab.* habent *diffinit*. Lege vel *definit*, vel *definierat*; ut vulgatæ lectioni propius accedatur. *Davies*.

5 *Viſum igitur impreſſum effictumque*

mone trivimus) [5] viſum igitur inpreſſum [6] effictumque ex eo unde eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo unde non eſſet; id nos à Zenone definitum rectiſſime dicimus: quî enim poteſt quicquam conprehendi, ut plane confidas id perceptum cognitumque eſſe, quod eſt tale, quale vel falſum eſſe poſſit? Hoc cum infirmat tollitque Philo, judicium tollit incogniti & cogniti: ex quo efficitur, nihil poſſe conprehendi: ita inprudens eo, quo minume vult, revolvitur. Quare omnis oratio contra Academiam ſuſcipitur à nobis, [7] ut retineamus

que ex eo unde *eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo* unde *non eſſet*] *Lambinus*, aſſentiente *Fabro*, dedit *viſum igitur impreſſum effictumque ex eo* quod *eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo* quod *non eſſet*. Favent quidem ea quæ leguntur infra cap. XXIV. Favet etiam definitio Græca φαντασίας, quam ſuppeditat *Laertius* VII, 50. & ex eo *Suidas* in φαντασία. Νοεῖται δὲ, inquiunt, ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. Vide & *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. II. §. 4. & advſ. Mathem. lib. VII. §. 248, 402, 426. MSStis tamen adverſantibus haud quicquam mutatim; cum res eodem fere redeat, ac noſtram lectionem ſuis in Codicibus reperit *Auguſtinus*, ut liquet ex lib. II. contra Academ. cap. 5. *Idem*.

6 *Effictumque ex eo quod eſſet, quale eſſe non poſſet ex eo quod non eſſet*] Hic locus reſtitutus eſt ex ipſo Cicerone infra cap. 24. Ibi: *Quale igitur viſum? Tum illum ita definiviſſe; ex eo quod eſſet, ſicut eſſet, impreſſum & ſignatum & effictum.* Sequitur paullo poſt: *Hic Zenonem vidiſſe acute, nullum eſſe viſum quod percipi poſſet, ſi id tale eſſet ab eo quod eſt, ut ejuſmodi ab eo quod non eſt poſſet eſſe.* Ut igitur hunc locum aliquanto obſcuriorèm declaremus, hoc dicebat Philo. Si Zeno recte definivit viſum quod percipi poſſit; (ſic autem definivit: Viſum quod percipi poſſit, eſt quod impreſſum ac ſignatum eſt ex eo quod eſt, quale eſſe non poteſt ex eo quod non eſt) verum eſt nihil comprehendi; nihilque percipi poſſe. At Zeno viſum definivit non recte. Aliquid igitur comprehendi poteſt. *Effictum* autem edendum curavimus, Manutianam editionem ſecuti; quamvis in omnibus libris *effectum* ſcriptum invenerimus. LAMBIN. Ibid. *Effectum* etiam dant omnes noſtri præter unum Pariſ. 1. qui *effictum* bene repræſentat. *Dav.*

7 *Ut retineamus* eam *definitionem*] *Eam* neſciunt Pariſ. 1. 2. 5. nec id pro-

Digitized by Google

mus eam definitionem, quam Philo voluit evertere: quam niſi obtinemus, percipi nihil
7 poſſe concedimus. Ordiamur igitur a ſenſibus: quorum ita clara judicia & certa ſunt, ut, ſi optio naturae noſtrae detur, & ab ea Deus aliqui requirat, contentane ſit ſuis integris incorruptiſque ſenſibus, an poſtulet melius aliquid; non videam, quid quaerat amplius. Nec vero hoc loco exſpectandum eſt, [1] dum de remo inflexo, aut de collo columbae reſpondeam: non enim is ſum, qui, quicquid videtur, tale dicam eſſe quale videatur. [2] Epicurus hoc viderit, & alia multa. Meo autem judicio ita eſt maxuma in ſenſibus veritas, ſi & ſani ſunt ac valentes, & omnia removentur, quae obſtant & inpediunt. Itaque & lumen mutari ſaepe volumus, & ſitus earum rerum, quas intuemur; & intervalla aut contrahimus,

pronomen eſt orationi neceſſarium. *Davies.*

1 *Dum de remo inflexo aut de collo columba reſpondeam*] His exemplis utebantur Academici, ut ſenſuum judicia falſa eſſe patefacerent: nam *remus integer in tenui aqua fracti ſpeciem reddit*, & colorem *columbarum cervix & ſumit & ponit, utcunque deflectitur.* Verba ſunt *Senecæ* Nat. Quæſt. lib. I. capp. 3, 7. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. §. 119. Ἡ αὐτὴ κώπη ἔναλος μὲν κεκλασμένη, ἔξαλος δὲ εὐθεῖα. Et §. 120. Οἱ τράχηλοι δὲ τῶν περιστερῶν παρὰ τὰς διαφόρους ἐγκλίσεις διάφοροι φαίνονται κατὰ χρῶμα. *Hieronymus* adv. errores Joannis Hieroſ. p. 464. D. *Carneades aliquis ab inferis excitandus, ut proferat remum in aqua fractum --- columbarum colla ad ſingulas converſiones colorem mutantia.* Vide & *Lucretium* lib. II, 800. & lib. IV, 440. *Nemeſium* de Nat. Hom. cap. VII. pag. 150. *Syneſium* de Inſomn. pag. 138. C. *Tertullianum* de Anima cap. XVII. *Macrobium* Saturn. lib. VII. cap. 14. denique *Sam. Bochartum* Hieroz. Part. II. lib. I. cap. 2. *Idem.*

2 *Epicurus hoc viderit & alia multa*] Vulgo *multa alia*; contra quam volunt noſtri Codices. Hoc autem dicit, quod Epicurus ſenſus, veraces eſſe confirmarit. Vide noſtrum infra cap. XXV. *Lucretium* IV, 480.

Digitized by Google

trahimus, aut diducimus: multaque facimus uſque eo, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui judicii. Quod idem fit in vocibus, in odore, in ſapore: ut nemo ſit noſtrum, [3] qui in ſenſibus ſui cujuſque generis judicium requirat acrius. Adhibita vero exercitatione, & arte, [[4] ut oculi pictura teneantur, & aures cantibus,] quis eſt, [5] quin cernat, quanta vis ſit in ſenſibus? Quam multa vident pictores in umbris & in eminentia, quae nos non videmus? quam multa, quae nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati? qui primo inflatu tibicinis Antiopam eſſe aiunt aut Andromacham; cum id nos ne ſuſpicemur quidem. Nihil neceſſe eſt de guſtatu & odoratu loqui; in quibus intellegentia, etſi vitioſa, eſt quaedam tamen. Quid de tactu, & eo quidem, quem philoſophi interiorem vocant, aut doloris,

480. & *Tertullianum* de Anima cap. XVII. De loquendi ratione conſulas licet *Th. Gutakerum* ad *Antonini* lib. V. §. 25. *Davies.*

3 *Qui non in ſenſibus ſui cujuſque generis*] Aliquot libri veteres non habent negationem poſt relativum *qui*. In eis enim ſic legitur *qui in ſenſibus* &c. Ego tamen nihil muto. LAMBIN. Ibid. Particula *non* abeſt à vetere eoque optimo libro: & omnino tollenda videtur, ut ſenſus conſtet hujus loci commodus. *Urſin.*

Ibid. *Qui in ſenſibus ſui cujuſque generis judicium requirat acrius*] Sic MSS. *Lambin. Urſin. S. Victoris, Baliol. Reg. Pariſ.* 1, 2, 4, 5. & *Cantab.* Et recte quidem, ut viderunt etiam *F. Urſinus* & *Petr. Faber.* Vulgo *qui* non *in ſenſibus* &c. quod quamvis tueatur *Gruterus*, tamen auctoris menti videtur repugnare. *Dav.*

4 *Ut oculi pictura teneantur & aures cantibus*] Haſce voces in dubium nullus quod ſciam revocavit; licet mihi prorſus additiciæ videantur, cum ſuperfluæ ſint ſenſumque non juvent: quaptopter eas uncinis ſepſimus. De re ipſa vide *Menagium* ad *Laertii* VII, 51. *Idem.*

5 Quin *cernat*] *Lambinus* edidit, *qui non cernat*, cum quo faciunt *Aſcenſ. Reg.* & *Cantab.* Accedunt etiam fere *Pariſ.* 2. 4. in iis enim eſt, *qui non cernet.* Pariſ. autem 5. exhibet

ris, aut voluptatis? [1] in quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe judicium, [2] quia ſentiatur. Poteſtne igitur quiſquam dicere, inter eum qui doleat, & inter eum qui in voluptate ſit, nihil intereſſe? [3] aut, ita qui ſentiet, non apertiſſime inſanit? Atqui qualia ſunt haec, quae ſenſibus percipi dicimus; talia ſequuntur ea, quae non ſenſibus ipſis percipi dicuntur, ſed quodam modo ſenſibus: ut haec; illud eſt album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc aſperum. Animo jam haec tenemus conprehenſa, non ſenſibus. Ille deinceps equus eſt, ille canis. Cetera ſeries deinde ſequitur, [4] majora nectens, ut haec, quae quaſi expletam rerum conprehenſionem amplectuntur, *ſi homo eſt, animal eſt mortale,* [5] *rationis particeps.* Quo è genere nobis notitiae rerum inprimuntur; ſine quibus nec intellegi quicquam, nec quaeri aut diſputari poteſt. Quod ſi eſſent falſae

exhibet *qui non ſervet*. Corrupte. *Davies*.

1 *In quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe judicium*] Teſte *Laertio* II, 91. Cyrenaici ſtatuerunt τὰ πάθη καταληπτὰ, οὐκ ἀφ' ὧν γίνεται. Vide & *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 31. ac advſ. Mathem. lib. VI. §. 53. Idem lib. VII. §. 191. Φασὶν οὖν οἱ Κυρηναϊκοὶ κριτήρια εἶναι τὰ πάθη καὶ μόνα καταλαμβάνεσθαι καὶ ἀδιάψευστα τυγχάνειν, τῶν δὲ πεποιηκότων τὰ πάθη μηδὲν εἶναι καταληπτὸν μηδὲ ἀδιάψευστον. Hinc cum δύο πάθη ὑφίσταντο πόνον καὶ ἡδονὴν, apparet Cyrenaïcos in ſolis illis judicium veri poſuiſſe. Vide *Diogenem* II, 86. *Euſebium* Præp. Evang. XIV, 19. & *noſtrum* infra capp. 25, 46. *Idem*.

2 *Quia ſentiatur*] Pariſ. 3. *qua ſentiatur*. Pariſ. 5. *qui aſſentiatur*. Ven. 1471. *qui aſſentiantur*. Et *Guietus* quidem legit *cui aſſentiantur*. Forte vero reponendum *cui aſſentiamur*. Idem.

3 *Et ita qui* ſentiet, *non apertiſſime* inſanit] Vulgo *ſentiat --- inſaniat*. At vero *ſentiet* dant Pariſ. 4. Reg. & editio *Victoriana*. Totam vero noſtram lectionem repræſentat Pariſ. 5. *Idem*.

4 *Majora nectens*, ut hæc, *qua quaſi expletam rerum comprehenſionem* ample-

ſae notitiae [6] (ἐννοίας notitias adpellare tu videbare) ſi igitur eſſent hae falſae, aut ejuſmodi viſis inpreſſae, qualia viſa à falſis diſcerni non poſſent; quo tandem his modo uteremur? quo modo autem, quid cuique rei conſentaneum eſſet, quid repugnaret, videremus? Memoriae quidem certe, quae non modo philoſophiam, ſed [7] omnis vitae uſum omneſque artes una maxume continet, nihil omnino loci relinquitur. Quae poteſt enim eſſe memoria falſorum? aut quid quiſquam meminit, quod non animo conprehendit & tenet? Ars vero quae poteſt eſſe, niſi quae non ex una, aut duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? [8] quam ſi ſubtraxeris, quî diſtingues artificem ab inſcio? Non enim fortuito hunc artificem dicemus eſſe, illum negabimus: ſed cum alterum percepta & conprehenſa [9] tenere videmus, alterum non item. [10] Cumque

amplectuntur, ſi homo eſt &c.] Verba cum Doctiſſ. *Walkero* ſic diſpoſuerim; *majora nectens quæ quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur: ut hac*, Si homo, &c. Idem.

5 Rationis *particeps*] Sic *Baliol.* & *Reg.* ſic *Aſcenſius*, *Victorius* & alii repræſentarunt. Vulgo *rationi particeps.* Omnino male. Reſpicit autem noſter ad Stoicorum definitionem, ſecundum quos ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν, θνητόν. Vide modo *Stobæum* Eclog. Ethic. pag. 171. *Idem.*

6 Εννοίας *notitias*] Vulgo, ἐννοίας enim *notitias.* Sed mediam voculam delevimus, quod ea careant *Victorius* & MSSti. *Idem.*

7 Omnis *vita uſum*] *Walkerus* mavult *omnem vitæ uſum.* Et ita quidem ſolet Tullius. *Idem.*

8 Quam *ſi ſubtraxeris*] Lege *quas*, nempe perceptiones animi; quod etiam Cl. *Walkerus* vidit. *Idem.*

9 *Tenere* videmus] Cum *Lambino* malim *videbimus*; nam verba, quæ præcedunt, futuri ſunt temporis. *Idem.*

10 *Cumque artium aliud ejuſmodi genus ſit* &c.] Audi *Quinctilianum* Inſt. Orat. lib. II. cap. 18. *Artium alia poſita in inſpectione, id eſt, cognitione & æſtimatione rerum, qualis*

que artium aliud ejuſmodi genus ſit, ut tantummodo animo rem cernat; aliud, ut moliatur aliquid & faciat; quo modo aut geometres cernere ea poteſt, quae aut nulla ſunt, aut internoſci à falſis non poſſunt; aut is, qui fidibus utitur, explere numeros & conficere verſus? Quod idem in ſimilibus quoque artibus continget, quarum omne opus eſt in faciendo atque agendo. Quid enim eſt quod arte effici poſſit, niſi is, qui artem tractabit,
8 multa perceperit? Maxume vero virtutum cognitio confirmat percipi & conprehendi multa poſſe: [1] in quibus ſolis ineſſe etiam ſcientiam dicimus; [2] quam nos non conprehenſionem modo rerum, ſed eam ſtabilem quoque & inmutabilem eſſe cenſemus; itemque ſapientiam, artem vivendi, quae ipſa ex ſeſe habeat conſtantiam. Ea autem conſtantia ſi nihil habeat percepti & cogniti; quaero, unde nata ſit, & quo-

eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cujus ſtudium habet, intellectu contenta, quae θεωρητικὴ *vocatur: alia in agendo, quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilque poſt actum operis relinquit, quae* πρακτικὴ *dicitur, qualis eſt ſaltatio: alia in effectu, quae operis, quod oculis ſubjicitur, conſummatione finem accipiunt, quam* ποιητικὴν *appellamus, qualis eſt pictura.* Vide & *Joan. Wowerium* Polym. cap. 3. *Davies.*

1 *In quibus ſolis ineſſe etiam ſcientiam dicimus -- itemque ſapientiam*] Stoici virtutes ſcientias & ſapientias eſſe cenſebant. Vide *Stobaeum* Eclog. Ethic. pag. 166, ſeq. & *Juſt. Lipſium* Manud. lib. II. Diſſ. 2. *Idem.*

2 *Quam* (ſcientiam) *nos non comprehenſionem modo rerum, ſed eam ſtabilem quoque & immutabilem eſſe cenſemus*] Reſpicit ad definitionem Stoicorum, qui dicunt ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν *Diogenes Laertius* VII, 47. Αὐτὴν τε τὴν ἐπιστήμην φησὶν ἢ κατάληψιν ἀσφαλῆ, ἢ ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. Corruptiſſimus autem eſt locus ejuſdem libri §. 165. qui tamen facile poteſt emendari. Εἶναι δὲ inquit, τὴν ἐπιστήμην ἕξιν ἐκ φαντασιῶν πρὸς δεξιὰν ὑποπτώτων ὑπὸ λόγον. Omnino lege ἕξιν

quomodo? Quaero etiam, ille vir bonus, qui ſtatuit [3] omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius, [4] quam ut officium prodat aut fidem, [5] cur has ſibi tam graves leges inpoſuerit; cum, quamobrem ita oporteret, nihil haberet conprehenſi, percepti, cogniti, conſtituti? Nullo igitur modo fieri poteſt, ut quiſquam tanti aeſtimet aequitatem & fidem, ut ejus conſervandae cauſa nullum ſupplicium recuſet, niſi his rebus adſenſus ſit, quae falſae eſſe non poſſunt. Ipſa vero ſapientia, ſi ſe ignorabit ſapientia ſit necne, quo modo primum obtinebit nomen ſapientiae? deinde quo modo ſuſcipere aliquam rem, aut agere fidenter audebit, cum certi nihil erit, quod ſequatur? Cum vero dubitabit, [6] quid ſit extremum & ultimum bonorum; ignorans, quo omnia referantur, quî poterit eſſe ſapientia? Atque etiam illud perſpicuum eſt, conſtitui neceſſe

ἕξιν ἐν φαντασιῶν προσδέξει ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, quod interpretes non vidiſſe, mirum. *Suidas*: Ἐπιστήμη δέ ἐστιν ἕξις ἐν φαντασιῶν προσδέξει ΑΝΥΠΟΚΡΙΤΩι. Male. Reſcribas oportet ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου. Varias etiam ſcientiæ definitiones Stoicas refert *Stobæus* Eclog. Ethic. pag. 171. In his habes εἶναι τὴν ἐπιστήμην κατάληψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, & ἕξιν φαντασιῶν δεκτικὴν ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου. Lege ἕξιν ἘΝ φαντασιῶν ΠΡΟΣΔΕ'ΞΕΙ, &c. *Davies.*

3 *Omnem cruciatum* perferre] Sic recte MSSti & veteres editi. Vulgo *perferri.* Abſurde. *Idem.*

4 *Quam* ut *officium prodat aut fidem*] Sic optime *Lambinus* ex veteri Codice; nec aliter exhibent *Pariſ.* 2. 5. & *Ven.* 1471. Vulgo *aut.* Idem.

5 *Cur has* igitur *ſibi tam graves leges impoſuerit*] Non video, cur verbum *igitur* quidam inculcaverint: quod neque habent libri ſcripti, quos quidem ego viderim; & abundare ſenſus oſtendit. P. MANUCIUS. Ibid. Attamen Pariſ. 2. 5. τὸ *igitur* agnoſcunt; iidemque *ſibi* neſciunt. Sed male. *Davies.*

6 *Quid* ſit *extremum*] Vulgo deeſt vox media; quam nos ex *Pariſinis*, *Baliol.* *Reg.* *Cantab.* & veteribus editis revocavimus. *Davies.*

neceſſe eſſe initium, quod ſapientia, cum quid agere incipiat, ſequatur; idque initium eſſe naturae accommodatum: nam [1] aliter adpetitio, (eam enim eſſe volumus ὁρμὴν) qua ad agendum inpellimur, & id adpetimus quod eſt viſum, moveri non poteſt. Illud autem quod movet, prius oportet videri, eique credi: quod fieri non poteſt, ſi id, quod viſum erit, diſcerni non poterit à falſo. Quo modo autem moveri animus ad adpetendum poteſt, ſi id, quod videtur, non percipitur accommodatumne naturae ſit, an alienum? Itemque, ſi, quid officii ſui ſit, non occurrit animo; nihil umquam omnino aget, ad nullam rem umquam inpelletur, numquam movebitur. Quod ſi aliquid aliquando acturus eſt, neceſſe eſt id ei verum, quod occurrit, videri. [2] Quid? quod, ſi, iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur, quaſi quaedam lux lumenque vitae, tamenne in iſta pravitate perſtabitis? Nam quaerendi initium ratio adtulit;

1 *Aliter appetitio — moveri non poteſt*] Nam conſtat *fere inter omnes, id, in quo prudentia verſaretur & quod aſſequi vellet, aptum & accommodatum natura eſſe oportere, & tale, ut ipſum per ſe invitaret & alliceret appetitum animi, quem* ὁρμὴν *Graci vocant.* Verba ſunt *Tullii* de Fin. lib. v. cap. 6. *Davies.*

2 *Quid?* quod, *ſi iſta vera ſunt* &c.] Lego & diſtinguo, *Quid?* cum, *ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur, quaſi quadam lux lumenque vita; tamenne* &c. Eo vero proclivior erat lapſus, quod *cum* antiquis *quom* ſcribebatur. Vide *Marium Victorinum* Orthog. col. 2459. *Idem.*

3 *Sic & initium quarendi*] Lege cum *Walkero* noſtro, *ſic* ratio *& initium* &c. nam vox illa nec ſubintelligi, nec ex ſuperioribus repeti commode poteſt. *Idem.*

4 *Et* exitus *percipiendi*] Malim *exitum*, quod exhibent *Cantab.* & *Reg.* pro varia lectione. Quin & *Lambinus* ſic edidit. *Idem.*

5 *Comprehendendi tenet*] Supple *ratio.* Supra: *Nam quarendi initium* ratio *attulit.* Guietus.

6 *Ratio qua ex rebus perceptis* &c.] Di-

tulit; quae perfecit virtutem, cum eſſet ipſa
ratio confirmata quaerendo. Quaeſtio autem
eſt adpetitio cognitionis; quaeſtioniſque finis,
inventio. At nemo invenit falſa: nec ea, quae
incerta permanent, inventa eſſe poſſunt: ſed,
cum ea, quae quaſi involuta fuerunt, aperta
ſunt, tum inventa dicuntur. [3] Sic & initium
quaerendi, [4] & exitus percipiendi & [5] conpre-
hendendi tenet. Itaque argumenti concluſio, quae
eſt Graece ἀπόδειξις, ita definitur: [6] Ratio, quae
ex rebus perceptis ad id quod non percipie-
batur adducit. Quod ſi omnia viſa ejuſmodi 9
eſſent, qualia iſti dicunt, [7] ut ea vel falſa eſſe
poſſent, neque ea poſſet ulla notio diſcernere;
quo modo quempiam aut concluſiſſe aliquid,
aut inveniſſe diceremus? aut quae eſſet con-
cluſi argumenti fides? Ipſa autem philoſophia,
quae rationibus progredi debet, quem habebit
exitum? Sapientiae vero quid futurum eſt? quae
neque de ſe ipſa dubitare debet, neque de ſuis
decretis,

Diogenes Laertius VII, 45. Stoici vocant *ἀπόδειξιν, λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον* ΠΕΡΙ' ΠΑ'ΝΤΩΝ. Depravatæ ſunt voces ultimæ, quas interpretes variis modis reformare tentarunt. Mihi reſcribendum videtur, *τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον* ΠΑΡΑΣΤΑΝΤΑ. Corruptus eſt etiam locus in eodem ſegmento, ubi definiunt *εἶναι τὸν λόγον αὐτὸν συστημάτων ϗ ἐπιφορᾶς*. Lego *σύστημα ἐκ λημμάτων ϗ ἐπιφορᾶς*. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. II. cap. XII. §. 135. *Λόγος δὲ σύστημα ἐκ λημμάτων ϗ ἐπιφορᾶς*. Sed hoc obiter. Is idem paullo ante: *Ἔστιν οὖν, ὥς φασιν, ἡ ἀπόδειξις, λόγος δι' ὁμολογουμένων λημμάτων κατὰ συναγωγὴν ἐπιφορὰν ἐκκαλύπτων ἄδηλον.* Eadem definitio repetitur §. 143. Vide & §. 170. *Davies.*

7 *Ut ea vel falſa eſſe poſſent*] *Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu dant, *ut ea vel falſa* vel vera *eſſe poſſent.* Nec voces illæ per ſe ſunt incommodæ. Cum tamen eas neſciant libri potiores, forſan huc malum pedem intulerunt. Supra cap. VI. *Ut plane confidas id perceptum cogni-*

decretis, quae philoſophi vocant δόγματα: quorum nullum ſine ſcelere prodi poterit. Cum enim decretum proditur, lex veri, recti-que proditur: quo è vitio & amicitiarum proditiones & rerum publicarum naſci ſolent. Non poteſt igitur dubitari, quin decretum nullum falſum poſſit eſſe; [1] ſapientique ſatis non ſit, non eſſe falſum, ſed etiam ſtabile, fixum, ratum eſſe debeat; quod movere nulla ratio queat. Talia autem neque eſſe, neque videri poſſunt eorum ratione, qui illa viſa, è quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam à falſis intereſſe. Ex hoc illud eſt natum, quod poſtulabat Hortenſius, ut id ipſum ſaltem perceptum à ſapiente diceretis, nihil poſſe percipi. [2] Sed Antipatro hoc idem poſtulanti, cum diceret, ei, qui adfirmaret nihil poſſe percipi, conſentaneum eſſe unum tamen illud dicere percipi poſſe, ut alia non poſſent, Carneades acutius reſiſtebat: nam tantum abeſſe dicebat,

cognitumque eſſe, quod eſt tale quale vel falſum eſſe poſſit? Iidem Codices illic repræſentant, *quale* vel verum *vel falſum eſſe poſſit.* Haud neceſſario. *Davies.*

1 *Sapientique ſatis ſit, non eſſe falſum*] Ipſa indicat ſententia, quod veteris libri confirmat auctoritas, legendum *ſapientique ſatis* non *ſit non eſſe falſum:* ut hoc dicatur, Sapienti ſatis non eſt non eſſe falſa decreta, ſed ſtabilia quoque, fixa, rata debent eſſe. *P. Manucius.*

Ibid. *Sapientique ſatis* non *ſit, non eſſe falſum* &c.] Negationis particulam, quæ inter *ſatis* & *ſit* aberat ab omnibus libris vulgatis, reſtitui ex Codice Memmiano. Sic enim legitur in omnibus vulgatis *ſatis ſit*; ubi quis non videt negationem deeſſe? *Lambinus.*

Ibid. *Sapientique ſatis* non *ſit*] Sic Pariſ. 4. & ſic *Manucius* ac *Lambinus* in uno vel altero Codice repererunt. *Elienſ.* etiam ſecundus & *Reg.* ab emendatrice manu exhibent, *ſapientique* non *ſatis ſit*, quod eodem redit. Vulgo *ſapientique ſatis ſit*; eamque ſcripturam tuentur *Petr. Faber* & *Janus Gulielmius*. Hoc tamen non obſtat, quin eam omnino rejiciendam putem: nam ſi *non poteſt*

Digitized by Google

dicebat, [3] ut id conſentaneum eſſet, ut maxume etiam repugnaret: qui enim negaret quicquam eſſe, quod perciperetur, eum nihil excipere: ita neceſſe eſſe, ne id ipſum quidem, quod exceptum non eſſet, conprehendi & percipi ullo modo poſſe. Antiochus ad iſtum locum preſſius videbatur accedere: quoniam enim id haberent Academici decretum (ſentitis enim jam hoc me δόγμα dicere) nihil poſſe percipi; non debere eos in ſuo decreto, ſicut in ceteris rebus, fluctuare, praeſertim cum in eo ſumma conſiſteret: hanc enim eſſe regulam totius philoſophiae, conſtitutionem veri, falſi, cogniti, incogniti: quam rationem quoniam ſuſciperent, docereque vellent, quae a quovis accipi oporteret & quae repudiari, certe hoc ipſum, ex quo omne veri falſique judicium eſſet, percipere eos debuiſſe: etenim duo eſſe haec maxuma in philoſophia, judicium veri, & finem bonorum; nec ſapientem poſſe

teſt dubitari quin ſapienti ſatis ſit decretum *non eſſe falſum*; certum *Ciceroni* videtur, hoc ſapienti ſatis eſſe; quod ejus menti prorſus eſt contrarium. Particulam igitur negantem neceſſario flagitat ſententia. Cum tamen *Pall.* liber S. Victoris, *Elienſ.* alter, *Reg.* à prima manu, *Pariſ.* 1. 2. 3. *Baliol.* & *Cantab.* dent *ſapientiſque ſatis ſit*; reponendum crediderim, *nullum falſum poſſit eſſe* ſapientis; neque *ſatis ſit.* Qua de conjectura judicent harum rerum periti. *Davies.*

2 *Sed Antipatro hoc idem poſtulanti cum diceret,* ei, qui *affirmaret nihil poſſe percipi, conſentaneum eſſe, unum tamen illud dicere percipi poſſe, ut alia non poſſent, Carneades acutius reſiſtebat*] Quid ſibi velint hæc verba, nemo non videt; quorum antea ſententia videri poterat obſcurior, cum pro *ei qui affirmaret* legeretur *eique affirmaret*. Quo ex loco unius litteræ mutatione mendum ſuſtulimus, idque ex conjectura. *P. Manucius.*

3 *Ut* id *conſentaneum eſſet*] *Pariſ.* 2. *Baliol. Reg. Cantab.* & *Aſcenſ.* repræſentant *ut* ei *conſentaneum eſſet*. Fieri poteſt ut, utraque lectione conjuncta, legendum ſit, *ut id* ei *conſentaneum eſſet*,

Digitized by Google

poſſe eſſe, [1] qui aut cognoſcendi initium ignoret, aut extremum expetendi, ut, aut unde proficiſcatur, aut quo perveniendum ſit, neſciat: haec autem habere dubia, neque his ita confidere, [2] ut moveri non poſſint, abhorrere à ſapientia plurimum. Hoc igitur modo potius erat ab his poſtulandum, ut hoc unum ſaltem, percipi nihil poſſe, perceptum eſſe dicerent. Sed de inconſtantiá totius illorum ſententiae, ſi ulla ſententia cujuſquam eſſe poteſt nihil adprobantis, [3] ſicut opinor, dictum ſatis. Sequitur diſputatio copioſa illa quidem, ſed paulo abſtruſior; (habet enim aliquantum à phyſicis) ut verear, ne majorem largiar ei, qui contra dicturus eſt, libertatem & licentiam.

eſſet. Sed parum refert. *Davies.*

1 *Qui aut cognoſcendi initium ignoret*] Vulgo *cognoſcendi* eſſe *initium.* Sed *eſſe* delevit *Lambinus* ex conjectura; quod etiam faciendum notavit MSti *Regii* Librarius: ac abeſt à *Pariſ.* 1. Et ſane manifeſto παρέλκει vox iſta. *Gulielmius* tamen, ut Codicibus accederet quam proxime, legebat, *cognoſcendi* SESE *initium ignoret.* Abſurde; nec enim *ſui cognitio* ad rem, quæ agitur, pertinet. *Id.*

2 *Ut moveri non* poſſint] Cl. *Walkerus* legit *poſſit.* Recte; ſi modo non ad res, ſed ad perſonam referretur. Sed mihi ſecus videtur. *Idem.*

3 Sicut *opinor, dictum ſatis*] Vulgo *ſit, ut opinor, dictum ſatis.* Sed vel ſequenda eſt MSti *Cantab.* fides, quod nos fecimus; vel deleta prima vocula reſcribendum, *ut opinor, dictum ſatis.* Et ita ſane dat Codex Regius. *Idem.*

4 *Qui lucem eripere conetur*] Sic omnes quidem habent libri. Sed *Paſſeratius* legendum putat, *qui lucem* in rebus clariſſimis *eripere conetur.* LAMBIN. Fruſtra. Vide *Petr. Fabrum.*

5 *Sed diſputari poterat*] Pariſ. 2. 5. *ſed* ſi *diſputari poterat.* Lege, *ſed* id *diſputari poterat*, ut etiam *Victorius* edidit. *Davies.*

6 *Quemadmodum* prima *viſa* &c.] Legendum fortaſſe eſt *primo viſa* &c. ut *primo* & *deinde* inter ſe reſpondeant. Omnino neque *prima viſa* neque *ſecunda* dicuntur. Præterea ubi libri vulgati habent *nos pellerent*, legendum *eos pellerent.* *Eos* autem, videlicet ſenſus. *Lambin.*

Ibid. *Quemadmodum* primo *viſa*] Vulgo *prima viſa:* eamque lectionem temere defendit *Petr. Faber*, qui ſolutæ ligatæque orationis characterem non diſtinxit. Certe neceſſaria

tiam. Nam quid eum facturum putem de abditis rebus & obſcuris, [4] qui lucem eripere conetur? [5] Sed diſputari poterat ſubtiliter, quanto quaſi artificio natura fabricata eſſet primum animal omne, deinde hominem maxume: quae vis eſſet in ſenſibus: [6] quemadmodum primo viſa nos pellerent; deinde adpetitio ab his pulſa ſequeretur; tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus. Mens enim ipſa, quae ſenſuum fons eſt, atque etiam ipſa ſenſus eſt, naturalem vim habet, quam intendit ad ea, quibus movetur. Itaque alia viſa ſic adripit, ut his ſtatim utatur: [7] aliqua recondit; è quibus memoria oritur: cetera autem [8] ſimilitudinibus conſtituit; ex quibus effi-

ceſſaria prorſus eſt hæc *Lambini* conjectura, quam ex emendatione præ ſe fert *Regius* noſter. *Davies.*

7 *Aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur*] Nonnihil deſideratur, & fortaſſe tale quippiam, *ut poſtea*; ut ita legatur, *alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur; alia ſic recondit, ut poſtea, è quibus memoria oritur.* Et dictio *poſtea* referatur ad verbum *utatur.* Niſi ſi quis ita malit legere, *alia* ſibi *recondit, è quibus memoria oritur. Sibi*, id eſt, ad uſum ſuum. *P. Manucius.*

Ibid. *Aliqua* ſic *recondit****] Manutius putat legendum *aliqua* ſibi *recondit:* alii delent particulam *ſic.* Ego, cum videam eam reperiri in omnibus libris, ſuſpicor aliquid potius deſiderari: verbi gratia, tale quiddam: *ut horum uſum in alia tempora reſervet*; vel potius tale, *ut ea, cum opus ſit, depromat.* Lambin.

Ibid. *Aliqua recondit*] Vulgo *aliqua* ſic *recondit:* quæ vocula varias *Manucii*, *Lambini*, *Fabrique* conjecturas peperit. Ego eam prorſus delendam putavi, flagitante ſenſu. Et in MSto quidem *Regio* per hanc voculam recta ducitur linea. Præterea legendum *alia*, non *aliqua.* Sic de Fin. lib. III. cap. 19. *Ut enim in membris* alia *ſunt tanquam ſibi nata, ut oculi ut aures:* aliqua *ceterorum membrorum uſum adjuvant* &c. Codd. *aliqua etiam.* Lego *alia autem ceterorum* &c. *Davies.*

8 *Similitudinibus* conſtituit] An inductionibus, id eſt, ἐπαγωγαῖς? Ex ſingularibus ſimilibus generalia colligit: hic olor eſt albus; ille etiam albus eſt; & alius hic albus: ergo omnis olor albus. Hæc nix alba, & hæc, & illa: ergo nix omnis alba. Hæc inductio eſt ex partibus ſimilibus totum quodam modo conſtituens,

Digitized by Google

efficiuntur notitiae rerum: quas Graeci cum ἐννοίας tum προλήψεις vocant. Eo cum acceſſit ratio, argumentique concluſio, rerumque innumerabilium multitudo; tum & perceptio eorum omnium apparet, & eadem ratio perfecta his gradibus ad ſapientiam pervenit. Ad rerum igitur ſcientiam vitaeque conſtantiam aptiſſima cum ſit mens hominis; amplectitur maxume cognitionem: [1] & iſtam κατάληψιν, quam, [2] ut dixi, vèrbum è verbo exprimentes, conprehenſionem dicemus, cum [3] ipſam per ſe amat (nihil eſt enim ei [4] veritatis luce dulcius) tum etiam propter uſum. Quocirca & ſenſibus utitur, & artes efficit, quaſi ſenſus alteros, & uſque eo philoſophiam ipſam conroborat, ut virtutem efficiat; ex qua re una vita omnis apta ſit. Ergo hi, qui negant quicquam poſſe conprehendi, haec ipſa eripiunt vel inſtrumenta vel ornamenta vitae; vel potius etiam totam

ſtituens; quod ἔννοια & πρόληψις Stoicis, Latine notio. Vide *Plutarchum* de Placit. lib. IV. cap. XI. GUIETUS. *Ibid.* In *Pariſ.* 3. 5. *Reg.* & *Cantab.* eſt *conſtruit*; nec aliter editio *Victorii* repræſentat. Fortaſſis haud male. *Dav.*

1 *Et iſtam Catalepſim, quam* &c.] Sic habent noſtri Codd. veteres, & ita ſine dubio legendum: nam vulgati non habent provocabulum *iſtam*, quæ hic non eſt inanis. LAMB. Ibid. *Iſtam* agnoſcunt etiam *Pariſ. Pall. Baliol. Reg. Cantab.* & editiones *Aſcenſii Victoriique.* Davies.

2 *Ut dixi*] Tὸ *ut dixi* Gloſſema videtur: quid enim eſt *quam, ut dixi, dicemus?* GUIETUS. *Ibid.* Nimis moroſus eſt hic & alibi paſſim *Guietus.* Vide ſupra cap. VI. *Dav.*

3 *Ipſam per ſe amat*] Forte *propter ſe amat.* Lambin.

4 *Veritatis luce* dulcius] *Cantab. Reg. Bal.* & *Ven.* 1471. *dilucidius.* Pariſ. 2. 4. 5. *delucidius.* Forſan *delectabilius*, vel *jucundius*, fuit à manu Ciceronis. *Davies.*

5 *Si ea qua diſputent vera non ſint, tum omnia fore incerta*] Hic quoque delendam opinor particulam *non*, quæ abeſt à libro viri doctiſſimi, qui cum MSto diligenter fuit collatus. *Urſinus.*

Ibid. *Si ea qua* diſputantur] Vulgo *diſputentur.* Sed melior eſt ea ratio,

tam vitam evertunt funditus, ipſumque animal orbant animo: ut difficile ſit de temeritate eorum, perinde ut cauſa poſtulat, dicere. Nec vero ſatis conſtituere poſſum, quod ſit eorum conſilium, aut quid velint. Interdum enim, cum adhibemus ad eos orationem hujuſmodi, [5] Si ea, quae diſputantur, vera non ſint, tum omnia fore incerta; reſpondent, Quid ergo iſtud ad nos? Num noſtra culpa eſt? [6] Naturam accuſa, quae [7] in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſerit. [8] Alii autem elegantius, qui etiam queruntur, quod eos inſimulemus omnia incerta dicere; quantumque interſit inter incertum, & id, quod percipi non poſſit, docere conantur, eaque diſtinguere. Cum his igitur agamus, qui haec diſtinguunt: illos qui omnia ſic incerta dicunt, [9] ut ſtellarum numerus, par an impar ſit, quaſi deſperatos aliquos relinquamus.

ratio, quam præſtant *Reg. Pariſ.* 1. 4. aliique nonnulli. Ne quid tamen diſſimulem, cum *Bal. Vrſin. Pariſ.* 2. 5. *Reg.* & *Ven.* 1471. paullo poſt, omiſſa negante particula, dent, *vera ſint*; legendum ſuſpicor, *ſi ea, qua* diſputatis, *vera ſint* &c. Aut cum *Pariſ.* 4. neſciat *ad eos*; reponi queat *ſi ea, qua diſputant, vera ſint* &c. *Davies.*

6 *Naturam* accuſa] Forſan *accuſate.* Idem.

7 *In profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſerit*] Reſpicit ad illius effatum, quo pronuntiavit ἐν βυθῷ εἶναι ἀλήθειαν. Vide *Laertium* lib. IX. §. 72. *Lactantius* Epit. cap. XL. *Democritus in profundo quodam puteo demerſam veritatem jacere teſtatur.* Vide ſis & Inſt. Div. lib. III. cap. XXVIII, 13. & cap. XXX, 6. *Idem.*

8 *Alii autem elegantius*, qui *etiam queruntur*] *Qui* à mala manu irrepſiſſe videtur Cl. *Walkero.*

9 *Ut ſtellarum numerus, par an impar ſit*, neſcitur, *quaſi deſperatos*] Sic nunc edidi; olim autem *neſciatur*, quomodo habent libri vulgati. Sed videtur neque *neſciatur* neque *neſcitur* hic locum habere debere: nam ſubintelligitur, vel potius repetitur ἀπὸ κοινοῦ, *incertum eſt*: hoc modo, *ut ſtellarum numerus par an impar*

Digitized by Google

mus. Volunt enim (& hoc quidem vel maxume animadvertebam vos moveri) probabile aliquid eſſe & quaſi veri ſimile, [1] eaque ſe uti regula & in agenda via, & in quaerendo ac diſſerendo. [2] Quae iſta regula eſt [veri & falſi,] ſi notionem veri & falſi, propterea quod ea non poſſunt internoſci, nullam habemus? Nam ſi habemus, intereſſe oportet, ut inter rectum & pravum, ſic inter verum & falſum: ſi nihil intereſt, nulla regula eſt; nec poteſt is, cui eſt viſio veri falſique communis, ullum habere judicium, aut ullam omnino veritatis

impar ſit, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. Hac ſententia: Cum his igitur agamus, qui hæc diſtinguunt: illos, qui omnia ſic incerta dicunt, ut, ſtellarum numerus par an impar ſit, incertum eſt, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. *Lambin.*

Ibid. *Par an impar ſit, quaſi deſperatos*] Vulgo *par an impar ſit*, neſciatur, *quaſi deſperatos*. Sed antepenultimam vocem παρέλκειν recte vidit *Lambinus*; nec eam agnoſcunt liber S. Victoris, Pariſ. 1. 5. *Baliol. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. quapropter expunximus. Cum *Guieto* præterea legas velim *qui omnia ſic incerta dicunt ut ſtellarum* numerum, *par an impar ſit* &c. Ceterum eodem exemplo περὶ τῆς τῶν ἀστέρων ἀρτιότητος ἢ περισσότητος utitur, & plus quidem vice ſimplici, *Sextus Empiricus.* Adi doctiſſimum *Fabricium* ad lib. VII. contra Mathem. §. 243. *Davies.*

1 *Eaque ſe uti regula*] Hanc lectionem tuetur *Pariſ.* 3. eamque ſane non moveo. *Cantab.* tamen dat, *eamque ſicuti regulam*; *Reg.* vero, Baliol. *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. *eamque ſecuti regulam.* Ex quo non difficulter effici poſſit, *eamque ſe ſequi regulam.* Mihi tamen præplacet vulgata ratio. *Idem.*

2 *Qua eſt iſta regula, ſi notionem veri & falſi* &c.] In libris vulgatis ita legitur, *Qua iſta regula eſt veri & falſi, ſi* &c. Ego hoc totum *veri & falſi* tanquam à Librario errante temere bis poſitum, ſemel hic non ſuo loco, iterumque ſuo loco, funditus delevi. Namque hæc regula, quam dicit, non intelligitur regula veri & falſi; ſed regula, qua certum ab incerto, cognitum ab incognito diſtinguitur, id eſt regula cognitionis. Supra paullo ante operarii iſti, maſtigiæ plane & flagriones, mendoſe ediderunt olim *nos moveri* pro *vos moveri*, & mox *diffferendo* pro *diſſerendo.* Lambin.

Ibid. *Qua iſta regula eſt* veri & falſi] Voces *veri & falſi* mihi ſimul ac *Lambino* librariorum videntur adſumenta: quapropter eas uncinis cinximus. Delere vero noluimus, nam in

Digitized by Google

tatis notam. Nam, [3] cum dicunt, hoc ſe unum tollere, ut quicquam poſſit ita videri, [4] ut non eodem modo falſum etiam poſſit videri, cetera autem concedere; faciunt pueriliter. Quo enim omnia judicantur, ſublato, reliqua ſe negant tollere: ut, ſi quis quem oculis privaverit, dicat, ea, quae cerni poſſent, non ſe ei ademiſſe. Ut enim illa oculis modo cognoſcuntur, ſic reliqua viſis; ſed propria veri, non communi veri & falſi nota. [5] Quamobrem, [6] ſive tu probabilem viſionem, ſive probabilem & quae non inpediatur, ut Carneades volebat,

in omnibus noſtris extant MSStis: niſi quod Pariſ. 3. det *Qua iſta regula eſt veri & falſi propterea quod ea non poſſint* &c. Regula, quam dicit, eſt ea πιθανότητος ſeu veriſimilitudinis, qua ſe uti dicunt Academici. *Davies.*

3 *Cum dicunt hoc ſe unum tollere, ut quidquam* verum *poſſit ita videri, ut non eodem modo falſum etiam poſſit ita videri*] Addidi *verum* ex antiquo libro, ſententia comprobante. P. MANUCIUS. *Ibid.* Cum *Manucio* facit doctiſſimus *Walkerus*. Quum tamen ea voce careant omnes noſtri, ex adnotatione natam cenſeo. *Davies.*

4 *Ut non eodem modo falſum etiam poſſit videri*] Vulgo *poſſit* ita *videri*. Sed vox media plane fuit ſupervacanea, eamque tanquam delendam punctis notavit *Regii* Codicis Librarius. Quin & eam *Lambinus* in ſua editione prætermiſit. *Idem.*

5 *Quamobrem ſive tu probabilem viſionem & qua non impediatur; ſive improbabilem* & quæ impediatur, *ut Carneades volebat*] Hunc locum antea mutilum ac lacerum beneficio Codicum MSStorum ſane quam feliciter reſtitui: nam probabilis viſio & ea quæ non impeditur, ejuſdem ſunt ordinis ac ponderis: rurſus improbabilis viſio & ea quæ impeditur, idem valent. At, ut vulgo legitur, hæc ſunt confuſa, & præterea mutila. Sic enim habent omnes libri vulgati: *quamobrem ſive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem & qua non impediatur, ut Carneades volebat.* Quæ lectio plane inepta & inexplicabilis eſt. *Lambinus.*

6 *Sive tu probabilem viſionem, ſive* probabilem *& qua non impediatur ----proferes*] Vulgo *ſive* improbabilem *& qua non impediatur*; nec aliter noſtri *Gruterique* Codices. Quare vereor ut *Lambinus* beneficio MSStorum reſtituerit, *ſive tu probabilem viſionem & qua non impediatur, ſive improbabilem* & quæ impediatur--*proferes*. Ut ut autem ſit, ita ſe *perquam feliciter* repoſuiſſe temere credidit vir ille doctus. Agitur enim de Carneadea verſimilitudinis regula: ſed

ad

volebat, ſive aliud quid proferes, quod ſequare; ad viſum illud, de quo agimus, tibi erit revertendum. In eo autem, ſi erit communitas cum falſo, nullum erit judicium; quia [1] proprium in communi ſigno notari non poteſt: ſin autem commune nihil erit; habeo, quod volo: id enim quaero, quod ita mihi videatur verum, ut non poſſit idem falſum videri. Simili in errore verſantur, [2] cum convicti, ac vi veritatis coacti, perſpicua à perceptis volunt diſtinguere, & conantur oſtendere, eſſe aliquid perſpicui, [3] verum illud quidem inpreſſum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac conprehendi poſſe. Quo enim modo

ad eam nihil facit *improbabilis viſio* ſeu φαντασία ἡ φαινομένη ἀληθής, quæ, ſicut ipſe Carneades ſtatuit, παραγράψιμός ἐστι καὶ οὐ κριτήριον. Huic igitur loco declarando reputes oportet, Academicos φαντασίας πιθανὰς in πιθανὰς ἁπλῶς, πιθανὰς καὶ περιωδευμένας, & πιθανὰς καὶ περιωδευμένας καὶ ἀπερισπάστους diviſiſſe. Vide *Sextum Empiricum* Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. XXXIII. §. 227, ſeqq. Carneades vero ἀπαιτούμενος καὶ αὐτός τι κριτήριον πρός τε τὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν καὶ πρὸς τὴν τῆς εὐδαιμονίας περίκτησιν, δυνάμει ἀπαναγκάζεται καὶ καθ' αὑτὸν περὶ τούτου διατάττεσθαι. προσλαμβάνων ΤΗΝ ΤΕ ΠΙΘΑΝΗΝ ΦΑΝΤΑΣΙΑΝ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΙΘΑΝΗΝ ἍΜΑ ΚΑῚ ΑΠΕΡΙΣΠΑΣΤΟΝ καὶ διεξωδευμένην. Verba ſunt ejuſdem *Sexti* lib. VII. advſ. Mathem. §. 166. & in ſequentibus paragraphis res ipſa fuſius explicatur. Nos igitur, *Petro Fabro* præeunte, veram lectionem *Ciceroni* reddidimus. Cum tamen editio vetuſtiſſima 1471. det *ſive tu probabilem viſionem ſive* in *probabilem repræſentat*; malim *ſive tu probabilem viſionem*; *ſive* TU *probabilem & quæ non impediatur ---- proferes*. Davies.

1 *Proprium* in *communi ſigno notari non poteſt*] *Lambinus*, deleta præpoſitione, legit, *proprium communi ſigno notari non poteſt*. Sed renituntur MSSti, nec neceſſaria eſt illa emendatio. *Idem*.

2 *Cum convicti ac judicio veritatis coacti*] Libri veteres non habent *convicti ac*, ſed, his duabus vocibus ſublatis, ſimpliciter *cum judicio veritatis coacti* &c. *Lambinus*.

Ibid. *Cum* convicti ac vi *veritatis coacti*] Lambiniani MSSti, non ſecus ac liber S. Victoris, Pariſ. 1. 2. 4. 5. *Bal. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. exhibent, *cum* judicio *veritatis coacti*; ut forſan *Cicero* ſcripſerit, *cum* ditione *veritatis coacti*. Davies.

3 Verum

do perſpicue dixeris album eſſe aliquid, cum poſſit accidere, [4] ut id, quod nigrum ſit, album eſſe videatur? aut quo modo iſta aut perſpicua dicemus, [5] aut inpreſſa [6] ſubtiliter; [7] cum ſit incertum, vere inaniterne moveatur? Ita neque color, neque corpus, nec veritas, nec argumentum, nec ſenſus, neque perſpicuum ullum relinquitur. Ex hoc illud his uſu venire ſolet, ut, quicquid dixerint, à quibuſdam interrogentur: Ergo iſtuc quidem percipis? Sed qui ita interrogant, ab his inridentur: non enim urguent, ut coarguant, neminem ulla de re poſſe contendere, neque adſeverare, ſine aliqua ejus rei, quam ſibi quiſque placere dicit, certa

3 *Verum illud quidem impreſſum*] *Lambinus* edidit *vere illud quidem impreſſum*. Sed Codices ſtant à recepta lectione, niſi quod Pariſ. 4. det *verum illud* quod & *impreſſum*. Legerim *verum illud quidem* & *inpreſſum* ſubtiliter *in animo* &c. Nam vocem *ſubtiliter* excidiſſe docent, ut opinor, ſequentia. *Davies.*

4 *Ut id, quod nigrum ſit, album eſſe videatur*] Pal. primus & Pariſ 3. exhibent *ut id* quidem *nigrum ſit*, quod *album eſſe videatur*. Nihilo pejus. *Idem.*

5 *Aut impreſſa*] Tò *in animo* hic deſiderari videtur, ut ſententia compleatur: nam quo referas τὸ *moveatur*, quod in fine periodi eſt, niſi ad vocabulum *animo* ſeu *menti*, quod negligenti Librario excidit. Sic igitur totus locus videtur reſtituendus, *Aut quo modo iſta aut perſpicua dicemus, aut* in animo *impreſſa ſubtiliter, cum ſit incertum vere inaniterne moveatur?* GUIETUS. *Ibid.* Veri ſimilis quidem videtur *Guieti* ratio. Cum tamen Pariſ. 2. det *aut* etiam *impreſſa*. Pariſ. vero 5. *aut* enim *impreſſa*; minima mutatione reſcribendum cenſuerim, *aut* MENTI *impreſſa*. Davies.

6 *Subtiliter*] Id eſt, κατὰ λεπτὸν, exacte, ἀκριβῶς. Impreſſa ſubtiliter animo oportet eſſe viſa, ut ſint perſpicua; ex illorum ſententia. *Guietus.*

7 *Cum ſit incertum, vere inaniterne animus moveatur*] In vulgatis libris *animus* deſiderabatur. Ego addidi, ſecutus, præter antiquum librum, ipſam ſententiam ipſumque *Ciceronem*: qui non ita multo poſt, *Conantur*, inquit, *oſtendere, multa poſſe videri eſſe, quæ omnino nulla ſunt; cum animi inaniter moveantur rebus iis, quæ nulla ſint, ut iis, quæ ſint*. P. Manucius.

certa & propria nota. [1] Quid eſt igitur iſtuc veſtrum probabile? Nam ſi, quod cuique occurrit, & primo quaſi adſpectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo levius? ſin ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione, quod viſum ſit, id ſe dicent ſequi; tamen exitum non habebunt. Primum quia his viſis, inter quae nihil intereſt, aequaliter omnibus [2] abrogatur fides: deinde cum dicant poſſe accidere ſapienti, ut, cum omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit, exſiſtat aliquid, quod & veri ſimile videatur, & abſit longiſſime à vero; [3] quo modo, ſi magna parte quidem (ut ſolent dicere) ad verum ipſum, aut quam proxume accedant, confidere ſibi poterunt? Ut enim confidant, notum his eſſe debebit inſigne veri: [4] quo obſcurato, & oppreſſo, quod tandem verum ſibi videbuntur adtingere? Quid au-

1 Quid *eſt igitur iſtuc veſtrum probabile?*] Sic *Ven.* 1471. quam ſequendam putavi. Vulgo *quod eſt igitur* &c. Haud ita bene. *Davies.*

2 Abrogatur *fides*] Pariſ. 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. *erogatur fides*; unde legi poſſit *derogatur fides.* Sic *auctoritati cujuſquam* fidem derogari *oportuiſſe* dixit *Celſus* Medic. Præf. pag. 8. *Lactantius* Epit. cap. 50. *Nam ſi non fecerit, praceptis ſuis* fidem derogabit. At cum reliqui noſtri vulgatam lectionem ſervent, immota per me licet maneat. *Dav.*

3 Quo modo, ſi magna parte *quidem* (*ut ſolent dicere*) *ad verum ipſum aut quam proxime* accedant, *confidere ſibi poterunt?*] Codices noſtri, prætermiſſo *quomodo* (quod nec in Gruterianis legebatur) repræſentant, *ſi* (Cantab. *ſin*) *magnam partem quidem,* (Pariſ. 4. omittit *quidem*) *ut ſolent dicere, ac* (Bal. & Pariſ. 1. 2. 3. *ad*) *verum ipſum, ut* (Pariſ. 1. 3. *aut*) *quam proxime* accedant, *confidere ſibi poterunt?* Unde, deleto *quo modo*, quod neſciunt MSSti, repoſuerim, SE *magnam partem quidem* (*ut ſolent dicere*) *ad verum ipſum aut quam proxime* accedere, *confidere ſibi poterunt?* Cum *ut* pro *aut* ſcriberetur, *accedere* non recipiebat Syntaxis; quapropter à Librariis fuit mutatum. *Idem.*

4 *Quo* obſcurato *& oppreſſo*] Sic nonnulli Codices; *Lambino* teſte: nullos

Digitized by Google

autem tam abſurde dici poteſt, quam cum ita
loquuntur? eſt hoc quidem illius rei ſignum,
aut argumentum, & ea re id ſequor: ſed fie-
ri poteſt, ut id quod ſignificatur, aut falſum
ſit, aut nihil ſit omnino. Sed de perceptione
hactenus: ſi quis enim ea, quae dicta ſunt,
labefactare volet; facile, etiam [5] abſenti-
bus nobis, veritas ſe ipſa defendet. His ſatis 12
cognitis, quae jam explicata ſunt; nunc de ad-
ſenſione atque adprobatione, quam Graeci
συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus: non quo
non latus locus ſit; ſed paullo ante jacta ſunt
fundamenta. Nam [6] cum vim, quae eſſet in
ſenſibus, explicabamus, ſimul illud aperiebatur,
conprehendi multa & percipi ſenſibus; quod
fieri ſine adſenſione non poteſt. Deinde cum
inter inanimum & animal hoc maxume in-
terſit, [7] quod inanimum nihil agit, animal
agit

nullos enim, qui hanc præferunt lectionem, vidimus; & falſi ſunt *Petr. Faber* & *Fr. Guietus*, qui *Martianum Capellam* ita recitare tradunt. Vulgo *quo* obſcuro *& oppreſſo*; quod cum male ſe habeat, legerem *obruto & oppreſſo*, niſi librorum Lambinianorum, ſi qui ſunt, obſtaret auctoritas. Certe *obrui* & *opprimi* paſſim jungit *Cicero*. Dav.

5 Abſentibus *nobis*] Pariſ. 3. *habentibus*. Forſan à *Ciceronis* manu fuit, *tacentibus nobis*: & ita conjeciſſe *Walkerum* noſtrum poſtea vidi. Vide ſis infra cap. 32. *Idem*.

6 *Cum* vim *qua* eſſet *in ſenſibus*] *Baliol. Reg. Cantab. Pariſ.* 1. 2. & liber S. Victoris *vim* non agnoſcunt. at Pariſ. 5. & eam & ſequentem vocem prætermittit. *Pal.* autem primus, *Reg.* & *Cantab.* dant *qua eſſent*: unde *Gruterus* legit, *cum qua eſſent in ſenſibus*. Sed elegantior eſt recepta lectio, quæ ſuis nititur MSStis. *Idem*.

7 *Quod* inanimum nihil agit, *animal agit aliquid*] Pariſ. 1. 2. 4. 5. *Elienſ. Reg. Baliol. Cantab.* & *Ven.* 1471. ſimpliciter exhibent, *quod animal agit aliquid*: adeo ut haſce voces prætermittant, *inanimum nihil agit*. Et ſane videntur à Librariis additæ, quo plenior fieret oratio. Alioqui *cum inter inanimum & animal hoc maxime, interſit, quod animal agit aliquid*; inanimum nihil agere ſatis oſtenditur. *Idem*.

Digitized by Google

agit aliquid, (nihil enim agens ne cogitari quidem poteſt quale ſit) aut ei ſenſus adimendus eſt, [1] aut ea, quae eſt in noſtra ſita poteſtate, [2] reddenda adſenſio. At vero animus quodam modo eripitur his, quos neque ſentire neque adſentiri volunt: ut enim neceſſe eſt, lancem in libra, ponderibus inpoſitis, deprimi; ſic animum perſpicuis cedere. Nam [3] quomodo non poteſt animal non adpetere id, quod accommodatum ad naturam adpareat: (Graeci id οἰκεῖον adpellant) ſic non poteſt objectam rem perſpicuam non adprobare. Quamquam ſi illa, de quibus diſputatum eſt, vera ſunt, nihil attinet de adſenſione omnino loqui; qui enim quid percipit, adſentitur ſtatim: ſed haec etiam ſequuntur, nec memoriam ſine adſenſione poſſe conſtare, nec notitias rerum, nec artes: idque quod maxumum eſt, ut ſit aliquid in noſtra poteſtate, in eo, qui rei nulli adſentietur, non erit. Ubi igitur virtus, ſi nihil ſitum eſt in ipſis

1 *Aut ea, quae eſt in noſtra ſita poteſtate*] Cl. *Walkerus*, addita negatione, legit *qua* non *eſt in noſtra ſita poteſtate*; quia paullo poſt noſter ait *neceſſe eſſe animum perſpicuis cedere*, & *non poſſe objectam rem perſpicuam non approbare*. Davies.

2 Reddenda *aſſenſio*] Plerique libri veteres habent *credenda aſſenſio*, Unde ſuſpicor legendum *prodenda aſſenſio*. *Prodenda* autem, id eſt, deſerenda & relinquenda. *Lambin.*

Ibid. Reddenda *aſſenſio*] In libro S. Victoris, in Pariſ. 2. 4. 5. *Reg. Baliol. Cantab.* & *Ven.* 1471. legitur *credenda aſſenſio*; unde forſan reſcribi poſſit *cedenda aſſenſio*. Nam quod *Lambino* placebat *prodenda aſſenſio*; id vero perabſurdum eſt mentique *Ciceronis* contrarium, uti quidem *Pet. Faber* demonſtravit. Omnino tamen commoda eſt recepta lectio, nec ei litem ἀποτόμως moveo, cum ſit à nonnullis Codicibus retenta. *Davies*.

3 *Quo modo* non *poteſt animal ullum non adpetere id*] Notat *Gruterus* à S. Victoris exemplari non agnoſci primam negativam, neque neceſſariam eſſe. Qua in re permultum

Digitized by Google

ſis nobis? Maxume autem abſurdum, vitia in ipſorum eſſe poteſtate, neque peccare quemquam, niſi adſenſione; hoc idem in virtute non eſſe, cujus omnis conſtantia & firmitas ex his rebus conſtat, quibus adſenſa eſt, & quas approbavit: omninoque ante videri aliquid, quam agamus, neceſſe eſt, [4] eique, quod viſum ſit, [5] adſentiatur. Quare qui aut viſum aut adſenſum tollit, is omnem actionem tollit è vita. Nunc ea videamus, quae contra ab 13
his diſputari ſolent. Sed prius poteſtis totius eorum rationis quaſi fundamenta cognoſcere. Conponunt igitur primum artem quandam de his, quae viſa dicimus; eorumque & vim & genera definiunt: in his, quale ſit id, quod percipi & conprehendi poſſit: [6] totidem verbis, quot Stoici. Deinde illa exponunt duo, quae quaſi contineant omnem hanc quaeſtionem: quae ita videantur, [7] ut etiam alia eodem modo videri poſſint, nec in his quicquam

multum fallitur: licet enim iſtam voculam neſciant etiam Pariſ. 1. 2. 5. *Reg. Bal. Cantab.* & *Ven.* 1471. ejus opem tam vehementer flagitat oratio, ut ſine ea ne ſenſus quidem conſtet. *Davies.*

4 *Eique quod viſum ſit* adſentiatur] *Lambinus* edidit *adſentiri*; id quod poſtulat orationis ſtructura, ſi modo ſana ſit aliorum verborum recepta lectio. *Cantab.* 1 repræſentat *aut ei quod viſum ſit aſſentiatur.* Hinc minima mutatione legerim, UT *ei quod viſum ſit* ASSENTIATUR. Et ultimam vocem ſic repræſentat *Pariſ.* 4. *Idem.*

5 *Aſſentiatur*] *Sp. aſſentiamur,* Guietus, & Walkerus.

6 *Totidem verbis quot Stoici*] Stoicam φαντασίας καταληπτῆς definitionem ſuppeditabunt notæ noſtræ ad hujuſce libri cap. VI. *Davies.*

7 *Ut etiam alia eodem modo videri poſſint*] Vulgo *ut etiam alia* multa *eodem modo videri poſſint.* Sed *multa* (quæ vox, ut incommoda non ſit, parum neceſſaria eſt) haud agnoſcunt noſtri Codices aut *Ven.* 1471. Pariſ. vero 4. dat, *ut etiam* illa *alia eodem modo.* Idem.

Digitized by Google

quam interſit; non poſſe eorum alia percipi, alia non percipi: nihil intereſſe autem, non modo ſi ex omni parte ejuſdem modi ſint, ſed etiam ſi diſcerni non poſſint: quibus poſitis, unius argumenti concluſione tota ab his cauſa conprehenditur. [1] Conpoſita ea concluſio ſic eſt: Eorum, quae videntur, alia vera ſunt, alia falſa: & quod falſum eſt, id percipi non poteſt: quod autem verum viſum eſt, id omne tale eſt, ut ejuſdem modi falſum etiam poſſit videri. Et, quae viſa ſunt ejuſmodi, ut in iis nihil interſit, [2] non poſſe accidere, ut eorum alia percipi poſſint, alia non poſſint. Nullum igitur eſt viſum, quod percipi poſſit. Quae autem ſumunt, ut concludant id quod volunt; ex his duo ſibi putant concedi: neque enim quiſquam repugnat. Ea ſunt haec: Quae viſa falſa ſint, ea percipi non poſſe: [3] & alterum, inter quae viſa nihil interſit, ex his non poſſe alia talia eſſe, ut percipi poſſint, alia,

1 *Compoſita ea concluſio ſic eſt*] Vulgo *compoſita* autem *ea concluſio ſic eſt*. Sed voculam ſecundam neſciunt Paril. 5. *Bal. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. quapropter eam delevimus. *Davies.*

2 *Non* poſſe *accidere*] Legendum credo, *non* poteſt *accidere*; prout *Paullum Manucium* & *D. Lambinum* edidiſſe video. Noſtri tamen Codices haud addicunt. *Idem.*

3 *Et* alterum, *inter qua viſa*] Cum non præceſſerit *unum*, minus opportunum videtur *alterum*: quapropter eam vocem delendam cenſuit *Walkerus* noſter. Et recte quidem; niſi quod malim, *&* iterum, *inter qua viſa* &c. *Idem.*

4 *Multa & varia* oratione] Vulgo *ratione*; renitentibus re ipſa, Codicibus noſtris & editis veteribus. *Idem.*

5 *Eorum, qua videantur, alia vera eſſe, alia falſa*] Sic, opinor, melius quam antea *aliud verum eſſe, aliud falſum*. Probat antiquus liber: confirmat ipſe Cicero, qui proxime ſupra, *Eorum*, inquit, *qua videntur, alia vera ſunt, alia falſa*. P. Manucius. Ibid. *Manucio* præivit *Victorius*;

lia, ut non poſſint. Reliqua vero [4] multa & varia oratione defendunt; quae ſunt item duo: unum, [5] eorum, quae videantur, alia vera eſſe, alia falſa: alterum, omne viſum, quod ſit à vero, tale eſſe, quale etiam à falſo poſſit eſſe. Haec duo propoſita non praetervolant, ſed ita dilatant, ut non mediocrem curam adhibeant & diligentiam. Dividunt enim in partes, & eas quidem magnas: primum in ſenſus; deinde in ea, quae ducuntur à ſenſibus & ab omni conſuetudine, [6] quam obſcurari volunt: tum perveniunt ad eam partem, ut ne ratione quidem & conjectura ulla res percipi poſſit. Haec autem univerſa concidunt etiam minutius. Ut enim de ſenſibus heſterno ſermone vidiſtis, [7] item faciunt de reliquis: in ſinguliſque rebus, quas in minima diſpertiunt, volunt efficere, his omnibus, quae viſa ſint, veris, adjuncta eſſe falſa, quae à veris nihil differant: [8] ea cum talia ſint, nihil

ſtrius; eorumque rationem firmant *Pall. Pariſ.* 4. 5. *Reg. Baliol.* & *Cantab.* Davies.

6 *Quam obſcurari volunt*] Hanc lectionem pertinaciter exhibent noſtri; nec tamen ex ea ſenſum commodum exſculpere queo. Si aliis idem contingat; legant illi mecum, *qua obſcurare volunt*. Nimirum ſtatuebant Academici, ſenſus reliquaque, quæ memorat *Cicero*, rebus percipiendis eſſe parum idonea. Id quibus rationibus effecerint, docebit *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 14. *Davies*.

7 Item *faciunt de reliquis*] *Pariſ.* 5. *iterum ita. Ven.* 1471. *Iterum iſta faciunt de reliquis.* Pariſ. 1. 2. *Item ita faciunt de reliquis.* Nimirum conjuncta eſt duplex lectio: cum enim nonnulli Codices darent *item faciunt*; alii, *ita faciunt*; diligentes Librarii nec hoc nec illud neglexerunt: & utrumvis eligas perinde eſt. *Idem*.

8 *Ea cum talia ſint, nihil poſſe comprehendi*] *Pariſ.* 1. 2. 3. 5. *Reg. Bal.* & *Ven.* 1471. *non poſſe comprehendi*; quod cur reſpuatur, haud equidem video. *Idem*.

14 nil poſſe comprehendi. Hanc ego ſubtilitatem philoſophia quidem digniſſimam judico, ſed ab eorum cauſa, qui ita diſſerunt, remotiſſimam: definitiones enim, & partitiones, & [1] horum luminibus utens oratio, [2] tum ſimilitudines diſſimilitudineſque, & earum tenuis & acuta diſtinctio, fidentium eſt hominum, [3] illa vera, & firma, & certa eſſe, quae tutentur; non eorum, qui clament, nihilo magis vera illa eſſe, quam falſa. Quid enim agant, ſi, cum aliquid definierint, roget eos quiſpiam, num illa definitio poſſit [4] in aliam rem transferri quamlibet. Si poſſe dixerint; [5] quid dicere habeant

1 Horum *luminibus utens oratio*] *Lambino* placebat *harum luminibus utens oratio*; quod uſitatæ conſtructioni magis congruit. Sed vulgatam lectionem recte tuetur *Petr. Faber*, eamque retinent noſtri Codices. *Davies.*

2 *Tum ſimilitudines* diſſimilitudineſque] *Diſſimilitudineſque* non agnoſcit *Pariſ.* 2. Vide ſis infra cap. 32. *Idem.*

3 *Illa vera & firma & certa eſſe, quæ putentur*] Aptius ad ſententiam viſum eſt *putentur*, quam, ut antea, *tutentur*, ut dicat illa vera eſſe, quæ videantur. Contra ſententiam Academicorum, qui nihilo magis vera illa eſſe quam falſa clamabant: quod proxime ſequentibus verbis oſtenditur. P. MANUCIUS. Ibid. Fruſtra prorſus eſt vir eruditus; nam, præterquam quod Codices *Manucianam* conjecturam reſpuunt, oſtendere vult *Cicero* quam abſurde ſe gerant hi Academici, cum perſonas induunt fidentium hominum illa certa eſſe quæ tutentur; quamvis reapſe nihil, pro eorum ſententia, magis verum ſit quam falſum. *Davies.*

4 *In aliam* rem *transferri*] Sic *Reg. Baliol. Cantab. Ven.* 1471. aliique veteres editi. Vulgo *rem* prætermittunt. *Idem.*

5 *Quid enim dicere habeant, cur illa vera definitio ſit*] Alii, *quid enim dicere habeant?* pro *nec enim negare poſſunt.* Quod mihi non plane ſatisfacit: quiddam enim curtum in his verbis aures meæ ſentiunt; nec *Ciceroni* propoſitum id videtur magis, illam Academicorum definitionem transferri quamlibet in aliam rem poſſe, quam hoc, vel definitionem illam veram non eſſe, quia transferri poſſit in alias res; vel, ſi transferri non poſſit, id eſſe verum, percipique poſſe, quod ea definitione explicetur: quod omnino ab Academicis negatur. Videant igitur eruditi homines, an rectius hoc modo legi poſſit, *Quidnam dicere habeant, cur illa vera definitio ſit?* P. Manucius.

Ibid. *Quid dicere habeant*) Ita MS.

beant cur illa vera definitio ſit? ſi negaverint; fatendum ſit, [6] quoniam illa vera definitio transferri non poſſit in falſum, quod ea definitione explicetur, id percipi poſſe. Quod minume illi volunt. Eadem dici poterunt in omnibus partibus. Si enim dicent, ea, de quibus different, ſe dilucide perſpicere, nec ulla communione viſorum inpediri; [7] conprehendere ea ſe poſſe fatebuntur: ſin autem negabunt vera viſa à falſis poſſe diſtingui, qui poterunt longius progredi? Occurretur enim, ſicut occurſum eſt: nam concludi argumentum non poteſt, niſi his, quae ad concludendum ſumpta erunt, ita pro-

MS. *Reg.* nec aliter ediderunt *Aſcenſius* & *Lambinus*. Vulgo legunt, *quid enim dicere habeant*; illaſque voces includunt Parentheſi. Quo quidem modo turbatur & impeditur orationis curſus. *Davies*.

6 *Quoniam vel illa vera definitio transferri non poſſit in falſum, vel quod ea definitione explicetur*] Hunc quoque locum antea corruptum & inexplicabilem nos ope veterum Codicum ſane quam feliciter reſtituimus atque emendavimus. Sic enim habeat omnes libri vulgati, *quoniam vel illa vera definitio transferri non poſſit in falſum, quod ea*, &c. Quorum verborum quis ſententiam explicare poterat? Nunc autem reſtituta particula disjunctiva *vel* ante *quod ea* &c. ſententia *Ciceronis* planiſſima eſt. Hoc enim ſentit; ſi negaverint Academici definitionem illam poſſe in aliam rem transferri, quam quæ definita ſit; fatendum iis ſit, quoniam neque illa definitio transferri poſſit in falſum, neque id quod ea definitione explicetur, id quod definitum eſt, percipi poſſe: quod ille negavit. *Lambinus*.

Ibid. *Quoniam illa* vera *definitio transferri non poſſit in falſum, quod ea definitione explicetur, id percipi poſſe*] Hac, quam ſequimur, ratione patet, opinor, quid ſibi velit *Cicero*. Vulgo, *quoniam* vel *illa* veri *definitio transferri non poſſit in falſum*; vel *quod ea definitione explicetur, id percipi poſſe*. Sic *Aſcenſius*, ſic & *Lambinus* ex ſuis MSStis. Licet autem omnes omnino Codices hanc lectionem repræſentarent, eam tamen à *Tullii* manu non fuiſſe liquido jurarem; cum ſenſus vel nullus ſit, vel parum rei congruus. Igitur ſiquidem *Cantab.* priorem *conjunctionem disjunctivam* neſciat, poſteriorem *Pall.* & *Pariſ.* 1. 3. 4. eorum ductu locum reſtituimus. At *vera* cum *Victorio Manucioque* legimus ac ita dant *Pariſ.* 1. 2. 3. in reliquis enim Codicibus *illa* à vero *definitio*. Davies.

7 *Comprehendere ea ſe* poſſe *fatebuntur*] Reg. & Pariſ. 3. *poſſe* neſciunt: nec videtur neceſſarium. *Idem*.

probatis, ut falſa ejuſdem modi nulla poſſint eſſe: ergo ſi, rebus conprehenſis & perceptis, [1] niſa & progreſſa ratio hoc efficiet, nihil poſſe conprehendi; quid poteſt reperiri, quod ipſum ſibi repugnet magis? [2] Cumque ipſa natura accuratae orationis hoc profiteatur, ſe aliquid patefacturam, [3] quod non adparebat, &, quo id facilius adſequatur, adhibituram & ſenſus, & ea quae perſpicua ſint; qualis eſt iſtorum oratio, qui omnia non tam eſſe, quam videri volunt? Maxume autem convincuntur, cum haec duo pro congruentibus ſumunt, tam vehementer repugnantia: primum eſſe quaedam falſa viſa: (quod cum volunt, declarant quaedam eſſe vera) deinde, inter falſa viſa & vera nihil intereſſe. At primum ſumpſeras, tamquam intereſſet.

1 Niſa *& progreſſa ratio*] Cum legeretur *viſa & progreſſa*; conjectura ducti *niſa* correximus, ut ſimilis & apta tranſlatio ſit. Quomodo etiam locutus eſt Tuſc. II. *Praſto*, inquit, *eſt ratio, qua* conniſa *per ſe & progreſſa longius fit perfecta virtus.* P. Manucius.

Ibid. Niſa *& progreſſa ratio* hoc *efficiet*] Vulgo, *viſa & progreſſa ratio* hæc *efficiet.* Sed *hoc* ſuppeditarunt *Bal. Reg. Cantab. Pariſ.* 4. 5. *Aſcenſ.* & *Victor. Niſa* vero provenit ex optima *Paulli Manucii* conjectura; quam firmant Pariſ. 1. 3. 4. 5. *Davies.*

2 *Cumque ipſa natura accurata orationis* &c.] Docti quidem legi volunt *accurata rationis*; & paullo poſt *qualis eſt iſtorum ratio* &c. Ego nihil muto, tametſi non damnem eorum conjecturam. *Lambinus.*

3 *Quod non* apparebat] Sic recte *Pariſ.* 5. *Bal. Reg.* & *Cantab.* Adludunt etiam *Pariſ.* 1. 2. & *Ven.* 1471. dant enim *apparebit.* Vulgo *appareat.* Davies.

4 *Priori poſterius, poſteriori ſuperius* non jungitur] *Conjungitur* quidam legunt: non recte, ut opinor, & contra *Ciceronis* ſententiam: dixit enim *non jungitur* pro non reſpondet, non cohæret, non convenit. In quo, inquit, maxime convincuntur, quod duo pro congruentibus ſumunt vehementer repugnantia. Omnino & in libro ſcripto *Bernardini Maffei* legitur *conjungitur*; Sed, ut ſenſus oſtendit, corrupte, *P. Manutius.*

Ibid. *Poſteriori ſuperius* conjungitur] Sic edidit *Gruterus.* At hæc lectio ſenſum facit menti *Ciceronianæ* prorſus adverſum: ſi enim *pri-*

ori

tereſſet. Ita [4] priori poſterius, poſteriori ſuperius non jungitur. Sed progrediamur longius, & ita agamus, ut nihil nobis adſentati eſſe videamur; quaeque ab his dicuntur, ſic perſequamur, ut nihil in praeteritis relinquamus. Primum igitur perſpicuitas illa, quam diximus, ſatis magnam habet vim, ut ipſa per ſeſe, ea, quae ſint, nobis, ita ut ſint, indicet. Sed tamen, ut maneamus in perſpicuis firmius & conſtantius, majore quadam opus eſt vel arte, vel diligentia, ne ab iis, quae clara ſint ipſa per ſeſe, quaſi praeſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur. Nam qui voluit ſubvenire erroribus Epicurus iis, qui videntur conturbare veri cognitionem, dixitque ſapientis eſſe, [5] opinionem à perſpicuitate ſejungere;

ori poſterius, poſteriori ſuperius conjungitur; bene ſe habet Academicorum ratio. Hoc olim vidit *P. Manucius*; repoſuitque *non jungitur*, ut tam fœdum vitium tolleret. Emendationem, quæ ſua ſe vi ſatis commendat, recipiendam putavi, cum eam diſerte repræſentent *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Baliol. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *Davies.*

5 *Opinionem à perſpicuitate ſejungere*] Cenſuit Epicurus, *αἰσθήσεις*, ſive ſenſus, nunquam non veraces eſſe, cum perſpicuitate nitantur; opiniones vero, quæ ſunt noſtra de viſis judicia, nonnunquam veras, nonnunquam falſas ſtatuit. *Sextus Empiricus* advſ. Mathem. lib. VII. §. 203. Ἐπίκουρος δὲ, δυοῖν ὄντων τῶν συζυγούντων ἀλλήλοις πραγμάτων, φαντασίας καὶ τῆς δόξης, τούτων τὴν φαντασίαν, ἣν καὶ ἘΝΑΡΓΕΙΑΝ καλεῖ, διὰ παντὸς ἀληθῆ φησὶν ὑπάρχειν. Et §. 210. Αἱ μὲν φαντασίαι διὰ ταῦτα πᾶσαί εἰσιν ἀληθεῖς· ἀλλ' αἱ δόξαι εἶχόν τινα διαφοράν. Τούτων γὰρ αἱ μὲν ἦσαν ἀληθεῖς, αἱ δὲ ψευδεῖς· ἐπείπερ κρίσεις καθεστᾶσιν ἡμῶν ἐπὶ ταῖς φαντασίαις. Κρίνομεν δὲ τὰ μὲν ὀρθῶς, τὰ δὲ μοχθηρῶς, ἤτοι παρὰ τὸ προστιθέναι τι καὶ προσνέμειν ταῖς φαντασίαις, ἢ παρὰ τὸ ἀφαιρεῖν τι τούτων καὶ κοινῶς καταψεύδεσθαι τῆς ἀλόγου αἰσθήσεως. Οὐκοῦν τῶν δοξῶν, κατὰ τὸν Ἐπίκουρον, αἱ μὲν ἀληθεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ψευδεῖς· ἀληθεῖς μὲν, αἵ τε ἐπιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἀντιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας· ψευδεῖς δὲ, αἵ τε ἀντιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἐπιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας. Ἔστι δὲ ἐπιμαρτύρησις μὲν, κατάληψις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον τοιοῦτον εἶναι, ὁποῖόν ποτε ἐδοξάζετο ----- Οὐκ ἀντιμαρτύρησις δέ ἐστιν, ἀκολουθία τοῦ ὑποσταθέντος καὶ δοξασθέντος ἀδήλου τῷ φαινο-

gere; [1] nihil profecit: ipſius enim opinionis errorem nullo modo ſuſtulit. Quamobrem cum duae cauſae perſpicuis & evidentibus rebus adverſentur; auxilia totidem ſunt contra conparanda. Adverſatur enim primum, quod parum defigunt animos & intendunt in ea, quae perſpicua ſunt, [2] ut, quanta luce ea circumfuſa ſunt, poſſint agnoſcere: alterum eſt, quod fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti atque decepti quidam, cum eas diſſolvere non poſſunt, deſciſcunt à veritate. Oportet igitur & ea, quae pro perſpicuitate reſponderi poſſunt, in promptu habere, de quibus jam diximus; & eſſe armatos, ut occurrere poſſimus interrogationibus eorum, captioneſque diſcutere: quod deinceps facere conſtitui. Exponam igitur generatim argumenta eorum, [3] quo-

[illegible] &c. Vide & *Laertium* lib. x. §. 31, 34. *Davies.*

1 *Nihil* profecit] Vulgo *fecit.* *Lambinus* edidit, *nihil egit.* *Ven.* 1471. *nihil perfecit.* Sed omnino vera eſt illa lectio, quam ſuppeditarunt *Pal.* ſec. S. Victoris, *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Baliol.* *Reg.* & *Cantab.* Noſter Tuſc. II, 12. *Ea patieturne te quicquam facere nihil proficientem?* *Lucceius* inter Epiſt. Famil. V, 14. *Tu non intelliges te querelis quotidianis* nihil proficere? Vide & *Lucretium* II, 37. ac *Juſtinum* lib. XII. cap. XI, 8. *Idem.*

2 *Ut, quanta luce ea circumfuſa ſunt, poſſint agnoſcere*] Lego *circumfuſa ſint.* Quod autem *Lambinus,* adjecta particula negante, reſcripſerit *non poſſint agnoſcere*; in eo certe dormitavit vir eruditiſſimus: nam libros MSStos nulla neceſſitate ductus ſprevit & contemſit. *Idem.*

3 *Quoniam ipſi etiam* illa *ſolent non confuſe loqui*] Si diſplicet recepta lectio, legi poſſit, *quoniam ipſi etiam* illi *ſolent non confuſe loqui*: uti ſane dant *Pariſ.* 5. *Reg.* *Cantab.* & *Ven.* 1471. Vel fide Pariſ. 2. deleri queat *illa.* Vel reponas licet, *qua etiam illi ſolent non confuſe loqui*: nam *Pariſ.* 1. 4. dant *qui etiam* (vel *&*) *illi ſolent non* &c. Idem.

4 *Qua omnino nulla* ſunt] *Sint* rectius habent veteres libri. *Urſin.*

Ib. *Qua omnino nulla* ſint] Vulgo *ſunt.* Sed *Urſiniani* Codices & *Pariſ.* 4. 5. ſequendi videbantur, *Davies.*

5 [illegible]

Digitized by Google

[3] quoniam ipſi etiam illa ſolent non confuſe loqui. Primum conantur oſtendere, multa poſſe videri eſſe, [4] quae omnino nulla ſint; cum [5] animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quae nullae ſint, ut iis, quae ſint. Nam cum dicatis, inquiunt, viſa quaedam mitti à deo, velut ea, [6] quae in ſomnis videantur, quaeque oraculis, auſpiciis, extis declarentur; (haec enim aiunt [7] probari Stoicis, quos contra diſputant) quaerunt, quonam modo, falſa viſa quae ſint, ea deus efficere poſſit probabilia; quae autem plane proxime ad verum accedant, efficere non poſſit? aut, ſi ea quoque poſſit, cur illa non poſſit, quae perdifficiliter, internoſcantur tamen? &, ſi haec, cur non inter quae nihil ſit omnino? Deinde, cum mens moveatur ipſa per ſeſe, ut & ea declarant,

5 *Animi* inaniter *moveantur eodem modo rebus iis, quæ nulla ſint, ut iis quæ ſint*] *Walkero* noſtro delenda videtur vox *inaniter*: ut enim animi *inaniter* moveantur rebus iis quæ nullæ ſint; *vere* tamen moventur iis rebus, quæ ſint. Supra cap. XI. *Cum ſit incertum*, VERE INANITERNE *moveamur*. Vide ſis & cap. XVI. ac lib. I. N. D. cap. 38. Et recte quidem vir eruditus illi voci litem movet. Neſcio tamen an non mutanda potius quam delenda ſit: ad me enim quod attinet legerim, *animi* frequenter *moveantur* &c. *Idem.*

6 *Quæ* in ſomnis *videantur*] Per ſomnos, ſeu dum ſomnos capimus. Vulgo *in ſomniis*. Sed eo quo edidimus modo repræſentant *Pariſ.* 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. nec aliter editio *Lambiniana*. Omnino recte. *Virgilius* Æn. I, 357.

Ipſa ſed in ſomnis *inhumati venit imago*
Conjugis.

Et II, 270.

In ſomnis *ecce ante oculos mæſtiſſimus Hector*
Viſus adeſſe mihi.

Vide & IV, 353. Quod autem *Servius* hoc pro eo vult dici, quod eſt *in ſomniis*; id vero ſomnium videtur. Adi & lib. I. de Div. capp. 21, 22. *Idem.*

7 *Probari Stoicis*] Ita Codices & *Ven.* 1471. Vulgo *probari à Stoicis*. Idem.

8 *Vel*

Digitized by Google

rant, quae cogitatione depingimus, & ea, quae vel furioſis [1] vel dormientibus videntur; [2] nonne, inquiunt, veri ſimile ſit, ſic etiam mentem moveri, [3] ut non modo non internoſcat, viſa vera illa ſint, anne falſa, [4] ſed ut in his nihil interſit omnino? ut, ſi qui tremerent & exalbeſcerent vel ipſi per ſe, motu mentis aliquo, vel objecta terribili re extrinſecus, [5] nihil eſſet, quî diſtingueretur tremor ille, & pallor, neque quicquam intereſſet [6] inter inteſtinum & oblatum. Poſtremo ſi nulla viſa ſunt probabilia, quae falſa ſint, alia ratio eſt: ſin autem ſunt; cur non etiam quae non facile internoſcantur? [7] cur non ut plane nihil interſit? [8] praeſertim cum ipſi dicatis, ſapientem in furore ſuſtinere ſe ab omni adſenſu, quia nulla in

1 *Vel dormientibus vel furioſis*] Vulgo *vel furioſis vel dormientibus*: contra quam jubent Codices. *Davies.*

2 Nonne, inquiunt, *veri ſimile ſit*] Hæc lectio non eſt a Codicibus: nam *Pall.* aliique fere cuncti libri dant, *non inquam veriſimile ſit.* Et ſic ediderunt *Aſcenſius* & *Victorius.* Pariſ. 1. 5. *ſi inquam. Ven.* 1471. *Sin quam veriſimile ſit.* Pariſ. 2. *nonne* quamquam *veriſimile ſit.* Forſan *nonne quam veriſimile ſit.* Idem.

3 *Ut non modo* non *internoſcat*] Vulgo *ut non modo internoſcat*, omiſſa particula negante. Nec ſane novum eſt ut *non modo* parem vim obtineat ac *non modo non*; quod dudum notavimus ad *Hirtii* lib. VIII. B. G. cap. 33. Sed cum *Victorii* Codices, noſtrique præter unum *Cantabrigienſem* omnes ab altera lectione ſtarent, eam lubens recepi. *Id.*

4 *Sed ut in his nihil interſit omnino*] Quidam legi malunt, *ſed ut inter hac nihil* &c. *Lambin.*

5 *Nihil ut eſſet qui diſtingueretur tremor ille & pallor, neque ut* &c.] Quidam libri vulgati ſic habent *nihil intereſſet qui diſtingueretur* &c. quæ lectio videtur plane mendoſa. Alii ſic, ut olim à me editum eſt, *nihil ut eſſet qui diſtingueretur tremor ille* &c. Minus corrupte; nam ne hæc quidem lectio fortaſſe mendo vacat: videtur enim ſic potius legendum, *nihil eſſet, qui,* ſeu *quo, diſtingueretur tremor ille & pallor, neque quidquam intereſſet* &c. Verum tamen nihil muto: licet enim ex his verbis conſentaneam & accommodatam ſententiam elicere. *Lambinus.*

Ibid. *Nihil eſſet qui diſtingueretur tremor ille & pallor, neque quicquam*

Digitized by Google

in viſis diſtinctio adpareat. Ad has omnes vi- 16
ſiones inanes [9] Antiochus quidem permulta dicebat, & erat de hac una re unius diei diſputatio. Mihi autem non idem faciundum puto: ſed ipſa capita dicenda. Et primum quidem hoc reprehendendum, quod captioſiſſimo genere interrogationis utuntur: quod genus minume [10] in philoſophia [11] probari ſolet. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, ſoritas hoc vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano. Vitioſum ſane, & captioſum genus. Sic enim adſcenditis: Si tale viſum objectum eſt à deo dormienti, ut probabile ſit; cur non etiam ut valde veri ſimile? cur deinde non, ut difficiliter à vero internoſcatur? deinde, ut ne internoſcatut quidem? poſtre-

quam intereſſet inter inteſtinum & oblatum] *Pal.* prim. & *Pariſ.* 1. 2. 3. *nihil intereſſet*. Vulgo *nihil* ut *eſſet*----*neque* ut *quicquam intereſſet*. Sed poſteriorem particulam *cauſalem* recte prætermittit *Cantab.* Priorem nos ex conjectura delevimus; obſtabat enim ſenſui. Veram lectionem vidit etiam *Lambinus*; ſed ſe parum conſtantem præſtitit. *Davies.*

6 *Inter* impertitum *& oblatum*] Veneti & alii libri *inteſtinum*, non *impertitum*, habent. Sane commodiore ſenſu, ut videtur. Aliquibus *imperatum* placuit. *Camerar.*

7 *Cur non ut plane nihil interſit*] Legendum fortaſſe eſt *cur non inter qua plane* &c. vel ſic *cur non ejuſmodi ut plane nihil interſit?* Lambin.

8 *Præſertim cum* ipſi *dicatis*] Vulgo deeſt vox penultima, quam nos ex *Reg. Pariſ.* 2. 3. 4. 5. & *Ven.* 1471. reſtituimus. Quin & eam repræſentant *Aſcenſius* & *Victorius.* Nihil ſane vident, qui ea condiri orationem non perſpiciunt. *Davies.*

9 *Antiochus quidem permulta dicebat*] Vulgo *Antiochus quidem* & *permulta dicebat*: ſed nos importunam illam conjunctionem fide *Pariſ.* 2. 5. & *Ven.* 1471. ejecimus. *Idem.*

10 In *philoſophia*] *Pariſ.* 1. 2. 5. *Bal. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *à philoſophia*. Nihil muto. *Idem.*

11 *Probari ſolet. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur, ſoritas* hoc *vocant*; quia *acervum efficiunt*] Vulgo *probari ſolet*, *cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Soritas* hos *vocant*, qui *acervum efficiunt.* Interpunctionem plane vitioſam mutavimus.

Digitized by Google

poſtremo ut nihil inter hoc & illud interſit? Huc ſi perveneris, me tibi primum quidque concedente, meum vitium fuerit: ſin ipſe tua ſponte proceſſeris; tuum. Quis enim tibi dederit, aut omnia deum poſſe; aut ita facturum eſſe, ſi poſſit? quomodo autem ſumis, ut, ſi quid cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur, ut etiam [1] difficiliter internoſci poſſint? [2] deinde, ut ne internoſci quidem? poſtremo, [3] ut eadem ſint? [4] ut, ſi lupi canibus ſimiles, eoſdem dices ad extremum. Et quidem honeſtis ſimilia ſunt quaedam non honeſta, & bonis non bona, & artificioſis minume artificioſa. Quid dubitamus igitur adfirmare, nihil inter haec intereſſe? Ne repugnantia quidem videmus? Nihil eſt enim, quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit: at ſi efficeretur, ut inter viſa differentium generum nihil intereſſet; reperirentur quae & in ſuo genere eſſent, & in alieno.

Quod

mus, ac *quia* cum *Lambino* reſcripſimus; uti quidem loci mens flagitat, & exhibet *Pariſ.* 4. Præterea *hoc* non *hos* legimus, fide nixi *Pariſ.* 5. & *Reg.* Refertur enim ad *genus.* Baliol. *hac* exhibet. *Davies.*

1 *Difficiliter internoſci* poſſint] Vulgo *internoſci difficiliter poſſit.* Ordo verborum, quem ſequor, eſt à Codicibus: at *poſſint* ex conjectura ſubſtituimus. *Idem.*

2 Deinde, *ut ne internoſcantur quidem*] Forte, *cur non, ut ne* &c. *Lambin.*

3 *Ut* eadem ſint] Sic ediderunt *Aſcenſius* & *Victorius.* Sic etiam habent *Pariſ.* 1. 2. 5. & *Reg.* à prima manu. Adludunt *Bal. Cantab.* & *Ven.* 1471. in quibus eſt, *ut eadem ſit.* Vulgo *ut idem ſit.* Davies.

4 Ut, *ſi lupi canibus ſimiles, eoſdem dices*] Lambinus exhibuit, *ut, ſi lupi canibus* ſint *ſimiles.* Et ſane *Reg.* à ſecunda manu & *Cantab.* repræſentant *ut, ſi lupi* ſint *canibus ſimiles.* At verbum ſubſtantivum videtur à Librariis additum, cum poſſit & ſoleat intelligi. Legerim tamen, ITA, *ſi lupi canibus ſimiles, eoſdem dices,* &c. *Idem.*

5 *Simul ac ſe ipſe* commovit, *atque* &c.] Legendum fortaſſis eſt, *ſimul ac ſe ipſe* commonuit, *atque ad ſeſe revocavit* &c. *commonere* enim

eſt

Quod fieri qui poteſt? Omnium deinde inanium viſorum una depulſio eſt, ſive illa cogitatione informantur, quod fieri ſolere concedimus, ſive in quiete, ſive per vinum, ſive per inſaniam: nam ab omnibus ejuſdemmodi viſis perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abeſſe dicemus. Quis enim, cum ſibi fingit aliquid & cogitatione depingit, non, [5] ſimul ac ſe ipſe commovit atque ad ſe revocavit, ſentit quid interſit inter perſpicua & inania? Eadem ratio eſt ſomniorum. Num cenſes Ennium, cum in hortis cum Ser. Galba vicino ſuo ambulaviſſet, dixiſſe, viſus ſum mihi cum Galba ambulare? At, cum ſomniavit, ita narravit:

—— [6] *Viſus Homerus adeſſe poeta.*

Idemque in Epicharmo;

[7] *Nam videbar ſomniare med ego eſſe mortuum.*

Itaque,

eſt memoriam refricare & quaſi aurem vellere: quod videtur hic quadrare. LAMBIN. *Ibid.* Huc optime quadrat recepta lectio nec emendatione vel *Lambiniana* vel ulla alia Codices indigent. *Dav.*

6 *Viſus Homerus adeſſe Poeta*] *Lucretius* I, 121.

Etſi praterea tamen eſſe Acheruſia templa
Ennius æternis exponit verſibus, edens:
Unde ſibi exortam ſemper florentis Homeri
Commemorat ſpeciem &c.

Vide & Somn. Scip. cap. 1. *Idem.*

7 *Nam videbar ſomniare* med *ego* &c.] Sic legendum, vel *ſomniare ego med eſſe mortuum:* non ut vulgo, *nam videbar ſomniare me & ego* &c. Et paullo poſt ſic eſt legendum, *Eadem eſt in ſomnis ſpecies horum & eorum.* Omiſſum fuerat à ſcriptore *horum* cum copula *&*, ut ex ipſa ſententia intelligere licet. Legendum autem *in ſomnis*, non, ut vulgo, *in ſomniis. In ſomnis* enim & *vigilantes* inter ſe opponuntur; ut apud Græcos ὄναρ ſeu κατ' ὄναρ, & ὕπαρ. Lambin.

Ibid. *Me & ego*] Corrige *memet ego* &c. Sic Gulielmius. *Guietus.*

Ibid. Med *ego eſſe mortuum*] Sic reſcripſi, *Lambinum* ſecutus. Vulgo

 me

Itaque, ſimul ut experrecti ſumus, viſa illa contemnimus, neque ita habemus, ut ea, quae in
17 foro geſſimus. At enim dum videntur, eadem eſt [1] in ſomnis [2] ſpecies ac eorum, quae vigilantes videmus. [3] Plurimum intereſt; ſed id omittamus: illud enim dicimus, non eandem eſſe vim neque integritatem dormientium & vigilantium, nec mente nec ſenſu. Ne vinolenti quidem, quae faciunt, eadem adprobatione faciunt, qua ſobrii: dubitant, haeſitant, revocant ſe interdum, iiſque, quae videntur, inbecillius adſentiuntur: cumque edormiverunt, illa viſa quam levia fuerint, intellegunt. Quod idem contingit inſanis; ut & [4] incipientes furere, ſentiant, & dicant, aliquid, quod non ſit, id videri ſibi: &, cum relaxentur, ſentiant, atque illa dicant Alcmaeonis,

Sed mihi neutiquam cor conſentit cum oculorum adſpectu.

At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore, ne adpro-

me & ego eſſe mortuum. Inepte. *Davies.*

1 *In ſomnis*] Ita recte *Cantab.* & *Reg.* nec aliter *Lambinus.* Vulgo *in ſomniis.* Vide ſupra ad cap. 15. *Idem.*

2 *Species* ac *eorum*] Vulgo *ſpecies eorum.* Sed ſenſui prorſus neceſſaria eſt vox media; quam nos ea de cauſa repoſuimus. Eadem eſt Cl. *Walkeri* mens, ut, hiſce dudum ſcriptis, intelleximus. *Idem.*

3 Plurimum *intereſt*] Veneti *primum intereſt*; idque probatur mihi: non enim ſequitur alia ſemper ordinis particula. Terentius:

Primum jam de amore hoc comperit. *Virgilius* Æn. IV, 342.

Urbem Trojanam primum *dulcisque meorum*
Relliquias colerem. CAMERAR.

Ibid. Sana eſt recepta lectio, quam noſtri Codices præter unum *Baliol.* præſtant. *Davies.*

4 *Incipientes furere*] Liber Sti. Victoris *incipientes furore*; ex quo Gulielmius *incipiente furore:* quæ lectio vera & genuina videtur. GUIETUS. *Ibid.* Cum libro S. Victoris faciunt *Pariſ.* 2. 4. nec procul recedit quintus, in quo legitur *inſpicientes*

Digitized by Google

adprobet falſa pro veris. Et alias quidem ſaepe, ſi aut in ſenſibus ipſius eſt aliqua forte gravitas aut tarditas; [5] aut obſcuriora ſunt quae videntur, aut à perſpiciendo temporis brevitate excluditur. Quamquam totum hoc, ſapientem aliquando ſuſtinere adſenſionem, contra vos eſt: ſi enim inter viſa nihil intereſſet, aut ſemper ſuſtineret, aut numquam. Sed ex hoc genere toto perſpici poteſt levitas orationis eorum, qui omnia cupiunt confundere. Quaerimus gravitatis, conſtantiae, firmitatis, ſapientiae judicium: [6] utimur exemplis ſomniantium, furioſorum, ebriorum. Illud adtendimus in hoc omni genere, quam inconſtanter loquamur: non enim proferremus vino aut ſomno oppreſſos, aut mente captos, tam abſurde, ut tum diceremus intereſſe inter vigilantium viſa & ſobriorum & ſanorum, & eorum qui eſſent aliter adfecti; tum nihil intereſſe. Ne hoc quidem cernunt, omnia

tientes furore. Emendationem tamen, quam ponunt *Gulielmius* & *Guietus*, rejiciendam puto: nam, ſi vera fuerat. ſequi debuit, *cum relaxetur*, non *relaxentur*, ut habent omnes libri. Igitur prorſus retinenda eſt lectio recepta, quam præſtant *Pall. Elienſ. Baliol. Reg.* aliique Codices. *Davies.*

5 *Aut obſcuriora ſunt*] Forte *aut ſi obſcuriora ſunt*. Lambin.

6 *Utimur exemplis ſomniantium, furioſorum, ebriorum; illud attendamus*] Longe melius hic locus legitur in libro, qui emendatus eſt à viro doctiſſimo ex collatione MSti exemplaris: *Utimur exemplis ſomniantium, furioſorum, ebriorum:* nec *illud attendimus* &c. *Urſinus.*

Ibid. *Furioſorum*, ebriorum] Sic recte *Cantab.* à prima manu. Vulgo *ebrioſorum*. Haud ita bene: quod ebrioſus quis eſſe poteſt, qui nunc temporis non eſt ebrius. *Davies.*

Ibid. *Illud attendimus*] Immo queritur *Cicero*, nos *non* attendere quam inconſtanter loquamur, ut ex orationis contextu ſatis ſuperque fit manifeſtum. Igitur legendum videtur, *Nec illud attendimus*, ut *Urſinus* etiam

Digitized by Google

omnia ſe reddere incerta, quod nolunt: (ea dico incerta, quae ἄδηλα Graeci) ſi enim res ſe ita habeant, ut nihil interſit utrum ita cui videatur, ut inſano an ſano; cui poſſit exploratum eſſe de ſua ſanitate? Quod velle efficere, [1] non mediocris inſaniae eſt. Similitudines vero aut geminorum, aut ſignorum annulis inpreſſorum, pueriliter conſectantur: quis enim noſtrûm ſimilitudines negat eſſe, cum eae plurimis in rebus adpareant? Sed ſi ſatis eſt ad tollendam cognitionem, ſimilia eſſe multa multorum; cur eo non eſtis contenti, praeſertim concedentibus nobis? & cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, ut non ſuo quidque genere ſit tale, quale eſt? [2] nec ſit in duobus aut pluribus nulla re differens ulla communitas? [3] ut ſibi ſint & ova ovorum, & apes apium ſimillimae. Quid pugnas igitur? aut quid tibi vis in geminis? conceditur

etiam voluit; vel *id haud attendimus.* Vel hanc vel illam emendationem poſtulat, niſi fallor, ſententia. Nam quod *Guietus* interrogative legat, *illud attendimus ---- quam inconſtanter loquamur?* id vero nihil juvat. *Dav.*

1 *Non mediocris* inſaniæ *eſt*] Sic *Reg. Cantab. Pariſ.* 4. 5. *Ven.* 1471. *Aſcenſ.* & *Victor.* Et melius quidem, quam quod vulgo fertur, *non mediocris* inſania *eſt.* Idem.

2 *Nec ſit in duobus aut pluribus nulla re differens* nulla *communitas*] Sic eſſe legendum ſententia ipſa clamat & vero ſic habent noſtri libri veteres. Vult enim *Cicero*, hoc Academicos falſum contendere ac poſtulare. Nam hæc duo falſa ſunt: hoc primum, non eſſe ſuo quidque in genere tale quale eſt: contrarium enim verum, ſuo quidque in genere tale eſſe, quale eſt. Alterum deinde falſum, in duobus aut pluribus nulla re differentem eſſe aliquam communitatem. Paullo poſt legendum ut edidimus, *At tibi ſint & ova ovorum* &c. eſt enim conceſſio. *Lambin.*

Ibid. Nec *ſit in duobus aut pluribus nulla re differens* ulla *communitas*] Vel cum *Lambino* reſcribendum *nulla communitas*, ut diſerte repræſentant *Pariſ.* 3. & *Ven.* 1471. vel legendum, ET *ſit in duobus aut pluribus*

Digitized by Google

ceditur enim ſimiles eſſe, quo contentus eſſe potueras: tu autem vis eoſdem plane eſſe, non ſimiles; quod fieri nullo modo poteſt. Dein confugis ad phyſicos eos, qui maxume in Academia irridentur, à quibus ne tu quidem jam te abſtinebis: & ais [4] Democritum dicere, innumerabiles eſſe mundos, & quidem ſic quoſdam inter ſe non ſolum ſimiles, ſed undique perfecte & abſolute ita pares, ut inter eos nihil prorſus interſit, [5] & eos quidem innumerabiles, itemque homines. Deinde poſtulas, ut, ſi mundus ita ſit par alteri mundo, ut inter eos ne minimum quidem interſit, concedatur tibi, ut in hoc quoque noſtro mundo aliquid [6] alicui ſic ſit par, ut nihil differat, nihil interſit. Cur enim, inquies, cum ex illis individuis, unde omnia Democritus gigni adfirmat, in reliquis mundis, [7] & iis quidem innumerabilibus, innumerabiles Q. Lutatii Catuli non modo poſſint

pluribus nulla re differens ulla communitas: niſi forſan *ulla* cum *Cantab.* prorſus omittatur. *Davies.*

3 *Ut ſibi ſint*] Γρ. *At ſibi ſint.* Lambinus, *at tibi ſint:* ſed ex ſuo omnia. GUIETUS. *Ibid.* Forſan, *At, ſi vis, ſint.* Davies.

4 *Democritum dicere, innumerabiles eſſe mundos*] De hac Democriti ſententia videri poſſint *Æg. Menagius* ad *Laertii* IX, 44. & *Jac. Perizonius* ad *Æliani* Var. Hiſt. IV, 29. *Id.*

5 *Et eo quidem innumerabiles*] Sunt qui legant *eos.* Ego hoc totum ſuſpicor abundare: jacet enim & otioſum eſt, neque ad ſententiam quidquam adfert, quo perfectior eſſe videatur. *P. Manucius,*

Ibid. Et eos quidem *innumerabiles: itemque homines*] Prima vox abeſt à *Pariſ.* 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. qui etiam dant *eo*, non *eos.* Codex S. Victoris exhibet, *eo quoque. Cantab.* autem, *item homines.* Legerim igitur *eoque innumerabiles item homines.* Sin hoc diſplicet, *& eos quidem innumerabiles* cum *Manucio* Gloſſema cenſuerim. *Dav.*

6 *Alicui ſic ſit par*] Vulgo *alicui par ſit,* omiſſa vocula, quam flagitat oratio. Eam nos ex *Pariſ.* 5. *Bal. Reg. Cantab.* & *Victor.* reſtituimus. *Idem.*

7 *Et iis quidem innumerabilibus*]

poſſint eſſe, ſed etiam ſint, in hoc tanto mun-
18 do Catulus alter non poſſit effici? Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non adſentior; [1] potiuſque refello, propter id, quod dilucide docetur à politioribus phyſicis, ſingularum rerum ſingulas proprietates eſſe. Fac enim antiquos illos Servilios, qui gemini fuerunt, [2] tam ſimiles fuiſſe, quam dicuntur; num cenſes etiam eoſdem fuiſſe? [3] Non cognoſcebantur foris, at domi: non ab alienis, at à ſuis. An non videmus hoc uſu venire, ut, quos numquam putaſſemus à nobis internoſci poſſe, eos, conſuetudine adhibita, tam facile internoſceremus, uti ne minumum quidem [4] ſimiles viderentur? Hic, pugnes licet, non repugnabo: quin etiam concedam, illum ipſum ſapientem, de quo omnis hic ſermo eſt, cum ei

Sic recte *Cantab.* nam vulgo legitur, *&* in his *quidem innumerabilibus:* quod non æque bene ſe habere crediderim. *Davies.*

1 *Potiuſque* refello] Sic *Baliol. Reg. Cantab.* Pariſ. 1. 2. 4. & *Ven.* 1471. Vulgo *refellam.* Quinetiam legerim, *prorſuſque refello per id* &c. *Idem.*

2 *Tam ſimiles* fuiſſe, *quam dicuntur*] Sic edidit *Lambinus*, & ita dant *Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu. Vulgo neſciunt *fuiſſe.* Idem.

3 *Non* cognoſcebantur *foris*] Forte *non* dignoſcebantur *foris.* Et doctiſſimus quidem *Walkerus* reponebat *internoſcebantur.* Eodem ſenſu. *Idem.*

4 *Similes viderentur*] Vulgo *ſimiles* eſſe *viderentur.* Sed vox media non eſt in Pariſ. 5. *Bal. Reg. Cantab.* aut *Ven.* 1471. Idem.

5 *Sed & ad ceteras res*] Sic *Bal. Reg.* & *Cantab.* Vulgo particula copulans abeſt. *Idem.*

6 *Qui gallinas alere permultas ----* dicere *ſolebant*] Non eſt quod cum *Paullo Manucio* legas *diſcernere ſolebant:* hæc enim è lib. III. Academicorum laudat *Nonius* in *Gallinas* & receptam lectionem ſervat; quam tuentur etiam noſtri Codices. De gallinariis vero Deliacis vide *Joſ. Scaligerum* ad *Varronem* de R.R. lib. III. cap. 9. *Idem.*

7 Dicere *ſolebant*] Fortaſſe rectius *diſcernere*; cum ſequatur *internoſcere.* Sic & antiquus liber. *P. Manucius.*

8 *Neque id eſt contra nos*] Neque id proverbium, *tam ſimile aliquod alicui eſſe quam ovum ovo*, contra

ei res ſimiles occurrant quas non habeat denotatas, retenturum adſenſum, nec umquam ulli viſo adſenſurum, niſi quod tale fuerit, quale falſum eſſe non poſſit. [5] Sed & ad ceteras res habet quandam artem, qua vera à falſis poſſit diſtinguere: & ad ſimilitudines iſtas uſus adhibendus eſt. Ut mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum: ſic tu internoſces, ſi adſueveris. Videſne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuiſſe complures (ſalvis rebus illis) [6] qui gallinas alere permultas quaeſtus cauſa ſolerent: hi cum ovum inſpexerant, quae id gallina peperiſſet, [7] dicere ſolebant. [8] Neque id eſt contra nos: nam nobis ſatis eſt, ova illa internoſcere: [9] nihil enim magis adſentiri poteſt hoc illud eſſe, quam ſi inter illa omnino

tra nos eſt: nam nobis ſatis eſt, licere res quantumvis inter ſe ſimiles & geminas internoſci poſſe, uſu adhibito. *Lambin.*

Ibid. *Neque id eſt contra nos: nam nobis ſatis eſt ova illa internoſcere*] Tota hæc periodus corrupta videtur. Quid, ſi hæc Gloſſemata ſunt? Placet. GUIETUS. *Ibid.* Hæc non Gloſſemata ſunt; nonnihil tamen vitiata ſunt. Elienſ. & Reg. *contra vos.* Lego ATQUE *id eſt contra* VOS. Quo modo bene procedit oratio. *Davies.*

9 *At enim nihilo minus aſſentiri potes hoc illud eſſe* &c.] Hic locus erat ante noſtram editionem impeditiſſimus & plane inexplicabilis: nunc autem expeditiſſimus & ad explicandum facillimus. Sunt enim verba adverſarii, *At enim nihilo minus* &c. id eſt, at enim dices me æque poſſe aſſentiri & concedere hoc ovum eſſe illud, & rurſus illud hoc eſſe, ut ſi inter ova illa nihil omnino intereſſet. Reſpondeo, *Non eſt ita: habeo enim regulam* &c. Sæpenumero autem ſcriptores Librarios errantes ſcripſiſſe *magis* pro *minus*, & contra *minus* pro *magis* ſciunt qui tractant Codices MSStos; & hoc indicarunt quidam viri doctiſſimi, & Philoſophi & JCti. LAMBINUS. *Ibid.* Nimirum vir ille doctus, ſua ſibi propria licentia, ediderat, *ova illa internoſcere* licere. At *enim nihilo* minus *aſſentiri* potes *hoc illud eſſe quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet.* Non ita eſt: *habeo enim regulam* &c.

Ibid. *Nihil enim*] Scilicet, inquies. Sic infra τὸ *inquies* ſubaudiendum;

omnino nihil intereſſet. Habeo enim regulam, ut talia viſa vera judicem, qualia falſa eſſe non poſſunt: ab hac mihi non licet tranſverſum, ut aiunt, digitum diſcedere, ne confundam omnia. Veri enim & falſi non modo cognitio, ſed & natura tolletur, ſi nihil erit, quod interſit: ut etiam illud abſurdum ſit, quod interdum ſoletis dicere, [1] cum viſa in animis inprimantur, non vos id dicere, inter ipſas inpreſſiones nihil intereſſe, ſed [2] inter ſpecies & quaſdam formas eorum. Quaſi vero non ſpecie viſa judicentur! quae fidem nullam habebunt, ſublata veri & falſi nota. Illud vero perabſurdum, quod dicitis probabilia vos ſequi, ſi re nulla inpediamini. Primum quî poteſtis non inpediri, cum à veris falſa non diſtent? Deinde quod judicium eſt veri, cum ſit commune falſi? Ex his illa neceſſario nata eſt ἐπ-

οχὴ,

endum: *excogitavit aliquid. Eadem dicit.* Tò *nihil enim* eſt Academici eludentis ſuperiora à Lucullo allata: quaſi diceret, hoc nihil eſt; hoc nihil contra nos facit. Lucullus autem reſpondet, *magis aſſentiri potes* &c. id eſt, magis aſſerere potes hoc illud eſſe, quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet? His patet, ſuperiora illa *neque id eſt* &c. Gloſſemata eſſe. GUIETUS. Fruſtra.

Ibid. *Nihil enim magis aſſentiri* poteſt *hoc illud eſſe*] Locus eſt depravatus, quem *Lambinus* & *Faber* parum felice, niſi fallor, ſucceſſu tentarunt. *Pal.* ſec. exhibet *nihil enim magis* aſſentire per *hoc illud eſſe.* Non invitus equidem legerim, *nihilne magis aſſentiri par eſt hoc illud* non *eſſe, quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet?* Haud dubito quin hæc mens ſit *Tullii*; nec, ut opinor, à verbis ejus aberravi. *Davies.*

1 *Cum viſa* in animis *imprimantur*] Sic Pariſ. 3. nec aliter *Lambinus* edidit. Ac ita ſane locutus eſt noſter lib. I. N. D. cap. 16. & lib. I. de Legg. cap. 10. Vulgo *in animos.* Vide nos ad lib. I. Acad. cap. 12. *Idem.*

2 *Inter ſpecies & quaſdam formas eorum*] Cl. Walkerus bene reponit *quaſi formas eorum.* Certe confundi ſolent hæ voces. Similiter apud *Auguſtinum* in Præf. libri de Hæreſ. legas oportet, *quod animo volvo ac revolvo, & quaſi (non quadam) meditatione contueor.* Idem.

3. Id

ὀχὴ, [3] id eſt, adſenſionis retentio; in qua melius ſibi conſtitit Arceſilas, ſi vera ſunt quae de Carneade nonnulli exiſtimant: ſi enim percipi nihil poteſt, quod utrique viſum eſt, tollendus adſenſus eſt. Quid enim eſt tam futile, quam quicquam adprobare non cognitum? Carneadem autem etiam heri audiebamus [4] ſolitum eſſe delabi interdum, ut diceret, opinaturum, id eſt, peccaturum eſſe ſapientem. Mihi porro non tam certum eſt, eſſe aliquid quod conprehendi poſſit, de quo jam nimium etiam diu diſputo, quam ſapientem nihil opinari, id eſt, numquam adſentiri rei vel falſae vel incognitae. Reſtat illud, quod dicunt, veri inveniendi cauſa contra omnia dici oportere, & pro omnibus. Volo igitur videre, quid invenerint. [5] Non ſolemus, inquit, oſtendere. Quae ſunt tandem iſta myſteria? Aut cur celatis

3 *Id eſt, aſſenſionis retentio*] Hoc puto *Ciceronis* non eſſe; verum ab aliquo, qui proxime antecedens verbum exponeret, eſſe additum. P. MANUCIUS. *Ibid.* Suſpicor hæc non eſſe verba *Ciceronis*, ſed aliena & ex annotatione nata. Quid enim minus credibile quam Hortenſio & Ciceroni obſcuram fuiſſe futuram hujus Græcæ vocis ſignificationem, niſi eam interpretarentur. *Lambin.*

Ibid. *Id eſt, adſenſionis retentio*] Hoc, tanquam Gloſſema, delent *Paullus Manucius* & *D. Lambinus*; quibus equidem non aſſentior: quippe *Cicero* Græcas voces ſolitus eſt interpretari. *Davies.*

4 *Solitum eſſe* delabi *interdum, ut diceret*] Lambinus reponit, HUC *ſolitum eſſe delabi*. Ipſe legerim, *ſolitum eſſe* eo labi *interdum, ut diceret* &c. *Idem.*

5 *Non ſolemus, inquit, oſtendere*] *Auguſtinus* contra Acad. lib. III. cap. 20. Cicero *ait illis* (Academicis) *morem fuiſſe occultandi ſententiam ſuam, nec eam cuiquam niſi qui ſecum ad ſenectutem uſque vixiſſent, aperire conſueviſſe.* Vide & cap. 17. & lib. II. cap. 13. Attamen Carneades καίτοι ὑπὸ Στωϊκῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους δι' ἀπορρήτων ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευε καὶ ἀπεφαίνετο, ἃ κἂν ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων. Hoc teſtatur *Numenius* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XIV. cap. 8. *Idem.*

1 Quid

Digitized by Google

latis, quaſi turpe aliquid, ſententiam veſtram? Ut, qui audient, inquit, ratione potius quam auctoritate ducantur. [1] Quid ſi utroque? num pejus eſt? [2] Unum tamen illud non celant, nihil eſſe, quod percipi poſſit. An in eo auctoritas nihil obeſt? Mihi quidem videtur vel plurimum: quis enim iſta tam aperte perſpicueque & perverſa & falſa ſecutus eſſet, niſi tanta in Arceſila, multo etiam major in Carneade & copia rerum, & dicendi vis fuiſſet?
19 [3] Haec Antiochus fere & Alexandriae tum, & multis annis poſt multo etiam adſeverantius in Syria, cum eſſet mecum,[4] paullo ante quam eſt mortuus. Sed jam confirmata cauſa, te, hominem amiciſſimum, (me autem adpellabat) & aliquot annis minorem natu, non dubitabo monere: Tune, cum tantis laudibus philoſophiam

1 *Quid ſi* utroque] Sic recte *Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu. Vulgo *utrumque.* Perperam. Plena ſententia hæc eſſet, *quid ſi utroque*, ratione nimirum & auctoritate, ducantur auditores? *Davies.*

2 *Unum tamen illud non* celant] S. Victoris liber, ut & Pariſ. 5. *Bal. Reg. Cantab.* ac *Ven.* 1471. dant *celamus*; ex quo, ſi Codicum eorum ductus ſit ſequendus, legendum *celamur*; ut *Gulielmius* etiam vidit. Cum tamen alii MSSti vulgatam lectionem ſervent, non eſt cur ab ea recedamus. *Idem.*

3 *Hæc* Antiochus] Ita legendum, quod recte monuit vir eruditiſſimus *Joan. Clericus* Art. Crit. Part. III. S. I. cap. XII, 3 & ſic habent Codices univerſi. *Antonius* enim, quod vulgo legitur, in editionem *Lambinianam* mendo Typographico videtur irrepſiſſe: quod ἀβλεψία ſequentium propagavit editorum. *Idem.*

4 *Paullo ante quam* eſt *mortuus*] Ita Codices & *Ven.* 1471. Vulgo *eſſet mortuus.* Idem.

5 *Privat approbatione*, omnibus *orbat ſenſibus*] Veneti ita, *privat approbatione* omni, *orbat ſenſibus.* Quod neſcio quam ob rem melius rectiuſque mihi videtur. *Camerarius.*

6 *Et Cimmeriis quidem, quibus aſpectum Solis* &c.] Eſt ab *Homero* Odyſſ. Λ, 14.

——— Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
Ἠέρι ϗ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὔτε ποτ' αὐτοὺς

Ἠέλιος

phiam extuleris, Hortenſiumque noſtrum diſ-ſentientem conmoveris, eam philoſophiam ſe-quere, quae confundit vera cum falſis, ſpoliat nos judicio, [5] privat adprobatione, omnibus orbat ſenſibus? [6] Et Cimmeriis quidem, quibus adſpectum ſolis ſive deus aliquis, ſive natura ademerat, ſive ejus loci, quem incolebant, ſitus, ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat: iſti autem, quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem ullam nobis [7] ad adſpiciendum reliquerunt: quos ſi ſequamur, iis vinculis ſimus adſtricti, ut nos conmovere nequeamus. Sublata enim adſenſione, omnem & motum animorum & actionem rerum ſuſtulerunt: quod non modo recte fieri, ſed omnino fieri non poteſt. Provide etiam, ne uni tibi iſtam ſententiam minume liceat defen-

Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτί-
νεσσιν,
Οὐδ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρα-
νὸν ἀστερόεντα
Οὔθ' ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρα-
νόθεν προτράπηται·
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι
βροτοῖσι.

Silius Italicus XII, 130.

At juxta caligantes, longumque per avum
Infernis preſſas nebulis, pallente ſub umbra
Cimmerias jacuiſſe domos, noctemque profundam
Tartareq narrant urbis ----

Adeatur & *Valerius Flaccus* Argon. III, 398. ne *Virgilium* alioſque memorem. Hinc in proverbio feruntur *Cimmeria tenebra*; de quibus vide *Diſ. Eraſmum* Adag. pag. CXI. Obiter liceat *Photium* in Amphilochiis Quæſt. CLX. editis à Cl. *Montfalconio* Bibl. Coiſlin. pag. 347. emendare. Sibylla τετάρτη, inquit, Ἰταλικὴ ἐν ΕΡΗΜΙ'Αι τῆς Ἰταλίας τὴν διατριβὴν λαχοῦσα. Lege ἐν Κιμμερίᾳ τῆς Ἰταλίας. *Cimmeriam Sibyllam* notam faciunt noſtra ad Epitomen *Lactantii* cap. 5. De Cimmeriis vero, quorum meminit *Homerus*, vide *Sam. Bochartum* Chanaanis lib. I. cap. XXXIII. p. 654. *Davies.*

7 *Ad* aſpiciendum] Pariſ. 5. *ad deſpiciendum*: at Liber S. Victoris, Pariſ. 1. 2. 4. *Reg. Bal. Cantab.* & *Ven.* 1471. *ad diſpiciendum* repræſentant. Et ita legerim. Vide *Suetonium* Neron. cap. XVI. *Idem.*

1 *Ju-*

Digitized by Google

defendere. An tu, cum res occultiſſimas aperueris, in lucemque protuleris, [1] juratuſque dixeris ea te conperiſſe, (quod mihi quoque licebat, qui ex te illa cognoveram) negabis eſſe rem ullam, quae cognoſci, conprehendi, percipi poſſit? Vide, quaeſo, etiam atque etiam, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum à te ipſo minuatur auctoritas. Quae cum dixiſſet ille, finem fecit. Hortenſius autem vehementer admirans, (quod quidem perpetuo Lucullo loquente fecerat, [2] ut etiam manus ſaepe tolleret: nec mirum: nam numquam arbitror contra Academiam dictum eſſe ſubtilius) me quoque, jocanſne an ita ſentiens, (non enim ſatis intellegebam) coepit hortari, ut ſententia deſiſterem. Tum mihi Catulus, Si te, inquit, Luculli oratio flexit, quae eſt habita memoriter, accurate, copioſe; taceo, neque te, quo minus, ſi tibi ita videatur, ſententiam mutes, deterrendum puto. Illud vero non cen-

1 *Juratuſque dixeris*, eas *te comperiſſe*] Sic legendum, *eas te comperiſſe*, non, ut vulgo, *ea te comperiſſe*: & paullo poſt *illas cognoveram*, non *illa*. Lambin. Vide *Petr. Fabrum*.

2 *Ut etiam manus ſape tolleret*] Hic eſt geſtus, quem vi ſua tantum non exprimit admiratio. Si tamen ante teſtimoniis careas, quam credas veteres ita ſe geſſiſſe; videas oportet *Nic. Heinſium* ad *Petronii* Satir. cap. XL. *Davies*.

3 *Tantum enim te non* modo *monuit*] Alii *tantum enim te non monuit*. Puto tamen priorem ſcripturam non incommode retineri poſſe, *Camerar*.

Ibid. *Tantum enim* te non *monuit*] S. Victoris Codex, Pariſ. 4. 5. *Elienſ. Reg. Cantab. Baliol. Aſcenſ.* & *Ven.* 1471. *tantum enim te non* modo *monuit*: unde tranſpoſita vocula reſcripſerim *tantum enim* non te modo *monuit*. Davies.

4 *Idem te comperiſſe dixiſſes*] Te comperiſſe conjurationem Catilinariam. *Lambin.*

5 *Hoc quaſo cave ne te terreat*] In Venetis *cave* omiſſum eſt. Et ſane

Digitized by Google

cenſuerim, ut ejus auctoritate moveare. [3] Tantum enim te non monuit, inquit adridens, ut caveres, ne quis inprobus tribunus plebis, quorum vides quanta copia ſemper futura ſit, adriperet te, & in concione quaereret, quî tibi conſtares, cum idem negares quidquam certi poſſe reperiri, [4] idem te conperiſſe dixiſſes. [5] Hoc quaeſo cave ne te terreat. [6] De cauſa autem ipſa malim quidem te ab hoc diſſentire: ſin ceſſeris non magno opere mirabor: memini enim Antiochum ipſum, cum annos multos talia ſenſiſſet, ſimul ac viſum ſit, ſententia deſtitiſſe. Haec cum dixiſſet Catulus: me omnes intueri. Tum ego non minus conmotus, quam ſoleo in cauſis majoribus, [7] hujuſmodi quadam oratione ſum exorſus: Me, Catule, oratio Luculli de ipſa re ita movit, ut docti hominis, & copioſi, & parati, & nihil praetereuntis eorum, quae pro illa cauſa dici poſſent; non tamen [8] ut ei reſponderi poſſe diffi-

ſane elegans eſt locutio, *cave te terreat*. Ut, *cave faxis te quicquam indignum*. Et Cicero, *cave facias*. Sed & negativam particulam cum Cicero, tum alii verbo appoſuere. Ut & Plautus, *Pridie* caveat ne *faciat quod ſe pigeat poſtridie*. Camerarius.

Ibid. *Hoc quaeſo* cave *ne te terreat*] Vulgo, *hoc quaeſo ne te terreat*. Sed vocem prætermiſſam nobis ſuppeditarunt *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Reg. Baliol. Cantab. Ven.* 1471. & *Aſcenſ.* Dav.

6 *De cauſa autem* ipſa] *Iſta* legitur in Pariſ. 1. 2. 5. Haud ita bene. *Idem.*

7 *Hujuſmodi* quadam *oratione*] Sic recte *Pal.* pr. *Reg.* & *Ven.* 1471. ac ita quidem ediderunt *Aſcenſius*, *Victorius* & *Manucius*. Vulgo ex *Pal.* ſec. *quaſi*. *Lambinus* vero *quandam orationem* exhibet. *Idem.*

8 *Ut ei* reſponderi *poſſe diffiderem*] Vulgo *reſpondere*: qua ratione cum deeſſe quidpiam videretur; *Lambinus* & *Brutus* dederunt *reſpondere* me *poſſe*. Sed facilior eſt & pronior ea, quam ſecuti ſumus, emendatio; illamque præſtant *Cantab.* & *Reg.* pro varia lectione. *Idem.*

1 *Cum*

Digitized by Google

diffiderem. Auctoritas autem tanta plane me movebat, niſi tu oppoſuiſſes non minorem tuam. Adgrediar igitur, ſi pauca ante quaſi de fama mea dixero. Ego enim, ſi aut oſtentatione aliqua adductus, aut ſtudio certandi, ad hanc potiſſimum philoſophiam me adplicavi; non modo ſtultitiam meam, ſed etiam mores & naturam condemnandam puto. Nam ſi in minumis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur; ego de omni ſtatu conſilioque totius vitae aut certare cum aliis pugnaciter, aut fruſtrari cum alios, tum etiam me ipſum velim? Itaque, niſi ineptum putarem in tali diſputatione id facere, quod, [1] cum de republica diſceptatur, fieri interdum ſolet; jurarem per Jovem deoſque penates, me & ardere ſtudio veri reperiendi, & ea ſentire, quae dicerem. Quî enim poſſum non cupere verum invenire, cum gaudeam, ſi ſimile veri quid invenerim? Sed ut hoc pulcherrimum eſſe judicem, vera videre: ſic pro veris probare falſa turpiſſimum eſt. Nec tamen ego is ſum, qui nihil umquam falſi adprobem, qui numquam adſentiar, qui nihil opiner. [2] Sed quaerimus de ſapiente. Ego vero ipſe & magnus

1 *Cum de Rep. diſputatur, fieri interdum ſolet*] Reſpicere videtur ad id jusjurandum, quo poſt ſententias dictas interdum adigebantur Senatores; jurabant enim, E REP. ESSE QUOD CENSUISSENT. Vide *B. Briſſonium* Form. lib. II. pag. 226. *Dav.*

2 *Sed quarimus de ſapiente*] *Auguſtinus* contra Acad. lib. III. cap. 14. *Clamat Cicero ſe ipſum magnum eſſe opinatorem, ſed de ſapiente ſe quaerere. Quod ſi adhuc vos adoleſcentes ignotum habetis, certe in Hortenſio legiſtis.* Manifeſte quidem ad hunc quem tractamus locum reſpidit Præſul Hipponenſis, ſed memoria

nus quidem ſum opinator (non enim ſum ſapiens) & meas cogitationes ſic dirigo, non ad illam parvolam Cynoſuram,

[3] *Qua fidunt duce nocturna Phoenices in alto,*

ut ait Aratus, eoque directius gubernant, quod eam tenent,

Quae curſu interiore, brevi convertitur orbe:

ſed ad Helicen, & clariſſimos Septemtriones, id eſt, rationes has, latiore ſpecie, non ad tenue elimatas. Eo fit, ut errem, & vager latius. Sed non de me, ut dixi, ſed de ſapiente quaeritur: viſa enim iſta, cum acriter mentem ſenſumve pepulerunt, accipio, hiſque interdum etiam adſentior, nec percipio tamen: nihil enim arbitror poſſe percipi. Non ſum ſapiens: itaque viſis cedo, nec poſſum reſiſtere. Sapientis autem hanc cenſet Arceſilas vim eſſe maxumam, Zenoni adſentiens, cavere ne capiatur; ne fallatur, videre: nihil eſt enim ab ea cogitatione, quam habemus de gravitate ſapientis, errore, levitate, temeritate dijunctius.
Quid igitur loquar de firmitate ſapientis? quem 21
quidem nihil opinari tu quoque, Luculle, concedis: quod quoniam à te probatur, (ut praepoſtere tecum agam, mox referam me ad ordinem

tiæ vitio *Ciceronis Hortenſium* laudavit. *Idem.*

3 *Qua fidunt duce ----- clariſſimos Septentriones*] Ita ſe habent *Arati* verſus:

Τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν,
Ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη,
Πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός·
Ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
Μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.

Exſtant Phænom. vſ. 39, ſeqq. *Idem.*

1 *Hanc*

nem) haec primum concluſio quam habeat vim, conſidera. Si ulli rei ſapiens adſentietur umquam, aliquando etiam opinabitur: numquam autem opinabitur: nulli igitur rei adſentietur. [1] Hanc concluſionem Arceſilas probabat: confirmabat enim & primum, & ſecundum. [2] Carneades nonnumquam ſecundum illud dabat, adſentiri aliquando: [3] ita ſequebatur etiam opinari; quod tu non vis; & recte, ut mihi videris. Sed illud primum, ſapientem, ſi adſenſurus eſſet, etiam opinaturum, falſum eſſe & Stoici dicunt, & eorum adſtipulator Antiochus: poſſe enim eum falſa à veris,

1 *Hanc concluſionem Arceſilas* probabat] Vulgo *probat*; quod male ſe habere docent ſequentia. Nos igitur eam lectionem dedimus, quam flagitat Latini ſermonis ratio, quamque præſtant *Pariſ.* 1. *Elienſ. Reg. Bal. Cantab.* & *Ven.* 1471. Davies.

2 *Carneades nonnunquam ſecundum illud dabat, aſſentiri aliquando: ita ſequebatur, etiam opinari*] Cum antea in omnibus libris legeretur *id aſſequebatur*; emendavi conjectura ductus *ita ſequebatur*, eo confidentius quod *it* pro *id* veteres ſcribebant. Duo autem illa verba *aſſentiri, opinari,* loco moverem, ut alterum in alterius ſedem migraret; & ita legeretur, *Carneades nonnunquam ſecundum illud dabat,* opinari *aliquando: ita ſequebatur, etiam* aſſentiri. De duobus enim, quod propoſuit, ſecundum illud erat, *nunquam autem opinabitur*, de quo Carneades ita ſentiebat, ut interdum diceret ſapientem opinari; ita ſequebatur & aſſentiri: ut appareret Carneadem aliquem tamen aſſenſum dare ſapienti, quem Arceſilas penitus tollebat, cum uterque eſſet Academicus. *P. Manucius.*

Ibid. *Carneades nonnunquam & ſecundum illud dabat*] Nempe hoc, at aliquando aſſentietur. *Lambinus.*

Ibid. *Carneades nonnunquam ſecundum illud dabat* adſentiri *aliquando; ita ſequebatur etiam opinari*] *Petrus Faber* legit *Carneades nonnunquam ſecundum:* (ſc. nunquam autem opinabitur) *& illud dabat, aſſentiri aliquando* &c. Et hanc rationem probat *Guietus*; non ego. Quinetiam probare non poſſum *Manucii* conjecturam; qui, verbis tranſpoſitis, legebat, *ſecundum illud dabat* opinari *aliquando; ita ſequebatur etiam* adſentiri: addit enim *Cicero, quod tu non vis:* at Lucullus cum Stoicis & Antiocho voluit adſentiri ſapientem; non item opinari. Vide ſupra cap. XVIII. Revera delendum eſt iſtud *ſecundum*; quod orationem turbat, quodque neſcit *Pariſ.* 4. Davies.

3 *Ita ſequebatur*] Permulti Codices *id aſſequebatur*. Pariſ. 1. 3. *aſſequebatur*. Lege cum Manucio, *ita ſequeba-*

Digitized by Google

à veris; [3] & quae non poſſint percipi ab iis quae poſſint, diſtinguere. Nobis autem primum, etiam ſi quid percipi poſſit, tamen ipſa conſuetudo adſentiendi periculoſa eſſe videtur & lubrica. Quamobrem cum tam vitioſum eſſe conſtet, [4] adſentiri quicquam aut falſum aut incognitum; [5] ſuſtinenda eſt potius omnis adſenſio, ne praecipitet, ſi temere proceſſerit: ita enim finitima ſunt falſa veris, [6] eaque quae percipi non poſſunt iis quae poſſunt (ſi modo ea ſunt quaedam: jam enim videbimus) [7] ut tam praecipitem in locum non debeat ſe ſapiens committere.

ſequebatur, ut exhibent *Pariſ.* 2. 4. Idem.

3 *Et qua non* poſſint *percipi*] Sic *Aſcenſius* & *Victorius*. Vulgo *poſſunt*. Idem.

4 *Aſſentiri quidquam aut falſum aut incognitum*] Vel legendum *aſſentiri cuiquam aut falſo aut incognito*: vel *aſſentiri* accipiendum eſt ἐνεργητικῶς; quod non eſt inuſitatum. *Lambin.*

5 *Suſtinenda eſt potius omnis aſſenſio*] Expreſſit Græca illa, Δεῖ μᾶλλον πᾶσαν συγκατάθεσιν ἐπέχειν. Urſinus.

6 *Eaque qua percipi* non poſſunt iis quæ *poſſunt*] Fuerant hoc loco omiſſæ à ſcriptore quattuor voces propter verbum *poſſunt* bis poſitum: à verbo enim *percipi* contulerat ſe ad ſecundum *poſſunt*. Lambin.

Ibid. *Eaque qua percipi* non *poſſunt* iis quæ poſſunt] *Lambinianam* conjecturam lubens equidem ſequor quæ *Guieto* etiam placebat; & Pyrrhonius ſit, qui de ea ſuſtinere queat adſenſum. Vulgo, omiſſa particula negante tribuſque poſtremis vocibus, legitur, *eaque qua percipi poſſunt*. At *Pariſ.* 2. 4. *Baliol. Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. dant, *eaque qua percipi* non *poſſunt*. *Iis* autem *qua poſſunt* non attendêre Librarii, quod vox *poſſunt* iteretur. Pari modo paullo ante dicit noſter, *poſſe enim eum falſa à veris*, & quæ non poſſint percipi, ab iis quæ poſſint, *diſtinguere*. Ibi tamen noſtri Codices *ab iis qua poſſint* prætervolant. *Dav.*

7 *Ut in* tam *præcipitem locum*] Sic legendum eſt, non ut vulgo, *ut* tamen in *præcipitem locum*. Atque hanc emendationem & comprobat ratio & adjuvant Codices MSSti, quamvis hoc loco corrupti: nam ex ea ipſa corrupta ſcriptura licet intelligere, vulgatam eſſe adulterinam, & elicere veram. Partim enim in iis ſcriptum *ca̅*, partim *cauſa*. Quis non videt ex *tam*, quod erat rectum & verum, factum eſſe *ca̅*; deinde ex *ca̅*, *cauſa*? Mihi autem eo magis hæc emendatio placet, quod *Guidoni Fabio Pibracio*, patrono regio, viro doctiſſimo & integerrimo, antequam ad Codicum antiquorum

mittere. [1] Sin autem omnino nihil eſſe, quod percipi poſſit, à me ſumpſero, &, [2] quod tu mihi das, accepero, ſapientem nihil opinari; effectum illud erit, ſapientem adſenſus omnes cohibiturum: ut tibi videndum ſit, idne malis, an aliquid opinaturum eſſe ſapientem. Neutrum, inquies, illorum. Nitamur igitur, nihil poſſe percipi: etenim de eo omnis eſt contro-
22 verſia. Sed prius pauca cum Antiocho, qui haec ipſa, quae à me defenduntur, & didicit apud Philonem tam diu, ut conſtaret diutius didiciſſe neminem, & ſcripſit de his rebus acutiſſime, & idem haec non acrius accuſavit in ſenectute, quam antea defenſitaverat. Quamvis igitur fuerit acutus, ut fuit; tamen inconſtantia

ſcriptutam animum advertiſſem, venerat in mentem. *Lambinus.*

Ibid. *Ut tam præcipitem in locum non debeat ſe ſapiens committere*] Sic diſerte *Baliol.* nam vulgo peſſime legitur, *ut* tamen in *præcipitem locum.* Etiam reponi queat *ut* in tam *præcipitem locum*, quod voluit *Lambinus* & repræſentant *Pariſ.* 5. *Cantab.* ac *Reg.* Sed concinnior eſt noſter ordo verborum. Neſcio vero num Latine dicatur *in locum ſe committere.* Certe, quantum memini, *loco ſe committere* probati ſcriptores adhibent. Fortaſſis igitur *Cicero* dedit, *ut tam præcipitem in locum non debeat ſe ſapiens* CONJICERE. *Davies.*

1 *Sin autem omnino nihil eſſe quod percipi* &c.] Nam ſi nihil percipi poteſt, non poteſt ſapiens aſſentiri rei incognitæ, quin uno tempore opinetur: at ſapiens non opinatur: ergo ſapiens aſſenſus omnes cohibere debet. *Lambin.*

2 *Quod tu* mihi *das*] Penultimam vocem non agnoſcunt *Pariſ.* 2. 5. & abeſſe poteſt. *Davies.*

3 *Quis enim iſte dies illuxerit, quæro*] Sic nunc edidi, *quis enim iſte dies* &c. Nam vulgati habent, *quis*, inquam, *enim iſte dies*: unde olim ſic legendum conjecturam, *quis enim umquam dies.* Quam lectionem nunc repudio, poſteaquam vidi in libis veteribus neque *inquam* neque *umquam* ſcriptum eſſe. *Lambin.*

Ibid. *Quis*, inquam, *enim iſte dies*] Secundam vocem delet *Lambinus.* Sed cum liber S. Victoris, *Baliol. Reg. Cantab. Pariſ.* 1. 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. habeant *quiſquam enim iſte dies*; cum *Grutero* lubens reſcripſerim, *quiſnam enim iſte dies.* Davies.

4 *Multos*

ſtantia levatur auctoritas. [3] Quiſnam enim iſte dies inluxerit, quaero, qui illi oſtenderit eam, quam [4] multos annos eſſe negitaviſſet, veri & falſi notam. [5] Excogitavit aliquid? Eadem dicit, quae Stoici. Poenituit eum illa ſenſiſſe? Cur non ſe tranſtulit ad alios, & maxume ad Stoicos? eorum enim erat propria iſta diſſenſio. [6] Quid? eum Mneſarchi poenitebat? quid? Dardani? qui erant Athenis tum principes Stoicorum. Numquam à Philone diſceſſit, niſi poſteaquam ipſe coepit, qui ſe audirent, habere. Unde autem ſubito vetus Academia revocata eſt? Nominis dignitatem videtur, cum à re ipſa deſciſceret, retinere voluiſſe. [7] Quod erant qui illum gloriae cauſa feciſſe dicerent: ſperare enim fore,

4 *Multos annos eſſe* negitaviſſet] Vulgo *negaviſſet*. Sed verba frequentativa *Tullius* amat. Quod cum ita ſit, librum S. Victoris, Pariſ. 5. & *Cantab.* ſum ſecutus. Eodem adludunt *Pariſ.* 2. 4. in quibus eſt *cogitaviſſet*. Idem.

5 *Excogitavit aliquid? Eadem dicit; qua Stoici. Poenituit eum illa* ſenſiſſe?] Interrogationis notas addidi; nam vulgo ſic interpungunt, *excogitavit aliquid: eadem dicit qua Stoici: poenituit eum illa ſenſiſſe.* Qua ratione ſibi repugnat *Cicero*. Ita tamen omnes editi. Porro *Pariſ.* 4. 5. & *Reg.* dant *poenituit illa ſenſiſſe*, prætermiſſo pronomine. *Idem.*

6 *Quid? eum Mneſarchi poenitebat*] *Quid* enim? *Mneſarchi poenitebat.* Ita eſt in Codice MSto. URSIN. Sic & *Pariſ.* 5.

7 *Quod erant qui illud gloria cauſa fecerunt*] Veneti *illum* habent & *facerent.* Ego ſuſpicor eſſe locum mutilatum, & legendum ſic, vel ſimiliter, *Quod erant qui illum gloria cauſa facere dicerent.* Camerarius.

Ibid. *Qui illum gloria cauſa facere dicerent: ſperare etiam*] Scriptor librarius pro *facere dicerent* ſcripſerat *facerent*, duobus verbis in unum contractis. *Lambin.*

Ibid. *Qui illum gloria cauſa feciſſe dicerent: ſperare* enim *fore, ut ii, qui ſe ſequerentur, Antiochii vocarentur*] Vulgo *qui illum gloriæ cauſa* facerent *ſperare*, etiam *fore ut ii* &c. eamque lectionem licet infectam prorſus & ineptam tuetur *Petr. Faber*. Nos autem *Reg.* à ſec. manu & *Cantab.* ſequimur in eo, quod *feciſſe dicerent* pro *facerent*, vel ut *Pariſ.* 5. *Aſcenſ.* & *Ven.* 1471. *fecerunt*, ut *Pariſ.* 1. *feciſſent*, exhibuimus. At *enim* pro *etiam* eſt à noſtra conjectura, quam, ſicut puto,

 flagitat

ſore, ut ii, qui ſe ſequerentur, Antiochii vocarentur. Mihi autem magis videtur non potuiſſe ſuſtinere concurſum omnium philoſophorum. Etenim de ceteris ſunt inter illos nonnulla communia: haec Academicorum eſt una ſententia, quam reliquorum philoſophorum nemo probet. Itaque ceſſit: & [1] ut ii qui ſub nube ſolem non ferunt, item ille, cum aeſtuaret, veterum, ut Maenianorum, ſic Academicorum umbram ſecutus eſt. Quoque ſolebat uti argumento tum cum ei placebat nihil poſſe percipi, [2] cum quaereret, Dionyſius

flagitat ſenſus. De re ipſa ſic *Plutarchus* in Cicer. Tom. I. p. 862. Ἐξίϛατο τῆς νέας λεγομένης Ἀκαδημίας ὁ Ἀντίοχος καὶ τὴν Καρνεάδου ϛάσιν ἐγκατέλειπεν, εἴτε καμπτόμενος ὑπὸ τῆς ἐναργείας καὶ τῶν αἰσθήσεων, εἴτε, ὥς φασιν ἔνιοι, φιλοτιμίᾳ τινὶ καὶ διαφορᾷ πρὸς τοὺς Κλειτομάχου καὶ Φίλωνος συνήθεις, τὸν Στωικὸν ἐκ μεταβολῆς θεραπεύων λόγον ἐν τοῖς πλείϛοις. Sic *extitit Philonis auditor Antiochus, qui, ut nonnullis viſum eſt, gloriæ cupidior quam veritatis, in ſimultatem adduxit Academiæ utriuſque ſententias*; id quod tradit *Auguſtinus* contra Acad. lib. II. cap. 6. Nimirum *philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis Vocabula*, prout loquitur *Terentius* Eunuch. Act. II. Sc. II, 32. *Davies.*

1 *Ut enim hi qui ſub nubes ſolem non ferunt, item ille cum æſtuaret veterum ut nemorum*] Falſo hoc quidem. Alii *manium*. Sed Veneta lectio vera eſt *Manianorum*: *Nonius* enim ſimiliter legit. *Maniana* autem, ut volunt, à *Manio* dicta, ædium projecta quædam, ſub quæ quaſi tecta ſubiti poſſet. Unde & *Summanium* hæc loca comprehenſim dicta, & *Summanianas uxores* Martiali; quod ſub his ut ſub fornicibus proſtibula eſſent. Sed quid eſt *ſub nubes?* Ego quidem in his mendum eſſe facile cuivis apparere exiſtimo: caſtigationem autem nondum reperio. Quæramus igitur amplius: nam quod in mentem venit, pro *ſub nubes*, *ſæpenumero* potuiſſe in Archetypo eſſe, etiam mihi petita longius conjectura viſa eſt. *Camerarius.*

Ibid. *Qui ſub* nube *ſolem non ferunt*] Vulgo *ſub nubes*, contra quam jubent *Reg.* & *Cantab.* Locus tamen vitio non vacat, quorſum enim qui ſub nube ſolem non ferunt, umbram ſequerentur; cum levetur æſtus, ſi quando Sol nubibus contegitur. Ideo bene *Lambinus* repoſuit, *qui niſi ſub nube ſolem non ferunt*, bene etiam vir doctiſſimus *Joan. Clericus* reſcripſit, *qui* SINE NUBE *ſolem non ferunt.* Et hoc præplacet vel ob illud *Senecæ* Herc. Fur. vſ. 940.

-----Phœbus obſcuro meat
SINE NUBE *vultu*-----

Quod

Digitized by Google

ſius ille Heracleotes utrum comprehendiſſet certa illa nota, qua adſentiri dicitis oportere, illudne, quod multos annos tenuiſſet Zenonique magiſtro credidiſſet, honeſtum quod eſſet, id bonum ſolum eſſe; an quod poſtea defenſitaviſſet, honeſti inane nomen eſſe, voluptatem eſſe ſummum bonum: qui ex illius commutata ſententia docere vellet, nihil ita ſignari in animis noſtris à vero poſſe, quod non eodem modo poſſit à falſo; is curavit, quod argumentum ex Dionyſio ipſe ſumpſiſſet, ex eo ceteri ſumerent. [3] Sed cum hoc alio loco 23
plura;

Quod autem *Pet. Faber* legendum conjecit, *qui ſub* NOVIS *ſolem non ferunt*, id vero non arridet: haud enim eſt cur Solis æſtus *ſub novis* in foro tabernis eſſet intolerabilior, quam ſub Mænianis. *Davies.*

Ibid. Item *ille cum æſtuaret veterum, ut Mænianorum, ſic Academicorum* umbram *ſecutus eſt*] *Nonius* in *Mæniana:* Mæniana *ab inventore eorum Mænio dicta ſunt: unde &* columna Mæniana. *Cicero* Academ. lib. IV. *Interim* ille cum æſtuaret veterum ut Menianorum ſic Academicorum *viam* ſecutus eſt. Ex noſtro corrigendi ſunt *Marcelli* Codices. Pravam tamen illam rationem non evitavit *G. J. Voſſius* in Etymologico; qui, ſimul ac *Briſſonius*, *Martinius*, & Interpretes ad *Feſtum*, de *Mænianis* plura congeſſit. Adjiciam tamen *Aſconii* verba: *Mænius*, inquit, *cum domum ſuam venderet Catoni & Flacco cenſoribus, ut ibi baſilica ædificaretur, exceperat jus ſibi unius columnæ: ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipſi & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorum poſſent, quod etiam tum in foro dabatur.* Extant ad Divin. in Cæcilium cap. XVI. De Mænianorum vero Etymologia diverſus abit à veteribus *Cl. Salmaſius* ad *Spartianum* p. 155. ed. Pariſ. quem, ſi lubet, vide. *Davies.*

2 *Cum quæreret, Dionyſius ille Heracleotes*] Cum quæreret, nempe, Antiochus. Itaque poſt verbum *quæreret* debet nota diſtinctionis poni, quam olim omiſerant operæ. *Lambinus.*

Ibid. *Dionyſius ille Heracleotes*] Is *μεταθέμενος* dictus eſt; quod, cum renum, vel, ut alii volunt, oculorum dolorem ferre non poſſet, deſcivit à Stoicis & in Epicuri caſtra tranſiit. Vide nos ad Tuſc. II, 24. *Davies.*

3 *Sed cum* hoc *alio loco plura*] Vulgo *ſed cum* hæc *alio loco plura.* Abſurde: nec ſecunda vocula pro *conjunctione*, ſed pro *præpoſitione*, numeranda eſt. Igitur cum Codices darent, *ſed cum* ex hoc *alio loco plura;* veram lectionem repræſentavi: nam paullo ante cap. 22. dixeras.

plura; nunc ad ea, quae à te, Luculle, dicta ſunt. Et primum quod initio dixiſti, videamus, quale ſit: [1] Similiter à nobis de antiquis philoſophis conmemorari, [2] atque ſeditioſi ſolerent claros viros, ſed tamen populares aliquos nominare. [3] Illi cum res non bonas tractent, ſimiles bonorum videri volunt: nos autem dicimus, ea nobis videri, quae voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. [4] Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe. Ferres me, ſi ego idem dicerem? tu, ne ſi dubitarem quidem. At quis eſt hic? num ſophiſtes? [5] (ſic enim adpellantur ii, qui oſtentationis aut quaeſtus cauſa

ſed prius pauca cum Antiocho. Davies.

1 *Similiter à nobis* &c.] Locus hic ſuſpectus videtur. An ſic legendum? *Similiter à nobis de antiquis Philoſophis, atque ſeditioſi ſolerent, claros viros. Illi cum res* NOVAS *tractent* &c. In vetuſtiſſimis libris legitur *res bonas* ſine negatione: ex quo Faber *novas* facit; quod placet. Nam ex *novas* primum factum eſt *nobas*, ex quo *bonas* Librarii fecerunt. Τὸ *ſolerent* abeſt à vett. quibuſdam libris, teſte *Grutero*. An ſic legendum? *Similiter à nobis de antiquis Philoſophis commemorari, atque à ſeditioſis claros viros. Illi* &c. *Guietus.*

2 *Atque ſeditioſi* ſolerent *claros viros*] Dictionem *ſolerent* non eſſe in *Pal.* ſecundo teſtatur *Gruterus*: quapropter eam à Librariis fuiſſe temere conjicit. Nam legendum *ſolent*. Vide ſupra cap. 5. Hic vero ferrum & ignem adhibet *Guietus*: ſed non eſt audiendus. *Davies.*

3 *Illi, cum res* non *bonas tractent*] Sic *Aſcenſius*, *Victorius*, *Manucius*, *Lambinus*, & *Aldus* nepos ediderunt. Ita tamen ſolus, quantum conſtat, *Pariſ.* 4. *Pall.* certe noſtrique reliqui, ſimul ac *Ven.* 1471. habent, *illi cum res bonas tractent.* Quod cum ita ſit, *Gruterus* eo modo legi voluit. At eo judicio palam fecit, quam non curârit ſcriptoris mentem. Multo melior eſt *Petri Fabri* conjectura, cui & poſt eum *Guieto* placet, *illi cum res* NOVAS *tractent.* Forſan autem *Cicero* ſcripſit, *illi cum res* MALAS *tractent.* Certe *bona* & *mala* nonnunquam ſunt à Librariis confuſa. Ut in Tuſc. V, 19. libri tantum non omnes dant, *non populus à bono conſule potius, quam ille* à bono populo *repulſam refert*: cum à *Tullii* manu fuerit, *quam ille à* MALO *populo repulſam refert*; quod & in *Hadr. Relandi* membrana vetere legebatur. Similiter apud *Plautum* in Ciſtell. Act. I. Sc. II, 23. legerim

Item

cauſa philoſophantur) maxuma fuit & gravitatis & ingenii gloria. Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre poſſumus non modo ingenii magnitudine, ſed etiam animi? qui ita ſit auſus ordiri; [6] *Haec loquor de univerſis.* Nihil excipit, de quo non profiteatur: quid enim eſſe poteſt extra univerſa? Quis hunc philoſophum non anteponit Cleanthi, Chryſippo, reliquiſque inferioris aetatis? qui mihi cum illo conlati, [7] quintae claſſis videntur. Atque is non hoc dicit, quod nos, qui veri eſſe aliquid non negamus, percipi poſſe negamus. [8] Ille verum eſſe plane negat: eſſe

Item ut aliis pariunt, quæ bonum quærunt ſibi,
licet Codices *malum* repræſentent. *Idem.*

4 *Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe*] Noſter infra cap. XXXI. Anaxagoras *albam eſſe nivem non modo negabat, ſed ſibi, quia ſciret aquam nigram eſſe, unde illa concreta eſſet, albam ipſam eſſe ne videri quidem. Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 13. Ὁ Ἀναξαγόρας τῷ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα ἀντιτίθει, ὅτι ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν· καὶ ἡ χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστι. Ibi vide virum doctiſſimum *J. A. Fabricium.* Adi ſis etiam *Lactantium* Epit. cap. 39. ac *Adelmanni* Epiſt. ad Berengar. pag. 306. *Idem.*

5 *Sic enim* appellantur *ii*] Sic *Pariſ.* 1. 3. & *Reg.* à prima manu, nec aliter *Aſcenſius* & *Victorius* ediderunt. Vulgo *appellabantur*, quod ex *Pall.* ſuis primus invexit *Gruterus.* Quin & ita dant alii Codices nonnulli. Male: tunc enim paullo poſt dixiſſet noſter, *qui oſtentationis aut quæſtus cauſſa* philoſophabantur, non *philoſophantur*; ut habent omnes libri. Ceterum de varia Σοφιστοῦ notatione conſulas *Lud. Creſollium* Theatr. Rhet. lib. I. capp. 1, 2, 3. *Id.*

6 *Hæc loquor de univerſis*] Principium libri Democritei ſervavit etiam *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 265. licet id ab interpretibus non ſit animadverſum, Δημόκριτος δὲ, inquit, ὁ τῇ Διὸς φωνῇ παρεικαζόμενος, καὶ λέγων τάδε δὲ περὶ τῶν ξυμπάντων. Reſcribe καὶ λέγων, ΛΕΓΩ τάδε περὶ τῶν ξυμπάντων, &c. Ob ſimilitudinem, quod ſæpe fit, excidit vox altera. *Idem.*

7 *Quintæ claſſis*] Id eſt, ultimæ. Populus in Comitiis in quinque claſſes dividebatur. Infimi quique ex plebe in quintam claſſem conferebantur. *Guietus.*

8 *Ille verum* eſſe *plane negat: eſſe ſenſus* quidem non *obſcuros dicit* nec *tenebricoſos* &c.] MS. *Reg.* à prima manu dat *ille verum plane negat.*

eſſe ſenſus quidem non obſcuros dicit, nec tenebricoſos: ſic enim adpellat eos is, qui hunc maxume eſt admiratus, Chius Metrodorus initio libri, qui eſt de natura. *Nego*, inquit, *ſcire nos ſciamuſne aliquid, an nihil ſciamus:* [1] *ne idipſum quidem neſcire, aut ſcire: nec omnino, ſitne aliquid, an nihil ſit.* Furere tibi Empedocles videtur: at mihi digniſſimum rebus iis, de quibus loquitur, ſonum fundere. Num ergo is excaecat nos, aut orbat ſenſibus, ſi parum magnam vim cenſet in iis

eſſe

Ego ſane totum locum, qui plane depravatus eſt, ita conſtituo: *Ille verum plane negat eſſe: ſenſuſque idem obſcuros dicit* & *tenebricoſos. Sic enim appellat eos.* (Nempe σκοτίην fuit hac in re Democriti verbum. Vide *Sextum Empiricum* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 138.) *Iſque qui hunc maxime eſt admiratus, Chius Metrodorus initio libri qui eſt de natura:* Nego, *inquit*, ſcire *&c.* Hoc enim teſtimonium non ex Democrito petitur, quod vulgata ſuaderet interpunctio, ſed ex Metrodoro. Ariſtocles apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XIV. cap. 19. Γεάφων γέ τοι (ὁ Μητρόδωρος) ΠΕΡῚ ΦΎΣΕΩΣ, ΕΙΣΒΟΛΗι ἐχρήσατο τοιαύτῃ. Οὐδεὶς ἡμῶν οὐδὲν οἶδεν, οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο πότερον οἴδαμεν ἢ οὐκ οἴδαμεν. Pariter *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 88. Metrodorus εἰπών, οὐδὲν ἴσμεν, οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἴσμεν, ὅτι οὐδὲν ἴσμεν. Vide & *Laertium* IX, 58. ac *Epiphanium* Tom. I. pag. 1088. *Davies.*

Ib. *Verum eſſe plane negat*] In ſenſilibus. *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 135. Δημόκριτος δὲ, ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν· νόμῳ γάρ φησι γλυκὺ, καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιή· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἅπερ (Leg. εἴπερ) νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητὰ, οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα. Vide & §. 136, 137. & lib. VIII. §. 184. *Laertius* IX, 44. Statuit Democritus ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων ἀτόμους καὶ κενὸν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα νενομίσθαι. Hinc §. 45. reponas oportet, λοιπὰ δὲ (non ποιητὰ δὲ) νόμιμα εἶναι, φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Ac ita corrigendus eſt etiam *Heſychius Illuſtrius* in Δημόκριτος, ubi eadem verba repetuntur. *Idem.*

[1] Ibid. *Eſſe ſenſus quidem dicit* &c.] Sic juſſeram olim excudi, ſi quidem operæ mihi obtemperare voluiſſent, *eſſe ſenſus quidem dicit, ſed obſcuros & tenebricoſos* &c. *Lambin.*

Ibid. *Eſſe ſenſus* &c.] Faber: *eſſe ſenſus quidem hic obſcuros dicit, hic tenebricoſos. Sic enim appellat eos. Is qui hunc maxime eſt admiratus* &c. Ego ſic libenter legerem, ſi veterem

eſſe ad ea, quae ſub eos ſubjecta ſunt, judicanda? [2] Parmenides, Xenophanes, minus bonis quamquam verſibus, ſed tamen illis verſibus increpant eorum adrogantiam, quaſi irati, qui, cum ſciri nihil poſſit, audeant ſe ſcire dicere. Et ab his aiebas removendum Socratem & Platonem. Cur? [3] an de ullis certius poſſum dicere? Vixiſſe cum his equidem videor: [4] ita multi ſermones perſcripti ſunt, è quibus dubitari non poſſit, quin Socrati nihil ſit viſum ſciri poſſe. Excepit unum tantum, ſcire ſe, nihil

terem aliquem librum auctorem haberem: *Ille verum eſſe plane negat. Eſſe ſenſus ſiquidem dicit, ſed obſcuros, ſed tenebricoſos. Sic enim appellat eos.* Plerique libri pro *non* habent *nec*; quod à ſciolis pro *ſed* potuit ſupponi, qui ſenſus obſcuros & tenebricoſos dici non poſſe exiſtimarent. *Guietus.*

1 *Ne id ipſum quidem neſcire aut ſcire*] Sic optime Pariſ. 1. 2. 4. Sic & *Reg. Cantab. Pariſ.* 5. & *Ven.* 1471. niſi quod illi *nos* adjiciant. Vulgo *ne id ipſum quidem neſcire aut ſcire*, ſcire nos: ubi duæ ultimæ voces ſunt omnino ſupervacaneæ. *Davies.*

2 *Parmenides, Xenophanes, minus bonis quamquam verſibus*] *Plutarchus* de Audit. pag. 45. A. Μέμψαιτο δ' ἄν τις --- Παρμενίδου τὴν στιχοποιίαν. *Sextus Empiricus* lib. VII. adverſ. Mathem. §. 111. Παρμενίδης τοῦ μὲν δοξαστοῦ λόγου κατέγνω· φημὶ δὲ τοῦ ἀσθενεῖς ἔχοντος ὑπολήψεις· τὸν δ' ἐπιστημονικὸν, τουτέστι τὸν ἀδιάπτωτον, ὑπέθετο κριτήριον, ἀποστὰς καὶ τῆς τῶν αἰσθήσεων πίστεως. Cui rei longam Parmenidis ῥῆσιν refert & explicat. Ejus etiam particulam videre licet apud *Laertium* IX, 22. Xenophanis verſus huc facientes laudat idem *Sextus* lib. VII. §. 49. Hi ſic ſe habent:

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται
Εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε, καὶ ὅσσα λέγω περὶ πάντων·
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών,
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

Vide & §. 110. & lib. VIII. §. 326. Ultimum diſtichon habet & *Origenes* Philoſ. cap. XIV. prius autem *Plutarchus* de aud. Poet. pag. 17. Adi ſis etiam *Laertium* IX, 72. *Idem.*

3 *An de ullis certius poſſum dicere*] *Poſſumus* eſt in veteribus libris; melius, ut videtur, quam in vulgatis. URSINUS. *Ibid.* Omnes noſtri ſtant à recepta lectione; eaque bene ſe habet: nam de ſe ſolo loquitur Tullius. *Davies.*

4 *Ita multi ſermones prædicti perſcripti*] *Prædicti* videtur temere inculcatum, & Veneti libri non habent. *Camerarius.*

1 *Vi-*

Digitized by Google

hil ſe ſcire: nihil amplius. Quid dicam de Platone? qui certe tam multis libris haec perſecutus non eſſet, niſi probaviſſet: ironiam enim alterius, perpetuam praeſertim, nulla fuit
24 ratio perſequi. [1] Videorne tibi, non ut Saturninus, nominare modo inluſtres homines, [2] ſed etiam imitari numquam, niſi clarum, niſi nobilem? Atqui habebam moleſtos vobis, ſed minutos, [3] Stilponem, Diodorum, Alexinum; quorum ſunt contorta, & aculeata quaedam ſophiſmata: ſic enim adpellantur fallaces concluſiunculae. Sed quid eos conligam, cum ha-

beam

1 *Videorne tibi, non, ut Saturninus, nominare modo illuſtres homines, ſed etiam imitari numquam, niſi clarum, niſi nobilem?*] Quid ſibi velit hic *numquam*, ſatis non intelligo. Suſpicatus aliquando ſum, *quemquam* legi poſſe; ut hoc Cicero dicat: Videorne tibi quemquam imitari niſi clarum, niſi nobilem? non ut Saturninus nominare modo illuſtres homines, nequaquam autem imitari, Poſtea magis placuit hoc modo: *Videorne tibi, non ut Saturninus, nominare modo illuſtres homines, ſed etiam imitari*? Num quem, *niſi clarum, niſi nobilem?* Quæ mihi mea tum denique placebit opinio, ſi veterum librorum acceſſerit auctoritas, aut eam hominibus eruditis non diſplicere cognovero. P. Manucius.

Ibid. *Sed etiam imitari quemquam* &c.] Malim ſic legi *ſed etiam imitari non niſi clarum, niſi nobilem quemquam?* Admonendus autem eſt Lector, in libris MSStis non eſſe particulam *etiam*. Lambin.

2 *Sed* etiam *imitari* numquam] Cum de ſenſu conſtet, de verbis non nimis anxii debemus eſſe. Niſi vero fallor, *Cicero* ſcriptum reliquit, *ſed etiam imitari* neminem, *niſi clarum, niſi nobilem? Guietus* tamen *Manucii* conjecturam probat, Porro ſive retineas ſive deleas *etiam*, perinde eſt. Illam quidem particulam repræſentant plures MSSti; prætermittunt autem liber S. Victoris, Pariſ. 1. 4. 5. Reg. & *Cantab*. Davies.

3 *Stilponem*] Sic recte *Lambinus* edidit; ſed imitatores non eſt nactus. Hoc equidem miror: cum illum, *Stilponem*, ſeu Στίλπωνα, vocent non modo *Plutarchus*, *Seneca*, *Laertius*, *Suidas* ac alii, ſed & ipſe *Cicero* de Fato cap. 5. Vulgo *Stilbonem*. Idem.

4 *Qui fulcire putatur porticum Stoicorum*] Ad hunc locum reſpicit *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. XXIII, 3. *Idem*.

5 *Quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur? At diſſolvit. Idem mihi quidem non videtur*] Vulgo *quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur diſſolvit:* ex quo ſenſus rei conveniens exſculpi

non

beam Chryſippum, [4] qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Quam multa ille contra ſenſus, [5] quam multa contra omnia, quae in conſuetudine probantur. At diſſolvit. Idem mihi quidem non videtur: ſed diſſolverit ſane: certe tam multa non conlegiſſet, quae nos fallerent probabilitate magna, niſi videret his reſiſti non facile poſſe. [6] Quid Cyrenaei videntur? minume contempti philoſophi; qui negant eſſe quicquam, quod percipi poſſit extrinſecus: ea ſe ſola percipere, quae tactu intimo ſentiant, ut dolorem, ut voluptatem: neque ſe, quo quid colore,

non poteſt. Diſtinctiones itaque commodas recepi, cumque *Pariſ.* 4. habeat *probantur à Dis ſolvit*, veram lectionem non difficulter erui. Accedit fere Pariſ. 5. repræſentans *a diſſolverit. Cantab.* quidem & *Reg.* à ſec. manu dant, *probantur* ut putat *diſſolvit*. Unde fieri poſſit, *probantur? Ut putat, diſſolvit*. Sed recentiores ſunt ii Codices; quapropter iis temere non credidi. De re vero ipſa pari modo judicant *Plutarchus* de Repugn. Stoic. pag. 1036. C. & *noſter* infra cap. 27. *Idem*.

Ibid. *Probantur? Diſſolvit idem, mihi quidem non videtur: ſed diſſolverit ſane*] Patet ſententia, quæ latebat antea ob interpuncta male collocata: ſic enim erat in omnibus vulgatis libris: *Quam multa ille contra ſenſus, quam multa contra omnia, qua in conſuetudine probantur, diſſolvit? Idem mihi quidem non videtur*. Poſſunt hæc quibuſdam minuta videri; mihi, &, opinor, ſincere judicantibus, non videntur. Quid enim in emendando noſtra laborat induſtria, niſi ut ſententiam aſſequamur? Id quoquo modo ſuccedat, laudabile eſt. Porro, quantum obſcuris locis hæc interpungendi ratio, a ſuperioribus neglecta dicam, an ignorata? lucem attulerit; omnes, opinor, intelligunt, quos modo paullo elegantior doctrina delectat. *P. Manucius*.

6 Videntur *minime contemti*] Τὸ *videntur* hic Gloſſema videtur & *Grutero* & mihi. *Guietus*.

Ibid. *Videntur minime contemti philoſophi*] Quidam ſic legi volunt, *videntur mihi quidem non contemti philoſophi*. Alii ſic, *videnturne tibi contemti philoſophi?* Quod magis placet. *Lambinus*.

Ibid. *Quid Cyrenai videntur? minime contemti philoſophi*] *Victorius* edidit, *quid Cyrenai? videntur mihi minime contemti philoſophi*. At pronomen illud haud agnoſcunt noſtri Codices, licet, ſeu conſervetur ſeu abjiciatur, ciccum non interduim. Totum vero locum ſic refingendum puto, *Quid? Cyrenaici videntur minime contemnendi philoſophi; qui negant eſſe quicquam* &c. De Cyrenaicorum ſententia vide quæ diximus ad hujuſce libri cap. VII. *Davies*.

1 Nemo

colore, aut quo ſono ſit, ſcire, ſed tantum ſentire, adfici ſe quodammodo. Satis multa de auctoribus: quamquam ex me quaeſieras, nonne putarem poſt illos veteres tot ſaeculis inveniri verum potuiſſe, tot ingeniis tantiſque ſtudiis quaerentibus. Quid inventum ſit, paullo poſt videro, te ipſo quoque judice. Arceſilam vero non obtrectandi cauſa cum Zenone pugnaviſſe, ſed verum invenire voluiſſe, ſic intellegitur. [1] Nemo umquam ſuperiorum non modo [2] expreſſerat, ſed ne dixerat quidem, poſſe hominem nihil opinari: nec ſolum poſſe, ſed ita neceſſe eſſe ſapienti. Viſa eſt Arceſilae cum vera ſententia, tum honeſta & digna ſapiente. Quaeſivit de Zenone fortaſſe, quid futurum eſſet, ſi nec percipere quicquam poſſet ſa-

ſapiens,

1 *Nemo* unquam *ſuperiorum*] Sic *Bal. Reg. Cantab.* & ita dederunt *Lambinus* & *Aldus* nepos: ac ita repoſitum voluit *Guietus*. Vulgo, *nemo*, inquam, *ſuperiorum:* quod minus arridet. *Davies.*

2 *Expreſſerat*] Forſan *expoſuerat*. Id.

3 *Ille, credo, nihil* opinaturum] Subaudi, reſpondit. Vulgo legitur, *ille, credo, Nihil* opinatur. At hoc verbis ſequentibus non convenit. Quare vel ita ſcribendum, ut nos poſt *Aſcenſium* & *Lambinum* dedimus; vel reponendum, *ille, credo, Nihil opinabitur.* Davies.

4 *Viſum, credo*] Sic quidam legendum putant *viſum* verum, *credo. Quale igitur viſum* verum? *Tum* &c. in quibus eſſe me profiteor. Et vero hanc ſcripturam comprobant ea, quæ non longe ſequuntur. *Lambin.*

Ibid. *Viſum. credo. Quale igitur viſum? tum illum ita definiviſſe, ex eo quod eſſet ſicut eſſet impreſſum & ſignatum &* effictum] Vulgo *effectum*, quod cum *Manucio, Lambino, Fabroque* mutavimus; id quod poſtulat vox ἐναπομεμαγμένη, cui reſpondet. Quod vero idem *Lambinus* reponat, *viſum* verum, *credo. Quale igitur viſum* verum? *Tum* &c. in eo quidem doctum illum virum redarguit vel ipſa φαντασίας ſeu *viſi* definitio, quæ ſic ſe habet: Φαντασία ἐστὶν ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναποτετυπωμένη, καὶ ἐναποσφραγισμένη, οἵα οὐκ ἂν γίνοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. Extat apud *Laertium, Suidam*, & *Sextum Empiricum*; quorum locos indicant obſervationes noſtræ ad hujuſce *Luculli* cap. VI. *Davies.*

4 *Sig*

piens, nec opinari ſapientis eſſet. [3] Ille, credo, nihil opinaturum; quoniam eſſet quod percipi poſſet. Quid ergo eſſet id? [4] Viſum, credo. Quale igitur *viſum*? Tum illum ita definiviſſe, *ex eo, quod eſſet, ſicut eſſet, impreſſum & [5] ſignatum & effictum.* Poſt requiſitum, etiamne, [6] ſi ejuſmodi eſſet viſum verum, [7] quale vel falſum. Hic Zenonem vidiſſe acute, nullum eſſe viſum, quod percipi poſſet, ſi id tale eſſet ab eo, quod eſt, ut ejuſmodi ab eo, quod non eſt, poſſet eſſe. [8] Recte conſenſit Arceſilas: ad definitionem additum: neque enim falſum percipi poſſe, neque verum, [9] ſi eſſet tale verum, quale vel falſum. Incubuit autem in eas diſputationes, ut doceret, nullum tale eſſe viſum à vero, ut non ejuſdem modi etiam à falſo poſſit eſſe. [10] Haec eſt

5 *Signatum &* effictum] Repoſui *effictum*, ut perſtet in Metaphora, & cum duobus verbis *imprimere* & *ſignare* conſentiat: quo modo item locutus eſt ſupra. *Viſum*, inquit, *impreſſum* effictumque *ex eo unde eſſet.* P. Manucius.

6 *Si* ejuſmodi *eſſet viſum verum*] Lego *ſi* ejuſdem modi *eſſet viſum verum.* Et paullo poſt, *ut ejuſdem modi*, non *ejuſmodi, ab eo quod non eſt, poſſet eſſe.* Nam ſtatim ait, *ut non* ejuſdem modi *etiam à falſo poſſit eſſe.* Vide & ſupra cap. 13. ac infra cap. 26. *Davies.*

7 *Quale* vel *falſum*] Vulgo *quale falſum.* Sed cum eo quo edidimus modo paſſim ſupra locutus ſit *Tullius*, & ſtatim ſit locuturus; voculam, quam ſuppeditarunt Pariſ. 2. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. non putavi negligendam. *Idem.*

8 *Recte conſenſit Arceſilas: ad definitionem additum*] Si diſtinguatur ut antea, quis intelligit? Erat enim hoc modo: *Recte conſenſit Arceſilas ad definitionem additum.* Hujus generis multa ſunt à nobis emendata; quæ non commemoro, ſatis ipſa te contentus. *P. Manucius.*

9 *Si eſſet tale* verum, *quale vel falſum*] Vulgo, *ſi eſſet tale, quale vel falſum.* Sed cum vocem non incommodam præberent Pariſ. 1. 2. 4. *Bal. Reg. Cantab.* & *Aſcenſ.* 1521. eam recipiendam cenſui. Sic etiam *Ven.* 1471. niſi quod editio illa, voce tranſpoſita, repræſentet *ſi eſſet tale, quale* verum *vel falſum.* Davies.

10 *Hac eſt una contentio*] Vulgo *hac* autem *eſt* &c. Sed voculam *ſecundam* delevi, quod eam neſciant *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Reg. & Cantab.* Idem.

Digitized by Google

eſt una contentio, quae adhuc permanſerit. Nam illud, nulli rei adſenſurum eſſe ſapientem, nihil ad hanc controverſiam pertinebat: [1] licebat enim nihil percipere, [2] & tamen opinari; quod à Carneade dicitur probatum. Equidem Clitomacho plus, quam Philoni aut Metrodoro, credens, hoc magis ab eo diſputatum quam probatum puto. Sed id omittamus.
25 [3] Illud certe, opinatione & perceptione ſublata, ſequitur omnium adſenſionum retentio: ut, ſi oſtendero nihil poſſe percipi, [4] tu concedas numquam adſenſurum eſſe. Quid ergo eſt, quod

1 *Licebat enim nihil percipere*] Nempe ſi nullum viſum verum eſſet. *Lambin.*

2 *Et tamen opinari*] Id eſt, aſſentiri incognito & falſo. *Idem.*

3 *Illud* certe, *opinatione* &c.] Forſan, *illud* CERNE: *opinatione & perceptione* &c. *Davies.*

4 Tu *concedas numquam aſſenſurum eſſe*] Lego, *te concedas numquam aſſenſurum eſſe:* nam *ſapientem* longius præceſſiſſe crediderim, quam ut ἀπὸ κοινοῦ poſſit repeti. *Idem.*

5 *Quod ne id facere poſſes*] Malim *quod ne facere poſſes.* P. Manucius.

Ibid. *Quod ne* id *facere poſſes*] *Manucius* delet *id.* *Lambinus* autem legit, *quod ne* TU *facere poſſes.* *Petr. Faber* ſtatuit, *id* ornatus cauſa hic adjici. Revera *quod,* ut ſolet, παρέλκει. Vide *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* XXVII, 7. *Davies.*

6 Infracto *remo*] Supra: *Neque vero hoc loco exſpectandum eſt, dum de remo* INFLEXO----*reſpondeam.* Unde vir amiciſſimus hic etiam legi voluit *inflexo remo.* Nihil neceſſe eſt; cum, *remum fractum* καὶ πάντη κεκλασμένην in hac re dicant alii ſcriptores. Vide quæ notavimus ad hujuſce libri cap. VII. *Davies.*

7 *Lacerat iſta cauſſa*] Hoc totum ſuſpicor ita legendum, *Maneant illa omnia, jaceant iſta: cauſſa veraces ſuos ſenſus eſſe dicit.* Vel *latrat iſta cauſſa:* cum & *Lucretius* lib. II. dixerit

--------*Nonne videtis*
Nil aliud ſibi naturam latrare &c.

P. Manucius.

Ibid. *Maneant illa omnia. Lacerat iſte cauſam* &c.] Sic olim edidi: ſic & nunc, quia nihil reperi melius. *Iſte* autem, id eſt Epicurus per contemtum. Nam veteres Codices non multum me adjuverunt: qui ſic habent, *Maneant illa omnia. Lacerat iſta tam veracis vos eſſe ſenſus dicit.* Qua ſcriptura quid corruptius? Vulgata lectio porro conjecturam, & manum emendatoris non nimis ſagacis olet. Sed quid ſi ex antiqua ſcriptura depravata hanc faciamus? *Lacerat Themiſta cauſſam. Veraces ſuos eſſe ſenſus dicit:* ut per Themiſtam, mulierem

Epi-

quod percipi poſſit, ſi ne ſenſus quidem vera nuntiant? quos tu, Luculle, communi loco defendis. [5] Quod ne id facere poſſes, idcirco heri non neceſſario loco contra ſenſus tam multa dixeram. Tu autem te negas [6] infracto remo neque columbae collo conmoveri. Primum cur? nam & in remo ſentio non eſſe id, quod videatur; & in columba plures videri colores, nec eſſe plus uno. Deinde nihilne praeterea diximus? [7] Maneant illa omnia: lacerat iſta cauſa; veracis ſuos eſſe ſenſus dicit. Igitur ſemper [8] auctorem habes, & eum, qui magno

Epicuream & philoſophiæ Epicureæ peritiſſimam, Epicurus ſignificetur. Themiſtam autem commemorat *M. Tullius* in Orat. in Piſonem & lib. II. de Finibus: ubi tamen vulgo legitur *de Themiſtocle loqui?* pro *de Themiſta loqui?* Lambinus.

Ibid. *Maneant illa omnia* &c.] An ſic: *Mane. Tua illa omnia lacerat iſta cauſa: veraces ſuos eſſe ſenſus dicit.* Hæc ſunt Luculli Ciceroni reſpondentis. Tò *cauſa* hic notat *le party*. Lucanus:

Victrix cauſa *Deis placuit, ſed victa Catoni.* Guietus.

Ibid. Maneant *illa omnia:* lacerat iſta cauſa; *veraces ſuos eſſe ſenſus dicit*] Aliorum conjecturas refellere non aggrediar: varias tantum memorabo Codicum lectiones. Igitur Pariſienſes à recepta lectione non abeunt; niſi quod 1. 4. dent *vera vos;* 5. *veracis nos eſſe ſenſus dicit. Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu dant, *maneant illa omnia:* jaceat *iſta cauſa; veraces* nos (*Reg.* vos) *eſſe ſenſus dicit. Aſcenſius* exhibet, *maneant illa omnia:* latrat *iſta cauſa* &c. *Ven.* 1471. *Maneant illa omnia lacerat iſta* tam *veracis* nos *eſſe ſenſus dicit:* quomodo fere *Lambiniani* quoque MSSti. *Pal.* denique ſecundus, *lacerat* iſte *cauſa* veraci *&c.* Legerim, *Manent illa omnia.* BLATERAT iſte tamen, & *veraces ſuos eſſe ſenſus dicit. Cauſa,* cum per compendium *ca* ſcribatur, facile poſſit *ũ ta* vel *tn* ſedem capere. Sic ſupra cap. 21. vere legas *tam præcipitem in locum:* at liber S. Victoris, Pariſ. 4. *Lambinique* Codices, *cauſa præcipitem locum:* vulgo, *tamen in præcipitem locum. Iſte* pro *iſta* datur ex *Pal.* ſecundo: *blaterat* autem & *lacerat* nullo negotio queunt inter ſe permutari. Poſſis etiam, *Blatero iſte tamen veraces ſuos eſſe ſenſus dicit.* Habes noſtram de vexatiſſimo hoc loco ſententiam, quæ mihi quidem veri ſimilior videtur, quam aliorum hariolationes. Sed nos omnes noſtra plerumque nimis amamus; ideoque num benignius, quam par eſt, judicem, Lectoris ſit arbitrium. *Davies.*

8 *Auctorem habes, & eum*] Lege auctorem

magno ſuo periculo cauſam agat: eo enim rem demittit Epicurus, Si unus ſenſus ſemel in vita mentitus ſit, nulli umquam eſſe credendum. Hoc eſt verum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & inportune inſiſtere. Itaque Timagoras Epicureus negat ſibi umquam, [1] cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas: [2] opinionis enim eſſe mendacium, non oculorum. Quaſi quaeratur, quid ſit, non quid videatur! Sed hic quidem majorum ſimilis. Tu vero, qui viſa ſenſibus alia vera dicas eſſe, alia falſa; quî ea diſtinguis? [3] Deſine, quæſo, communibus locis: domi nobis iſta naſcuntur. [4] Si, inquis, deus

auctorem habes eum. Nam conjunctionem neſciunt *Reg. Cantab. Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Davies.*

1 *Cum oculum torſiſſet*] *Noſter* de Divin. II, 58. *Quodam obtutu oculorum duo pro uno lucernæ lumina.* *Ariſtoteles* Eudem. lib. VII. cap. 13. Οἷον ἢ ὀφθαλμὸς ἰδεῖν (forſan οἷον ἢ ὀφθαλμῷ, vel ὀφθαλμοῖς, ἰδεῖν) ἢ ἄλλως παριδεῖν ΔΙΑΣΤΡΕΨΑΝΤΑ, ὥστε δύο τὸ ἓν φαίνεσθαι. Hunc locum laudavit etiam *Petr. Victorius* Var. Lect. XIX, 5. *Idem.*

2 *Opinionis enim eſſe mendacium, non oculorum*] Ita dicere ſolebant Epicurei. *Lucretius* IV, 464.

Cetera de genere hoc mirando multa videmus,
Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt.
Nequicquam: quoniam pars horum maxima fallit
Propter OPINATUS ANIMI, *quos addimus ipſi,*
Pro viſis ut ſint, quæ non ſunt ſenſibus viſa.

Vide, ne plures memorem, *Sextum Empiricum* advſ. Mathem. lib. VII. §. 203. ſeqq. & lib. VIII. §. 9. *Idem.*

3 *Deſine*, quæſo, *communibus locis: domi nobis iſta naſcuntur*] Hæc, omiſſa tantum ſecunda voce, laudat *Hieronymus* in Pelag. lib. I. pag. 559. ed. Victor. *Idem.*

4 *Si*, inquis, *Deus*] Vulgo *ſi* quis *deus*. Pariſ. 2. *ſi* inquit *Deus*. At lectionem quam damus exhibent *Pall. Pariſ.* 5. *Reg.* & *Cantab.* & ſic edidit *Victorius.* Idem.

5 *Audiat quam nobiſcum male agatur: ut enim vera videamus, quam longe videbimus? Ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno*] Hujus loci ſcriptura, multo, ut mihi videtur, emendatior reperitur in libro, qui eſt collatus à viro doctiſſimo cum MSStis, quam quæ in vulgatis circumfertur: *Audiet quam nobiſcum male egerit: ut enim vera videamus, quam longe videmus? Ego Catuli Cumanum*

Digitized by Google

deus te interroget, ſanis modo & integris ſenſibus num amplius quid deſideras; quid reſpondeas? Utinam quidem roget! [5] audias, quam nobiſcum male egerint. Ut enim vera videamus, [6] quam longe videbimus? [7] Ego Catuli Cumanum ex hoc loco video, Pompeianum non cerno: neque quicquam interjectum eſt, quod obſtet; ſed intendi longius acies non poteſt. O praeclarum proſpectum! Puteolos videmus: at familiarem noſtrum Avianum, fortaſſe in porticu Neptuni ambulantem, non videmus. At ille neſcio qui, qui in ſcholis nominari ſolet, [8] mille & octoginta ſtadia quod

manum ex hoc loco video, Pompeianum non cerno. Urſinus.

Ibid. *Audias quam nobiſcum male egerint*] Pariſ. 4. 5. Pal. ſec. liber S. Victoris & *Reg.* à prima manu *audies*; Pal. primus *egerit.* Pariſ. 2. 4. 5. Elienſ. Reg. & Cantab. *agerent.* Forſan legendum, *audiret quam nobiſcum male ageretur.* Hæc vero Gloſſema putat eſſe *Gruterus*, cui *Guietus* temere adſtipulatur. *Dav.*

6 *Quam longe* videbimus?] Lego *quam longe viderimus?* in ſignificatu potentiali. *Idem.*

7 *Ego Catuli* Cumanum *ex hoc loco, video, Pompeianum non cerno*] Sic recte liber *Urſini.* Vulgo, *Ego Catuli* Cumanam *ex hoc loco* regionem *video, Pompeianum non cerno*:. unde *Lipſius* Epiſt. Quæſt. V, 17. emendabat, *Ego Catuli* Cumanum *ex hoc loco* è regione *video*: quod hæc diſputatio Baulis fuit habita, & è regione oppoſitum erat *Catuli* Cumanum. Nec mala quidem eſt ea conjectura; ſed præponderat antiquiſſimi Codicis fides. Pariſ. 1, 2. *Ego Catule cum in aliquo annum ex hoc loco regionem video.* At 4. *Ego Catulle cum animi ex hoc loco terno regionem video.* Quin & 5. *Ego Catule cum in alio anum annum ex hoc loco cerno regionem video.* Corruptiſſime. *Bal. Reg.* & *Cantab.* exhibent, *Ego Catule* Cumanum *ex hoc loco* cerno, regionem *video, Pompeianum non cerno.* Sed ut ii eam firmant rationem, qua *Cumanum*, non *Cumanam*, legimus; ſic duobus vocabulis ſupervacaneis ſunt onuſti. Ex hiſce tamen Codicibus omnino videtur reponendum, *Ego*, Luculle, *Cumanum ex hoc loco video.* Nam *Cumanum*, Ciceronis erat villa; quod patet ex lib. I. de Fin. cap. 5. Eaſdem voces à Librariis confuſas vidimus ad hujuſce libri cap. IV. *Dav.*

8 *Mille & octoginta ſtadia quod abeſſet videbat*] Hunc hominem, Argum fuiſſe cenſet *Aldus* nepos; *Gruterus* autem & *Guietus* Lynceum. Omnes falſi; quod mox patebit. Vulgo *mille & octinginta ſtadia.* At cum *Plinius* lib. VII. cap. 21.

iis

quod abeſſet, [1] videbat: quaedam volucres longius. Reſponderem igitur audacter iſti veſtro deo, me plane his oculis non eſſe contentum. [2] Dicet me acrius videre, quam ullos piſces fortaſſe: qui neque videntur à nobis, & nunc quidem ſub oculis ſunt; neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt. Ergo ut illis aqua, ſic nobis aer craſſus offunditur. At amplius non deſideramus. [3] Quid? talpam non deſiderare lumen putas? [4] neque tam quereretur cum deo, quod parum longe, quam quod falſum videret. Videſne navem illam? Stare nobis videtur: at iis, qui in navi ſunt, moveri haec villa. Quaere

re

ita dicat: *Tradidit Cicero fuiſſe qui pervideret* CXXXV. *M. paſſuum. Huic & nomen M. Varro reddidit*, STRABONEM *vocatum:* merito cenſuit *Joan. Harduinus* ex *Plinio Ciceronem* emendandum; ſcribendumque *mille &* octoginta *ſtadia*, queis efficiuntur CXXXV. M. paſſuum. Ac ita diſerte Pariſ. 5. Quin & *Ven.* 1471. repræſentat *octuaginta*, quod eodem redit. *Plinio* ſuccenturietur *Solinus* cap. I. pag. 9. ed. *Salmaſ. Viſu*, inquit, *plurimum potuit* STRABO *nomine, quem perſpexiſſe per centum* XXXV. *millia paſſuum Varro ſignificat* &c. quibus ſimilia tradunt auctores alii, licet viri nomen haud indicent. Vide ſis Interpretes ad *Æliani* V. H. lib. XI. cap. 13. *Davies.*

1 *Videbat: quadam volucres longius*] Pariſ. 1. 2. 4. *videbant videbat quaſdam volucres.* Pariſ. 5. & Baliol. *videbat: videbat quaſdam volucres.* Lege *videbat: vident quadam volucres longius.* Idem.

2 *Dicit me acrius videre* &c.] Legendum fortaſſe eſt, *dicet me* &c. Præterea docti quidam legi volunt *acutius videre*, quod magis placet. *Lambin.*

Ibid. Dicet *me*] Sic recte *Victorius* edidit. Sic & *Gruterus* ex *Pal.* primo. *Davies.*

3 *Quid? talpam* non *deſiderare lumen putas?*] Vulgo *quid talpam? num deſiderare lumen putas?* Nos vero tam interpunctionem quam lectionem MSti *Cantabrigienſis* exhibuimus; id quod loci mens omnino poſtulat. *Davies.*

4 *Neque tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falſum videret*] Niſi me fallit conjectura, reſcribendum, *neque* TAMEN *tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falſum videret.* Porro noſter, qui viſum talpis hebetiorem dedit, meliorem ſe phyſicum præſtitit, quam ii, qui nullum. Notum illud *Virgilii* Georg. I, 183.

Aut oculis capti *fodere cubilia talpæ.*

Sic

Digitized by Google

te rationem, cur ita videatur: quam ut maxume inveneris, ([5] quod haud ſcio, an non poſſis) [6] non tu verum teſtem habere, ſed eum non ſine cauſa falſum teſtimonium dicere oſtenderis. Quid ego de navi? vidi enim à te 26
remum contemni. Majora fortaſſe quaeris. Quid poteſt eſſe ſole majus? quem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe quam terram. Quantulus nobis videtur? mihi quidem quaſi pedalis. Epicurus autem poſſe putat etiam [7] minorem eſſe eum quam videatur, ſed non multo: ne majorem quidem multo putat eſſe; vel tantum eſſe, quantus

Sic poſt *Ariſtotelem Plinius* H. N. XI, 52. *Quadrupedum talpis viſus non eſt.* *Heſychius*: Ἀσπάλαξ ζῶον ἐστερημένον ὄψεως. Idem in τυφλότερος ἀσπάλακος: Τοῦτο τὸ ζῶον, inquit, οὐκ ἔχει ὀφθαλμούς. Paria dabit *Suidas* in ἀσπάλακος τυφλότερος & in τυφλότερος ἀσπάλακος. Hoc enim proverbii loco fertur: & ita τῶν σπαλάκων τυφλότερος dicitur à *Cleomede* Κυκλ. Θεωρ. lib. II. p. 240. Sed ibi legendum σπαλάκων· nam *talpa* Græcis ἀσπάλαξ & σπάλαξ dicitur. *Idem.*

5 *Quod haud ſcio an* non *poſſis*] Legerim *an poſſis.* Clericus.

Ibid. *An non*] Γρ. *anne.* Τὸ *anne* pro *an* ſimplici. Idem: *Anne vobis trahere ſpolia de fœderatis licebit? de hoſtibus non licebit?* Orat. pro Corn. Balbo. *Guietus.*

6 *Non tu verum teſtem habere ---- oſtenderis*] *Lambinus* & *Brutus* ediderunt *non* TE *verum teſtem habere ---- oſtenderis.* Nec aliter legendum cenſet Cl. *Clericus.* Ipſe malim, *non tu verum* TE *teſtem habere ---- oſtenderis.* Vel ex Pandectis Florentinis conſtat, quam crebro ſyllabarum duplicatarum prætermittatur una. *Davies.*

7 *Minorem -- vel tantum eſſe quantus videatur*] Noſter de Fin. lib. I. cap. 6. *Sol Democrito magnus videtur ---- huic* (Epicuro) *bipedalis fortaſſe: tantum enim eſſe cenſet, quantus videtur, vel paulo aut majorem aut minorem.* *Laertius* X, 91. Τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου ---- κατὰ μέντοι πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν, ἡλίκον ποτὲ φαίνεται ---- κατὰ δὲ τὸ καθ' αὑτὸ, ἤτοι μεῖζον τοῦ ὁρωμένου ἢ ἔλαττον μικρῷ ἢ τηλικοῦτον αἰεὶ χ' ὁρᾶται. Vide & *Plutarchum* Plac. Philoſ. II, 21. ac ex eo *Euſebium* P. E. XV, 24. & *Lucretium* lib. V, 565. *Cleomedes* Κυκλ. Θεωρ. lib. II. pag. 190. Ἐπίκουρος καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τηλικοῦτον εἶναι τὸν ἥλιον ἀπεφήναντο ἡλίκος φαίνεται. Ad hos reſpicit *Seneca* Nat. Quæſt. lib. I. cap. 3. *Solem acies noſtra ſic contraxit, ut ſapientes viri* PEDALEM *eſſe contenderint.*

Digitized by Google

quantus videatur: [1] ut oculi aut non multum aut nihil mentiantur. [2] Ubi igitur illud eſt SEMEL? Sed ab hoc credulo, qui numquam ſenſus mentiri putat, diſcedamus: [3] qui ne nunc quidem, cum ille ſol, qui tanta incitatione fertur ut celeritas ejus quanta ſit ne cogitari quidem poſſit, tamen nobis ſtare videatur. Sed ut minuam controverſiam; videte, quaeſo, [4] quam in parvolis ſitis. Quattuor ſunt capita, [5] quae concludant nihil eſſe quod [6] nôſci, percipi, conprehendi poſſit; de quo haec tota quaeſtio eſt. E quibus primum eſt, eſſe aliquod viſum falſum: ſecundum, non poſſe id percipi: tertium, inter quae

ĥis & *Achillem Tatium* Iſag. in *Arati* Phænom. cap. XX. Hæc fuit etiam Heracliti ſententia. *Davies.*

1 *Ut oculi aut non multum aut nihil mentiantur*] Vulgo *ut oculi aut nihil* mentiantur, *aut non multum mentiantur.* Et ſic olim edidere *Victorius* & *Manucius.* At lectionem, quam recepimus, quæque multo concinnior eſt, tuentur *Baliol. Reg. Cantab.* & *Aſcenſ.* Sic etiam Pariſ. 1. 4. 5. & *Ven.* 1471. niſi quod Librarii nonnihil aberrarint. *Idem.*

2 *Ubi igitur illud eſt* SEMEL?] Pertinet hic locus ad illum capitis 25. *Eo enim rem dimittit Epicurus, ſi unus ſenſus ſemel in vita mentitus eſt* &c. *Lambin.*

Ibid. *Ubi igitur illud eſt* SEMEL?] Deeſt aliquid hic. *Aldus* reticentiam eſſe putat, quod non placet. GUIETUS. *Ibid.* Fruſtra prorſus eſt *Guietus*: & hunc locum recte *Lambinus* intellexit. Vide lib. I. de Fin. cap. 7. Simili prorſus modo dixit *Fortaſſe id optimum; ſed ubi illud,* Plus ſemper voluptatis. Lib. II. de Fin. cap. 29. *Davies.*

3 *Qui ne nunc quidem*] Vel repetendum *ἀπὸ κοινȣ̃ putat*, vel adſcribendum. Doctus quidam neutrum probat, ſed vult deleri relativum *qui.* Ego nihil muto, *Lambin.*

Ibid. *Qui ne nunc quidem*] Et hic locus non eſt integer. *Guietus.*

Ibid. *Qui ne nunc quidem* &c.] *Aſcenſius* & *Victorius* exhibent, *qui ne nunc quidem putat:* ſed ultimam vocem non agnoſcunt Codices. *Gulielmius* diſtinguit, *qui? ne nunc quidem?* quo quid velit, vix adſecutum ſe teſtatur *Gruterus.* Ego vero adſequor; ſi modo ſcribatur, *quid? ne nunc quidem?* nempe, ſenſus mentiri putat. Eaque vera eſt ratio. *Seneca* Nat. Quæſt. lib. I. cap. 3. Solem *velociſſimum omnium eſſe ſcimus, nemo noſtrum videt moveri;*

Digitized by Google

quae viſa nihil interſit, fieri non poſſe, ut eorum alia percipi poſſint, alia non poſſint: quartum, nullum eſſe viſum verum à ſenſu profectum, [7] cui non adpoſitum ſit viſum aliud, quod ab eo nihil interſit, quodque percipi non poſſit. Horum quattuor capitum ſecundum & tertium omnes concedunt: primum Epicurus non dat: vos, quibuſcum res eſt, id quoque conceditis: omnis pugna de quarto eſt. Qui igitur P. Servilium Geminum videbat, ſi Quintum ſe videre putabat, incidebat in ejuſmodi viſum, quod percipi non poſſet: quia nulla nota verum diſtinguebatur à falſo. Qua diſtinctione ſublata, [8] quam haberet

veri: nec ire crederemus, niſi appareret iſſe. Lucretius IV, 396.

Solque pari ratione manere, & Luna videtur
In ſtatione, ea qua ferri res indicat ipſa.

Sed, uti quidem volunt Epicurei,

Hoc animi vitium ratio diſcernere debet:
Nec poſſunt oculi naturam noſcere rerum.
Proinde animi vitium hoc oculis adfingere noli.

Vide vſ. 385. *Davies.*

4 *Quam in parvolis ſitis*] Non adjuvant noſtri Codices; ſanam tamen hanc eſſe lectionem mihi non perſuadeo. *Lambinus* ex conjectura dedit *quam in parvulis ſita ſit.* Forte *quam parum diſſentiatis*; vel *quam parvola ſit.* Idem.

5 *Qua* concludant] Vulgo *concludunt.* Sed nos cum *Reg. Cantab.* Pariſ. 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. facimus. Et merito quidem. *Idem.*

6 *Noſci*] Forte *cognoſci.* Lambin.

7 *Cui non appoſitum ſit viſum aliud*] *Lambinus* edidit *viſum aliud falſum.* Sed fruſtra: nam viſum illud *falſum* eſſe ſatis intelligitur ex eo quod *percipi non poſſit.* Vide modo cap. XXI. *Davies.*

8 *Quam haberet M. Cotta*] Opinor ſcribendum ut eſt in MSto, *quam haberet in C. Cotta.* Fuit enim C. Aurelius Cotta bis conſul cum P. Servilio Gemino anno poſt urbem conditam DI. & DV. *Urſinus.*

Ibid. C. *Cotta qui bis cum* P. *Gemino conſul fuit*] Vulgo *M. Cotta, qui bis cum Gemino conſul fuit.* At ex faſtis conſularibus patet, *Caium*, non *Marcum*, Aurelium Cottam cum P. Servilio Gemino conſulem fuiſſe annis DI. & DV. U. C. Et ſane *C. Cotta* diſerte legitur in *Elienſ.* Suum vero prænomen Gemino dedimus fide MSStorum *Reg.* & *Cantab.* Davies.

ret C. Cotta, qui bis cum P. Gemino conſul fuit, [1] agnoſcendo ejuſmodi notam, [2] quae falſa eſſe non poſſet? Negas tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe. Pugnas omnino, ſed cum adverſario facili. Ne ſit ſane: videri certe poteſt. Fallet igitur ſenſum: & ſi una fefellerit ſimilitudo, dubia omnia reddiderit. Sublato enim judicio illo, quo oportet agnoſci; etiam ſi ipſe erit, quem videris, [3] qui tibi videtur, tamen non ea nota judicabis, [4] qua dicis oportere, ut non poſſit eſſe ejuſdemmodi falſa. Quando igitur poteſt tibi P. Geminus, Quintus videri; quid habes explorati, cur non poſſit tibi Cotta videri, qui non ſit? quoniam aliquid videtur eſſe, quod non eſt. Omnia dicis ſui generis eſſe; nihil eſſe idem, quod ſit aliud. [5] Stoicum id eſt quidem, nec admodum credibile, nullum eſſe pilum omnibus rebus talem qualis ſit pilus alius, nullum granum. Haec refelli poſſunt:

1 *Agnoſcendo ejuſmodi notam*] Pariſ. 5. & *Ven.* 1471. *agnoſcendum ejuſmodi notam.* *Lambinus* edidit *ad noſcendum*; uti præ ſe ferunt *Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu. Ipſe legerim *ad noſcendum eum ejuſmodi notam*; vel potius, *agnoſcendo ei ejuſmodi notam.* Davies.

2 *Qua falſa eſſe non* poſſet] Vulgo *poſſit.* Sed *Cantab.* noſtram lectionem dat, quam ſatis firmat temporum ratio. *Idem.*

3 *Qui tibi* videtur] Vulgo *videbitur*; quod haud ita bene ſe habet ac illa lectio, quam nos auctoribus *Baliol.* Pariſ. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. exhibemus. *Idem.*

4 *Quam dicis eſſe oportere, ut non poſſit* &c.] Sic legendum eſt; non, ut eſt in libris vulgatis, *qua dicis oportere.* LAMBIN. *Ibid.* Sana eſt recepta rectio. *Qua dicis oportere,* ſcilicet *judicare.* Davies.

5 *Stoicum* id *eſt quidem*] Vulgo ſecundam voculam prætermittunt. Sed cum Pariſ. 5. *Reg.* à prima manu & *Ven.* 1471. dent, *Stoicum ſed eſt quidem*; ducunt ad eam, quam repræſentavi, lectionem. Quin & ita fere *Lambinus* edidit. *Idem.*

Digitized by Google

poſſunt: ſed pugnare nolo: ad id enim, quod
agitur, nihil intereſt, omnibuſne partibus viſa
res nihil differat, an internoſci non poſſit, e-
tiamſi differat. Sed ſi hominum ſimilitudo
tanta eſſe non poteſt, ne ſignorum quidem?
Dic mihi, Lyſippus eodem aere, eadem tempe-
ratione, [6] eodem caelo, aqua, ceteris omnibus,
[7] centum Alexandros ejuſdemmodi facere non
poſſet? [8] Qua igitur notione diſcerneres? Quid
ſi [9] in ejuſdemmodi cera centum ſigilla hoc an-
nulo inpreſſero? ecquae poterit in agnoſcendo
eſſe diſtinctio? An tibi erit quaerendus annula-
rius aliqui, quoniam gallinarium inveniſti De-
liacum illum, [10] qui ova cognoſceret? Sed ad- 27
hibes artem advocatam etiam ſenſibus. Pictor
videt, quae nos non videmus: &, ſimul infla-
vit tibicen, à perito carmen cognoſcitur. Quid?
hoc nonne videtur contra te valere, ſi ſine ma-
gnis artificiis, ad quae pauci accedunt noſtri qui-
dem

6 *Eodem calo,* aqua, *ceteris &c.*] Quid hic valeat *aqua* nomen, quæſo. LAMBIN. Vide *Petr. Fabrum.*

Ibid. *Calo, aqua*] Aqua forte æs temperabatur apud Vett. ut ferrum. *Gnietus.*

7 *Centum Alexandros ejuſdemmodi facere non poſſit?*] Melius, ut eſt in MSto, *facere* num *poſſit?* URSINUS. *Ibid.* Commodior eſt vulgata lectio, quam ſervant omnes noſtri. *Dav.*

Ibid. *Centum Alexandros ejuſdemmodi facere non* poſſet?] Vulgo *poſſit.* Male: non enim tum vivebat Lyſippus. Nos igitur *Pariſ.* 5. *Reg.* & *Cantab.* expreſſimus. Sed & *Victorius* ita dederat. *Idem.*

8 *Qua igitur* notione *diſcerneres*] Ita *Reg. Cantab.* aliique Codices multi. At Baliol. *ratione.* Satis quidem commode. Nihil tamen mutandum cenſeo. *Idem.*

9 *In* ejuſdemmodi *cera*] Vulgo *ejuſmodi*, nec aliter noſtri Codices. Alteram vero lectionem, quam in ſuis editionibus repræſentarunt *Lambinus* & *Brutus*, auctoris mens efflagitat. *Idem.*

10 *Qui ova* cognoſceret] *Pal.* ſec. & *Pariſ.* 5. *agnoſceret.* Forte *dignoſceret.* Idem.

dem generis admodum, nec videre, nec [1] audire poſſumus? [2] Jam illa praeclara, quanto artificio eſſet ſenſus noſtros, mentemque, & totam conſtructionem hominis fabricata natura, cur non extimeſcam opinandi temeritatem. Etiamne hoc adfirmare potes, Luculle, eſſe aliquam vim, cum prudentia & conſilio ſcilicet, quae finxerit, vel, ut tuo verbo utar, quae fabricata ſit hominem? Qualis iſta fabrica eſt? ubi adhibita? quando? cur? quo modo? Tractantur iſta ingenioſe: diſputantur etiam eleganter: [3] denique videantur ſane, ne adfirmentur modo. Sed de phyſicis mox, & quidem ob eam cauſam, ne tu, qui idem me facturum paullo ante dixeris, videare [4] mentitus. Sed ut ad ea, quae clariora ſunt, veniam; [5] res jam univerſas profundam, de quibus volumina impleta ſunt non à noſtris ſolum, ſed etiam à Chryſippo: de quo queri ſolent Stoici, dum ſtudioſe omnia conquiſierit contra ſenſus & perſpi-

1 *Audire* poſſumus?] *Pariſ.* 4. 5. & *Reg.* noſter *peſſimus?* Davies.

2 *Jam illa praclara, quanto artificio eſſet ſenſus noſtros ---- fabricata natura, cur non extimeſcam opinandi temeritatem.*] Vulgo, *Jam illa praclara, quanto artificio eſſet ſenſus noſtros ---- fabricata natura. Cur non extimeſcam opinandi temeritatem?* Quæ quidem interpunctio ſenſum nullum facit. Ita tamen etiam *Lambinus*, *Brutus* & *Aldus* nepos. Nos igitur diſtinctionem damus eam, quam præſtat *Ven.* 1471. quamque *Aſcenſius* & *Victorius* ſunt ſecuti. *Idem.*

3 *Denique* videantur *ſane*] Lego, *denique* probentur *ſane*; quod, niſi fallor, poſtulat ſententia. *Idem.*

4 *Mentitus.* Sed *ut ad ea*] Repono, *mentitus* eſſe. *Ut ad ea* &c. *Idem.*

5 *Res jam univerſas profundam*] Credo reſcribendum, *res jam univerſas* non *profundam*; addita particula negante. *Idem.*

6 *Inferiorem fuiſſe*] *Lambinus* edidit, *ſeipſo inferiorem fuiſſe:* ſine cauſa quidem ſontica; quod *Petr.* etiam *Faber* animadvertit. De re ipſa vide ſis hujuſce libri cap. XXIV. *Idem.*

7 *Non* diceret *ſe vidiſſe Homerum*] Malim, *non* dixerit *ſe vidiſſe Homerum*, ut diſerte *Cantab.* Supra cap. XVI.

Digitized by Google

perſpicuitatem, contraque omnem conſuetudinem, contraque rationem, ipſum ſibi reſpondentem, [6] inferiorem fuiſſe: itaque ab eo armatum eſſe Carneadem. Ea ſunt ejuſmodi, quae à te diligentiſſime tractata ſunt. Dormientium, & vinolentorum, & furioſorum viſa inbecilliora eſſe dicebas, quam vigilantium, ſiccorum, ſanorum. Quo modo? Quia cum experrectus eſſet Ennius, [7] non diceret ſe vidiſſe Homerum, ſed viſum eſſe: Alcmaeo autem,

Sed mihi neutiquam cor conſentit——

Similia de vinolentis. [8] Quaſi quiſquam neget, & qui experrectus ſit, [9] eum ſomnia; &, cujus furor conſederit, putare non fuiſſe ea vera, quae eſſent ſibi viſa in furore. Sed non id agitur: [10] tum cum videantur, quo modo videntur, id quaeritur. Niſi vero Ennium non putamus ita totum illud audiviſſe,

O pietas animi,

ſi modo id ſomniavit, ut [ſi] vigilans audiret.

Exper-

XVI. *At cum ſomniavit,* (Ennius) *ita narravit,*

---Viſus Homerus adeſſe Poeta.

Idem.

8 *Quaſi quiſquam neget & qui experrectus ſit, eum ſomniare*] Plane ſomniat, qui ſincerum illud putat *eum ſomniare.* Mihi non modo placet, verum etiam neceſſarium videtur addi *non*; ut ſit *eum non ſomniare.* Probat antiquus liber. *P. Manucius.*

9 *Eum ſomnia*] Sic liber S. Victoris, Pariſ. 4. 5. *Reg.* & *Cantab.* Sic etiam *Ven.* 1471. niſi quod illa *cum ſomnia.* Et hanc lectionem tuetur *Petr. Faber.* Ea tamen mihi videtur perquam dura, nec lenitati *Ciceronianae* congrua. *Pall. Bal.* aliique Codices dant *eum ſomniare.* *Lambinus* edidit *eum ſomniaſſe.* *Manucius* autem è vetere libro reſcripſit, *eum* non *ſomniare.* Parum recte: id enim non agitur. Legerim, *quaſi quiſquam neget, eum qui experrectus ſit & cujus furor conſederit, putare non fuiſſe ea vera, quae eſſent ſibi viſa* in ſomnis & *in furore.* Hæc certe mens eſt Ciceronis, ſed an ipſiſſima ejus verba ſim adſecutus neſcio. *Davies.*

10 *Tum cum videantur, quo modo videntur, id quaeritur*] *Lambinus* exhibuit,

Experrectus enim potuit [1] illa viſa putare, ut erant, & ſomnia: [2] dormienti vero aeque ac vigilanti probabantur. Quid? Iliona ſomno illo,

[3] *Mater te appello* ——

[4] nonne illa credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? unde enim illa?

Age adſta, mane, audi, iteradum eademmet
iſta mihi.

Num videtur minorem habere viſis, quam vigi-
28 lantes, fidem? Quid loquar de inſanis? Qualis tandem fuit adfinis tuus, Catule, Tuditanus? Quiſquam ſaniſſimus tam certa putat quae videt, quam is putabat quae videbantur? Quid? ille qui,

Video,

hibuit, *tum cum* videntur, *quomodo* videantur, *id quaritur*. Quod quidem Latinius eſt; ita tamen nulli repræſentant Codices. *Elienſ. Cantab.* Pariſ. 4. 5. & *Ven.* 1471. *tum cum videantur*, *quomodo* viderentur, *id quaritur*. Omnino lege, *tum cum* videbantur, *quomodo* viderentur, *id quaritur*. Paulo poſt ſcribe *ut vigilans audiret*. Davies.

1 *Illa* viſa *putare*, *ut erant*, *& ſomnia*] Siquidem viſa ſunt vel vera vel falſa; fuit cum legendum cenſerem, *illa viſa* falſa *putare*, *ut erant*, *& ſomnia*. Jam vero mihi venit in mentem conjectura, quæ longe videtur præferenda. Ea ſic ſe habet: *experrectus enim potuit illa viſa putare*, *ut erant*, ESSE *ſomnia*. Idem.

2 *Dormienti vero aque ac vigilanti* probantur] *Probabantur* eſt in veteribus libris, & ita hujus loci ſententia requirit ut legatur. URSIN.

Ibid. Præiverat *Lambinus*, quem ſecutus eſt *Gruterus*. Et ſane *probabantur* eſt in *Pariſ.* 4. *Pal.* ſec. libro S. Victoris, *Baliol.* *Reg.* & *Cantab.* Davies.

Ibid. *Dormienti vero aque ac vigilanti probabantur*] Si non plus probarentur illa viſa dormienti quam vigilanti, etiam dormiens ea ſomnia fuiſſe cenſeret. Itaque reſcribendum, *dormienti vero aque ac* VIGILANTIS *probabantur*. Subintellige *viſa*. Idem.

3 *Mater te appello*] Ilionam ſic alloqui fingitur umbra Polydori. Sed & hic & illa, liberi fuere Hecubes & Priami. Quî fit igitur, ut Polydorus Ilionam *matrem* dixerit? *Lambinus* ad *Horatii* lib. II. Sat. III. 60. hoc ideo putat eveniſſe, quod Hecuba, Iliona quoque fuit nominata. At id commentum nullis veterum teſtimoniis fulcitur. Verius igitur eſt, Ilionam à Polydoro *matrem* vocatam; quia Priamus & Hecuba *Iliona filia ſua dederunt eum educandum*, *qua Polymneſtori regi Thracum erat nupta*, *quem illa pro* FILIO *ſuo educavit*. Verba ſunt *Hygini* Fab. 109. Eadem eſt *Hieronymi*

Video, video te vivum, Ulyſſes, dum licet:
nonne etiam bis exclamavit ſe videre, cum omnino non videret? Quid? [5] Apud Euripidem Hercules, cum, ut Euryſthei filios, ita ſuos configebat ſagittis: [6] cum uxorem interimebat: cum conabatur etiam patrem: non perinde movebatur falſis, ut veris moveretur? Quid? Ipſe Alcmaeo tuus, qui negat *cor ſibi cum oculis conſentire*, [7] nonne ibidem incitato furore;

Unde haec flamma oritur?——

& illa deinceps,

[8] *Incede, incede: adſunt, adſunt: me, me expetunt.*

Quid,

nymi Columna ſententia ad *Ennii* Frag. pag. 291. Fabulam ſat notam fecit *Euripides* in Hecuba vſ. 3, ſeqq. Vide & *Virgilium* Æn. III, 49. Ab iis tamen diverſus abit is, quem modo dixi, Mythologus. *Idem.*

4 *Nonne illa credit*] Forſan, *nonne* ITA *credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet?* Idem.

5 *Apud Euripidem Hercules*] Herc. Furent. vſ. 969, ſeqq. *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 405. Ὁ γοῦν Ἡρακλῆς μανεὶς, καὶ λαβὼν φαντασίαν ἀπὸ τῶν ἰδίων παίδων, ὡς Εὐρυσθέως, τὴν ἀκόλουθον πρᾶξιν ταύτῃ τῇ φαντασίᾳ συνῆψεν· ἀκόλουθον δ' ἦν τὸ τοὺς τοῦ ἐχθροῦ παῖδας ἀνελεῖν, ὅπερ καὶ ἐποίησεν. Et lib. VIII. §. 67. Ὁποία (φαντασία) ἦν ἡ κατὰ μανίαν τῷ Ἡρακλεῖ ἀπὸ τῶν ἰδίων παίδων Εὐρυσθέως ὑποπεσόντων. Lege ὡς Εὐρυσθέως, ut in loco prius laudato ſcriptor eſt locutus. *Idem.*

6 *Cum uxorem interimebat: cum conabatur etiam patrem*] Vide Euripidis Herc. Fur. vſ. 1000, ſeqq. *Idem.*

7 *Nonne ibidem incitato furore*] Omnino legerim, *nonne ibidem incitatus furore*, ſcilicet *dicit*; quam vocem facile ſubintelligendam dant *Cantab.* & *Reg.* à ſecunda manu. *Cicero* de Legg. lib. II. cap. 22. *C. Marii ſitas reliquias apud Anienem diſſipari juſſit Sulla victor, acerbiore odio* INCITATUS. Et Offic. lib. I. cap. 7. *Qui injuſte impetum in quempiam facit, aut* IRA *aut aliqua* PERTURBATIONE INCITATUS. *Plancus* ad Ciceronem Fam. lib. X. Epiſt. 23. *Veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati.* Licet autem hæc conjectura veri perquam ſimilis videatur; eam tamen, cum auctoritate Codicum non ſit nixa, recipere noluimus. *Idem.*

8 *Incede, incede*] Sic recte *Gruterus* ex editione *Victoriana* ſuiſque *Pall.* Sic etiam prior dederat *Aſcenſius*, noſtrique *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg.* & *Cantab.* At *Manutius*, *Lambinus*, *Brutus* & *Aldus* nepos perperam repræſentant, *incede, incede.* Idem.

I Ap-

Digitized by Google

Quid? cum virginis fidem inplorat,

Fer mi auxilium: peſtem abige à me,
Flammiferam hanc vim, quae me excruciat:
Caeruleae incinctae igni incedunt,
Circumſtant cum ardentibus taedis:

num dubitas, quin ſibi haec videre videatur? Itemque cetera,

Intendit crinitus Apollo
[1] *Arcum auratum luna innixus:*
Diana facem jacit à laeva.

Quî magis haec crederet, ſi eſſent, quam credebat, quia videbantur? Adparet enim jam *cor cum oculis conſentire*. Omnia autem haec proferuntur, ut illud efficiatur, quo certius nihil poteſt eſſe, inter viſa vera & falſa ad animi adſenſum nihil intereſſe. Vos autem nihil agitis, cum illa falſa vel furioſorum vel ſomniantium, recordatione ipſorum refellitis. Non enim id quaeritur, qualis recordatio fieri ſoleat eorum, [2] qui experrecti ſunt; aut eorum, qui furere deſtiterunt: ſed qualis viſio fuerit aut furentium aut ſomniantium tum cum conmovebantur. Sed abeo à ſenſibus. Quid eſt, quod ratione percipi poſſit? Dialecticam inventam eſſe

1 *Arcum auratum Luna innixus*] Sic conſtanter omnes Codices, & quid *Lambinum* impulerit, ut *genu innixus* ederet, neſcio. Scio tamen iſtam correctionem metro non convenire. Non felicior eſt *Petr. Faber*, qui ſcriptorem *Lunam* pro arcu ipſo Lunato dixiſſe contendit. Nihil aliud latet quam quod huic inſano videbatur Apollo *arcum Luna innixus intendere*. Nec eſt quod miremur; cum portentoſa eſſe ſoleant inſanorum viſa. *Davies*.

2 *Qui experrecti ſunt, aut eorum qui*

eſſe dicitis, veri & falſi quaſi diſceptatricem & judicem. Cujus veri & falſi? & in qua re? In Geometriane, quid ſit verum vel falſum, Dialecticus judicabit, an in literis, [3] an in muſicis? At ea non novit. In philoſophia igitur? Sol quantus ſit, quid ad illum? quod ſit ſummum bonum, quid habet ut queat judicare? Quid igitur judicabit? Quae conjunctio, quae disjunctio vera ſit, quid ambigue dictum ſit, quid ſequatur quamque rem, quid repugnet? Si haec & horum ſimilia judicat, de ſe ipſa judicat; plus autem pollicebatur: nam haec quidem judicare, ad ceteras res, quae ſunt in philoſophia multae atque magnae, non eſt ſatis. Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte, ne contra vos tota nata ſit: quae primo progreſſu [4] feſtive tradit elementa loquendi, & ambiguorum intellegentiam, concludendique rationem: tum, paucis additis, venit ad ſoritas, lubricum ſane & periculoſum locum: quod tu modo dicebas eſſe vitioſum interrogandi genus. Quid ergo? iſtius vitii num no- 29
ſtra culpa eſt? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re ſtatuere poſſimus, [5] quatenus: nec hoc in acervo tritici

ſolum,

qui furere deſtiterunt] Optimi Codices, ut & *Ven.* 1471. *Aſcenſ.* ac *Victor.* habent *deſtiterint.* Lege igitur, *qui experrecti* ſint, *aut eorum qui furere* deſtiterint. *Idem.*

3 An *in Muſicis*] Sic recte *Cantab.* ac ita dederunt *Aſcenſius* & *Victorius.* Vulgo *aut in Muſicis.* Idem.

4 Feſtive *tradit*] Pariſ. 1. 2. *feſtine.* Idem.

5 *Quatenus ne hoc in acervo tritici ſummum*] Veneti, *quatenus nec hoc in acervo tritici ſolum, unde nomen*

Digitized by Google

ſolum, unde nomen eſt, [1] ſed ulla omnino in re minutatim interrogati, dives, pauper: clarus, obſcurus ſit: multa, pauca: magna, parva: longa, brevia: lata, anguſta: quanto aut addito, aut dempto, certum quod reſpondeamus non habemus. At vitioſi ſunt ſoritae. [2] Frangite igitur eos, ſi poteſtis, ne moleſti ſint: erunt enim, niſi cavetis. Cautum eſt, inquit: placet enim Chryſippo, cum gradatim interrogetur, verbi cauſa, tria pauca ſint anne multa; aliquanto prius, quam ad multa perveniat, quieſcere. [3] Id eſt, quod ab iis dicitur, ἡσυχάζειν. Per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modo

men eſt. Ac eſſe quidem Soritis nomen factum ab acervo, qui σωρὸς eſt, ſatis conſtat. Cujuſmodi etiam hoc ſit captionum & fallaciarum magis quam argumentationum genus, vel hoc loco à *Cicerone* planum fit. Quid autem & utrum *ſummum* an *ſolum* eſſe dicam, non etiam habeo conſtituere. Quamvis quidem *ſolum* magis arridet, ita ut ſcriptura diſtinguatur: *ut nulla in re ſtatuere poſſimus, quatenus. Nec hoc in acervo tritici ſolum* (*unde nomen eſt*) *ſed nulla omnino in re* &c. Atque propemodum ita non male ſe habere lectio hujus loci videtur. Ut Cicero dicat, non ſolum de tritici acervo, à qua re iſti captioni nomen redditum fuerit; ſed ne ulla quidem alia de re minutatim interroganti reſponderi poſſe certum. *Camerarius*.

1 *Sed* ulla *omnino in re minutatim* interrogati ----- *certum* quod *reſpondeamus non habemus*] Vulgo *ſed* nulla *omnino in re minutatim* interroganti ----- *certum reſpondeamus non habemus*. Quo modo plane laborat ſententia. *Ulla* igitur pro *nulla* ſuppeditarunt editiones nonnullæ veteres. *Interrogati* non *interroganti* dant *Elienſ. Bal. Reg.* & *Cantab.* Duoque codices ultimi *quod* ſupplevere. De re ipſa vide ſis *Euſtratium* in *Ariſtotelis* Nicom. lib. II. fol. 38. *Davies*.

2 Frangite *igitur eos*] An *fugite*. Quidem libri *agite*, item & *angite*. apud *Gruterum*. Guietus.

3 *Id eſt, quod ab iis dicitur* ἡσυχάζειν] In eadem re non modo ἡσυχάζειν, ſed etiam ἵστασθαι ac ἐπέχειν, dicebant. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. lib. II. cap. XXII. §. 253. Οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον δογματικοὶ ἐν τῇ συνερωτήσει τοῦ Σωρείτου, προϊόντος τοῦ λόγου, φασὶ δεῖν ἽΣΤΑΣΘΑΙ καὶ ἘΠΕΧΕΙΝ, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς ἀτοπίαν. Idem lib. VII. adverſ. Mathem. §. 416. Ἐπὶ γὰρ τοῦ Σωρείτου τῆς ἐσχάτης καταληπτικῆς φαντασίας τῇ πρώτῃ ἀκαταλήπτῳ παρακειμένης, καὶ δυσδιορίστου σχεδὸν ὑπαρχούσης, φασὶν οἱ περὶ

modo quieſcas. [4] Sed quid proficit? ſequitur enim qui te ex ſomno excitet, & eodem modo interroget, [5] Quo in numero conticuiſti, ſi ad eum numerum unum addidero, multane erunt? Progrediere rurſus, quoad videbitur. Quid plura? [6] Hoc enim fateris, neque ultimum te paucorum, neque primum multorum reſpondere poſſe. Cujus generis error ita manat, ut non videam, quo non poſſit accedere. Nihil me laedit, inquit: [7] ego enim, [8] ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo: eoque magis, ſi locus is, [9] quo ferrentur equi, praeceps erit: ſic me, inquit, [10] ante ſuſti-

περὶ τὸ Χρύσιππον, ὅτι ἐφ' ὧν μὲν παρ-αλλαγῶν ὀλίγη τις οὕτως ἐςὶ διαφορὰ, ΣΤΗΣΕΤΑΙ *ὁ σοφὸς καὶ* ἩΣΥΧΑΣΕΙ. Huc reſpicit *Perſius* Satir. VI, 79. *Davies.*

4 *Sed quid* proficit?] Hoc in loco pervicax eſt *Petr. Faber*; eum tamen multis non confutabo: nam clare patet ſecundam requiri perſonam, ſi modo *Tullius* imperſonale verbum non poſuerit. Legas igitur, *ſed quid proficis?* Nihilominus cum terminationem alteram retineant omnes libri; à *Ciceronis* manu fuiſſe crediderim, *ſed quid* PROSIT? *Idem.*

5 Quod *in numero conticuiſti*] Rectiùs *quo in numero:* nec ab hac ſententia diſcrepat vetus liber. *P. Manucius.*

Ibid. Quo *in numero conticuiſti*] Ita recte legit *Manucius* ex vetere libro; nec aliter edidit *Lambinus.* Hanc etiam correctionem firmant *Reg.* & *Cantab.* niſi quod hic perperam, *quo in numero* conſtituiſti. Vulgo *quod in numero conticuiſti.* Senſu, qui quidem ad rem faciat, nullo. *Davies.*

6 *Hoc enim* fateris] Forte *fateberis.* Lambin.

7 *Ego enim* ---*ſuſtinebo*] Locus hic mihi parum ſanus videtur; nec tamen quicquam juvant Codices. Forſan reponendum; *Ego enim, ut agitator callidus, priuſquam ad finem veniat, equos* ſuſtinebit, ----*ſic me* &c. *Davies.*

8 *Ut agitator callidus, priuſquam* &c.] Sic liber XIII. ad Atticum: *Nec eſt melius quidquam quam, ut Lucilius,*

Suſtineat currum, ut bonu' ſæpe
agitator, equoſque. *Lambin.*

9 *Quo* ferrentur *equi*] Hæc eſt *Elienſis* MSti lectio, quam recepi. Vulgo *ferentur.* Davies.

10 *Ante* ſuſtinebo, *nec diutius captioſe interroganti* reſpondebo] Sic edidere *Lambinus* & alii, ac ſic habet *Elienſ.* At *Baliol.* & *Cantab.* repræſentant *ſuſtineo* ---- *reſpondeo.* Et *ſuſtineo*

Digitized by Google

ſuſtinebo, nec diutius captioſe interroganti reſpondebo. [1] Si habes quod liqueat, neque reſpondes; ſuperbis: ſi non habes, [2] ne tu quidem percipis. Si, quia obſcura; concedo: ſed negas te uſque ad obſcura progredi: inluſtribus igitur rebus inſiſtis. Si id tantummodo, ut taceas; nihil adſequeris: quid enim ad illum, qui te captare vult, utrum tacentem inretiat te, an loquentem? Sin autem uſque ad novem, verbi gratia, ſine dubitatione reſpondes pauca eſſe, in decimo inſiſtis; etiam à certis & inluſtrioribus cohibes adſenſum. Hoc idem me in obſcuris facere non ſinis? Nihil igitur te contra ſoritas ars iſta adjuvat: [3] quae nec augenti nec minuenti quid aut primum ſit aut poſtremum docet. Quid, quod eadem illa ars, [4] quaſi Penelope telam retexens, tollit ad extremum ſuperiora. Utrum ea veſtra, an noſtra culpa eſt?

Nempe

ſtineo quidem legitur in Pariſ. 1. 2. 4. *Reſpondeo* autem in *Pall.* libro S. Victoris, & *Pariſ.* 5. Sed quod recepi, melius eſt. Vulgo, *ante* ſuſtinebo, *nec diutius captioſe interroganti* reſpondeo; quod quidem ferri non poteſt. Ita tamen *Reg. Ven.* 1471. aliique Codices. *Davies.*

1 *Si habes quod liqueat neque reſpondes;* ſuperbis] In veteribus libris eſt *ſuperbus.* URSIN. *Ibid.* Recte *Gruterus* exhibuit *ſuperbis* ex *Pal.* ſec. & editione *Victoriana.* Ac ita dat *Elienſ.* Davies.

2 *Ne tu quidem* percipis] Vulgo *perſpicis.* At cum *Baliol.* & *Reg.* haberent *perſipis*; ſtatim legendum vidi *percipis*, quemadmodum repræſentat *Cantab.* Hoc enim verbum per totam hanc diſputationem *Tullius* adhibet. Quin & ita *Victorius*, ſed ſolus, edidit. Etiam Pariſ. 5. *percipi.* Idem.

3 *Qua nec* augenti *nec* minuenti, *quid* &c.] Sic neceſſario legendum libris omnibus reclamantibus. Sententia autem hæc eſt: quæ ars, inquit, quid primum aut poſtremum ſit aut ei qui auget, aut ei qui minuit, non docet. *Lambin.*

Ibid. *Qua nec* augenti *nec* minuenti] Vulgo *nec augendi nec minuendi:* & ita Codices etiam noſtri. Lambinianam tamen emendationem non negligendam putavi; quod ſenſus

Nempe fundamentum dialecticae eſt, quicquid enuntietur (id autem [5] appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe, aut falſum. Quid igitur? haec vera, an falſa ſunt? [6] Si te mentiri dicis, idque verum dicis; mentiri, verum dicis. Haec ſcilicet [7] inexplicabilia eſſe dicitis: quod eſt odioſius, quam illa, [8] quae nos inconprehenſa & non percepta dicimus. Sed haec omitto: illud quaero; ſi iſta explicari non poſſunt, nec eorum ullum judicium invenitur, ut reſpondere poſſitis, verane an falſa ſint; ubi eſt illa definitio, [9] effatum eſſe id, quod aut verum, aut falſum ſit? Rebus ſumptis, adjungam, ex his ſequendas eſſe alias, alias inprobandas, quae ſint in genere contrario. Quo modo igitur hoc concluſum eſſe judicas? [10] Si dicis nunc lucere, & verum dicis; lucet igitur. Probatis certe genus, & rectiſſime

ſus eam poſtulare videretur, & crebra ſit in MSStis iſtarum literarum permutatio. *J. M. Brutus* reponendum conjecit *nec augendo nec minuendo:* ſed infauſtis, ut opinor, avibus. *Davies.*

4 *Quaſi* Penelope *telam retexens*] Vulgo *Penelopa*; quod ex editione *Lambini* videtur in *Gruterianam* tranſiiſſe: nam vetuſtiores impreſſi veram lectionem repræſentant. *Idem.*

5 *Appellatur* ἀξίωμα] *Appellant* Pariſ. 4. 5. *Baliol.* & *Reg.* Idem.

6 *Si te mentiri dicis, idque verum dicis*] Ludus Sophiſticus, cujus etiam meminit *Agellius* N. A. XVIII, 2. *Id.*

7 *Inexplicabilia*] Ἄπορα. Vide *Diogenem* Laertium VII, 82. & *Agellium* V, 10. IX, 15. XIV, 2. XX, 1. *Idem.*

8 *Quae nos* incomprehenſa] Ita quidem *Elienſ.* & *Pariſ.* 1. 3. Sed 2. 4. 5. *Baliol.* *Reg.* *Cantab.* *Ven.* 1471. aliique plures typis editi dant *non comprehenſa.* Idem.

9 *Effatum* eſſe *id*] Vulgo *effatum* eſt *id.* Sed nos *Reg.* *Pariſ.* 5. & *Elienſ.* ſequimur. Nec aliter *Victorius* olim dedit. *Idem.*

10 *Si dicis nunc lucere, & verum dicis; lucet igitur*] *Paullus Manucius, D. Lambinus, J. M. Brutus,* & *Aldus* nepos ediderunt, *ſi dicis nunc lucere & verum dicis,* lucet: dicis autem lucere, (melius dediſſent, *dicis autem* nunc *lucere*) & verum dicis;

 lucet

me concluſum dicitis: itaque in docendo eum primum concludendi modum traditis. Aut quicquid igitur eodem modo concluditur probabitis, aut ars iſta nulla eſt. Vide ergo, hanc concluſionem probàturuſne ſis, Si dicis te mentiri verumque dicis, mentiris: dicis autem te mentiri verumque dicis: mentiris igitur. Quî potes hanc non probare, cum probaveris ejuſdem generis ſuperiorem? Haec Chryſippea ſunt, ne ab ipſo quidem diſſoluta. Quid enim faceret huic concluſioni? Si lucet, lucet: lucet autem: lucet igitur. Cederet ſcilicet: ipſa enim ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit inferius concedere. [1] Quid ergo haec ab illa concluſione differt? Si mentiris, mentiris: mentiris autem: mentiris igitur. Hoc negas te poſſe

lucet igitur. Licet autem vocibus iſtis careant *Victoriani*, *Gruteriani*, noſtrique MSSti; Syllogiſmus tamen eas flagitat, & è multis Codicibus videntur excidiſſe, quod eadem verba repeterentur. *Davies.*

1 Quid *ergo hac ab illa*] Mallem *quî*. Idem.

2 *Tribunum aliquem cenſeo* adeant] Vulgo *videant*; quam lectionem repræſentant *Pal.* ſec. & *Baliol.* eamque, *Victorio* præeunte, *Jac. Gronovius* invexit. Vult autem *videant* idem valere, quod parent, provideant: cujus notionis exempla dabit ipſe *Victorius* in lib. XIV. ad Attic. Epiſt. 21. Addi poſſit & noſter Tuſc. lib. III. cap. 19. *Adire* tamen *Tribunum* Latiniſſime dicitur; de alterius vero φοιτᾶς uſu non conſtat: quapropter nos *Elienſ. Pariſ.* 5. *Reg. Cantab. Ven.* 1471. alioſque libros multos, tam manu quam typis deſcriptos, ſequimur; & merito quidem. *Idem.*

3 *Totam dialecticam & contemnit & irridet*] Hoc Epicuro ſæpe vitio vertit *Tullius*. Vide modo lib. I. Fin. cap. 7. & lib. II. cap. 6. *Diogenes Laertius* lib. x. §. 31. Τὴν δὲ Διαλεκτικὴν ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζουσιν Epicurei. *Hieronymus* in Rufin. lib. I. pag. 500. F. *Quoniam Stoici Logicam ſibi vindicant, & tu hujus ſcientiæ deliramenta contemnis; in hac parte Epicureus es.* Fuiſſe porro nonnullos qui dixerint Epicurum τὴν λογικὴν θεωρίαν ἐκβάλλειν· alios vero ὅτι φασὶ μὴ κοινῶς αὐτὸν τὴν λογικὴν παρῃτῆσθαι, μόνην δὲ τὴν τῶν Στωϊκῶν, teſtatur *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 14. *Idem.*

4 *Ut verum eſſe concedat quod ita effabimur*, aut vivet etas Hermachus aut

poſſe nec adprobare, nec inprobare. Quî igitur magis illud? Si ars, ſi ratio, ſi via, ſi vis denique concluſionis valet; eadem eſt in utroque. Sed hoc extremum eorum eſt: poſtulant, ut excipiantur haec inexplicabilia. [2] Tribunum aliquem cenſeo adeant: à me iſtam exceptionem numquam inpetrabunt. Etenim cum ab Epicuro, qui [3] totam dialecticam & contemnit & inridet, non inpetrent, [4] ut verum eſſe concedat quod ita effabimur, *Aut vivet cras Hermachus, aut non vivet:* (cum dialectici ſic ſtatuant, omne, quod ita disjunctum ſit, quaſi *aut etiam, aut non*, non modo verum eſſe, ſed etiam neceſſarium) [5] vide, quam ſit catus is, quem iſti tardum putant. [6] Si enim, inquit, alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe;

aut non vivet] *Cicero* Nat. Deor. lib. I. cap. 25. *A dialecticis cum traditum ſit, in omnibus disjunctionibus, in quibus* aut etiam aut non *poneretur, alterutrum verum eſſe; pertimuit* (Epicurus) *ne, ſi conceſſum eſſet hujuſmodi aliquid* aut vivet cras aut non vivet Epicurus, *alterutrum fieret neceſſarium:* ideoque *totum hoc* aut etiam aut non *negavit eſſe neceſſarium.* Fatum ſcilicet haud poſuit Epicurus: id autem ſequi cenſuit, ſi hujuſmodi enuntiationes veras eſſe concederet. Vide ſis noſtrum de Fato capp. 9, 10. *Idem.*

5 *Vide quam ſit* cautus *is, qui* &c.] Sic omnes quidem habent libri & MSSti & typis impreſſi. Sed iis invitis legendum arbitror, *vide, quam ſit* catus *is* &c. *Cauto* enim non opponitur *tardus*, ſed improvidus potius, aut inconſultus, aut inconſideratus. Itaque cum ſequantur hæc verba, *quem iſti tardum putant*; cumque M. Tullius perſpicue *tardum* voluerit opponi nomini ſuperiori, ſive *cauto* ſive *cato*: ſi *tardus* & *cautus* non opponuntur inter ſe, ſed *catus* & *tardus* potius; (*catus* enim eſt acutus;) dico hic legendum *catus*, non *cautus*: nulla enim vox eſt affinior voci *cautus*, quam *catus*. Lambin.

Ibid. *Quam ſit* catus *is*] Vulgo *cautus*. Sed nos *Lambini* correctionem ſequimur, quam firmis rationibus munivit vir ille doctiſſimus; fruſttaque *Petr. Faber*, ut ſolet, obſtrepit. Nam certe *catus* tardo melius opponitur quam *cautus*; & cum conſectaria videt, *ſe catum* præſtat. *Davies.*

6 *Si enim alterutrum conceſſero neceſſarium eſſe; neceſſe erit cras Hermachum*

eſſe; neceſſe erit, cras Hermachum aut vivere, aut non vivere: nulla autem eſt in natura rerum talis neceſſitas. Cum hoc igitur dialectici pugnent, [1] id eſt, Antiochus & Stoici: totam enim evertit dialecticam. Nam ſi è contrariis disjunctio, (contraria autem ea dico, cum alterum ait, alterum negat) ſi talis disjunctio falſa poteſt eſſe, nulla vera eſt. Mecum vero quid habent litium, qui ipſorum diſciplinam ſequor? Cum aliquid hujuſmodi inciderat, ſic ludere Carneades ſolebat: [2] Si recte concluſi, teneo: ſin vitioſe, minam Diogenes reddet. Ab eo enim Stoico dialecticam didicerat: haec autem merces erat dialecticorum. Sequor igitur eas vias, quas didici ab Antiocho: nec reperio, [3] quomodo judicem, *Si lucet, lucet*, verum eſſe, ob eam cauſam, quod ita didici, omne, quod ipſum ex ſe connexum ſit, verum eſſe: non judicem, *Si mentiris, mentiris*, eodem modo eſſe connexum. Aut igitur hoc, & illud:
31 aut niſi hoc, ne illud quidem judicabo. Sed, ut

machum &c.] Sic diſtinguimus, praeeuntibus *Victorio* & *Aldo* nepote: nam *Lambinus* & *Gruterus* peſſime dederunt, *ſi, inquit, alterutrum conceſſero: neceſſarium eſſe neceſſe erit, cras Hermachum* &c. *Davies.*

1 *Id eſt, Antiochus & Stoici*] Hæc verba Gloſſematis haud recte damnat vir doctus ad lib. I. Nat. Deor. cap. 30. Jungit autem cum Stoicis Antiochum, quod is, licet Academicum ſe diceret, cum iis fere faciebat. Stoici vero κατ' ἐξοχὴν *Dialectici* ſunt vocati. Vide *Menagium* ad *Laertii* II, 108. *Idem.*

2 *Si recte* concluſi, *teneo*] Sic edidit *Lambinus*. Vulgo *concluſit*, quod male ſe habet: licet fortean reſcribendum ſit, *ſi recte concluſi*, te *teneo*, ut adverſarium, quocum diſputabat, adloquatur Carneades. *Idem.*

3 *Quomodo judicem* &c.] Lege, *quomodo*; cum *judicem---verum eſſe, non judicem* &c. *Idem.*

4 *Et totum tortuoſum genus*] Forte *&* hoc *totum*. Lambin.

5 Antiochia *iſta*] Vulgo *Antiochi*, Pariſ. 4. *Antiochi*. Sed nos MS-

cum

Digitized by Google

ut omnes iſtos aculeos [4] & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus, oſtendamuſque qui ſimus; jam, explicata tota Carneadis ſententia, [5] Antiochia iſta conruent univerſa. Nec vero quicquam ita dicam, ut quiſquam id fingi ſuſpicetur: à Clitomacho ſumam, qui uſque ad ſenectutem cum Carneade fuit, homo & acutus, ut Poenus, & valde ſtudioſus ac [6] diligens. Et quattuor ejus libri ſunt de ſuſtinendis adſenſionibus: haec autem, quae jam dicam, ſunt ſumpta de primo. Duo placet eſſe Carneadi genera viſorum: in uno hanc diviſionem alia viſa eſſe, quae percipi poſſint, [7] alia quae percipi non poſſint: in altero autem, alia viſa eſſe probabilia, alia non probabilia: itaque, quae contra ſenſus contraque perſpicuitatem dicantur, ea pertinere ad ſuperiorem diviſionem: contra poſteriorem nihil dici oportere: quare ita placere, tale viſum nullum eſſe, ut perceptio conſequeretur; ut autem probatio, multa: [8] etenim contra naturam eſſet, ſi probabile

tum *Cantab.* ſequimur; cum quo facit etiam *Reg.* niſi quod ille repræſentet *Antiochea:* quod eodem redit. Infra cap. 36. *Qui iſta* Antiochea *contemnit.* Ubi nonnulli Codices *Antiochia* repræſentant. *Dav.*

6 *Diligens.* Et *quattuor*] Lege *diligens* etiam. *Quattuor* &c. *Idem.*

7 *Alia qua* percipi *non poſſint*] Vulgo *alia qua non poſſint:* ac ita *Reg. Cantab. Ven.* 1471. editique reliqui præter *Victorianum*: is enim lectionem noſtram dat; ut etiam MS. *Baliol.* Vide *Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. XXXIII. §. 227, ſeqq. *Idem.*

8 *Etenim contra naturam* eſſet, *ſi probabile nihil* eſſet, & *ſequitur omnis vita* ea——everſio] Liber S. Victoris & Pariſ. 4. dant *everſionem.* Lege *etenim contra naturam* eſſe *ſi probabile nihil* eſſet, & ſequi *omnis vita* eam, *quam tu, Lucullo, commemorabas*, everſionem. *Sextus Empiricus* adverſ. Mathem. lib. VII. §. 30. Κατὰ ἀνάγκην γὰρ ἔδει τὸν ἀπορητικῶς φιλοσοφοῦντα, μὴ εἰς τὸ παντελὲς ἀνενέργητον ὄντα, ϗ ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσιν ἄπρακτον, ἔχ-

bile nihil eſſet, & [1] ſequitur omnis vitae ea, quam tu, Luculle, conmemorabas, everſio. Itaque & ſenſibus probanda multa ſunt: teneatur modo illud, non ineſſe in his quicquam tale, quale non etiam falſum, nihil ab eo differens, eſſe poſſit. Sic, quicquid acciderit ſpecie probabile, ſi nihil ſe offeret quod ſit probabilitati illi contrarium, utetur eo ſapiens: ac ſic omnis ratio vitae gubernabitur. [2] Etenim is quoque, qui à vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non conprehenſa, neque percepta, neque adſenſa, ſed ſimilia veri: quae niſi probet, omnis vita tollatur. Quid enim? Conſcendens navem ſapiens num conprehenſum animo habet atque perceptum, ſe ex ſententia navigaturum? Quî poteſt?

εἶν τι κριτήριον αἱρέσεως ἅμα καὶ φυγῆς, τουτέστι, τὸ φαινόμενον. Vide & §. 158, 166, ſeqq. quæque nos diximus ad lib. I. N. D. cap. 5. *Davies.*

1 *Sequitur omnis vita*] Forte *ſequeretur enim omnis vita* &c. *Lambin.*

2 *Etenim is quoque qui à* vobis *ſapiens inducitur*] *A nobis* habet liber MStus; quod magis placet. *Vrſinus.*

Ibid. *Etenim is quoque qui à* vobis *ſapiens inducitur*] *Vrſino* placet *nobis*, quod in ejus MSto fuit, eandemque lectionem dant Pariſ. 5. & *Ven.* 1471. Eam quoque rationem probat *Petr. Faber*, quia Stoicorum ſapiens non opinatur. Fruſtra quidem: quamvis enim pro Stoicorum mente ſapiens non opinetur, hoc eſt, id verum certumque non cenſeat quod haud ita ſe habet; in vita tamen agenda neceſſe eſt, ut is, ſimul ac reliqui mortales, probabilitatem ſequatur: niſi prorſus ἄπρακτος manſerit. Vide ſis infra cap. XXXIV. Hinc καθῆκον, vel, ut *Sextus* lib. VII. §. 158. ipſum κατόρθωμα, definierunt ὃ πραχθὲν, ΕΥΛΟΓΟΝ ἀπολογίαν ἴσχει. Adi *Stobaeum* Eclog. Ethic. lib. II. pag. 174. ut & *Laertium* VII, 107. quem deſcripſit *Suidas* in καθῆκον. Itaque non deſerenda eſt lectio recepta. *Davies.*

3 *Unde illa* congregata *eſſet*] Veram lectionem eſſe prorſus credo *congelata eſſet*. Et mox *aut ebore dolatus*, Nonius legit *è robore dolatus*. Camerarius.

Ibid. *Unde illa* concreta *eſſet*] In Gruterianis noſtriſque MStis, ut & in veteribus editis, eſt *congregata*, quod in *congelata* mutandum cenſuit *Joach. Camerarius.* Mihi placet ratio vulgata;

poteſt? Sed ſi jam ex hoc loco proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta, probo navigio, bono gubernatore, hac tranquillitate; probabile videatur, ſe illuc venturum eſſe ſalvum. Hujuſmodi igitur viſis conſilia capiet & agendi & non agendi: faciliorque erit, ut albam eſſe nivem probet, quam erat Anaxagoras: qui id non modo ita eſſe negabat, ſed ſibi, quia ſciret aquam nigram eſſe [3] unde illa concreta eſſet, albam ipſam eſſe ne videri quidem. Et quaecumque res eum ſic adtinget, ut ſit viſum illud probabile neque ulla re inpeditum, movebitur. [4] Non enim eſt è ſaxo ſculptus, aut e robore dolatus: habet corpus; habet animum; movetur mente; movetur ſenſibus; [5] ut ei multa

gata; ſive nata ſit è Codicibus, ſive ſoli conjecturæ debuerit ortum. De re ipſa vide nos ad hujuſce libri cap. XXIII. *Davies.*

4 *Non enim eſt è ſaxo ſculptus aut* è robore *dolatus*] *Aut* ebore *dolatus* eſt in MSto; ſed non placet: diſſentit enim à Græco verſu, unde hæc Latina tranſlata ſunt, *ἐκ ἀπὸ δρυὸς ἐδ' ἀπὸ πέτρης.* Urſin.

Ibid. *Non enim eſt è ſaxo ſculptus aut* è robore *dolatus*] *Elienſ. Reg. Bal. Pariſ.* 2. 4. 5. *Cantab. Ven.* 1471. *Aſcenſ.* & *Gruteri* Codices habent *aut* ebore *dolatus.* Omnino male: præterquam enim quod receptam lectionem ſervet *Nonius* in *dolitum*; *Cicero* reſpicit ad illud *Homericum,*

Οὐ γὰρ ἀπὸ ΔΡΥΟ'Σ *ἐσσι παλαιφάτυ, ἐδ' ἀπὸ* ΠΕ'ΤΡΗΣ.

Extat Odyſſ. T, 163. Vide & *Themiſtium* Orat. II. pag. 35, XXII. pag. 268. ac *Jac. Duporti* Gnomol. pag. 262. Contra vero Iliad. Π, 33.

—— *Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,*
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Imitatur *Virgilius* IV, 365. prout obſervarunt *Agellius* XII, 1. & *Macrobius* Saturn. lib. V. cap. XI. Etymologus in *παλαιφάτυ* locutionem tradit inde natam, quod *μυθολογεῖται, ὅτι πάλαι ἄνθρωποι ἐκ δρυῶν καὶ λίθων ἐγένοντο.* Davies.

5 *Ut ei multa vera videantur, neque tamen* habere] Vulgo ſic diſtinguunt, *ut ei multa vera videantur. Neque tamen habere:* unde factum ut *Lambinus* ediderit *habet*; quod hæc à ſuperioribus pendere non animadvertit. *Idem.*

 3 Eaque

multa vera videantur, neque tamen habere inſignem illam, & propriam percipiendi notam: [1] eoque ſapientem non adſentiri, quia poſſit ejuſdem modi exſiſtere falſum aliquod, cujuſmodi hoc verum. Neque nos contra ſenſus aliter dicimus, ac Stoici; qui multa falſa eſſe dicunt, longeque aliter ſe habere, ac ſen-
32 ſibus videantur. Hoc autem ſi ita ſit, ut unum modo ſenſibus falſum videatur; praeſto eſt, qui neget, rem ullam percipi poſſe ſenſibus. Ita, nobis tacentibus, ex uno Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & conprehenſio tollitur. Quod eſt caput Epicuri? [2] Si ullum ſenſibus viſum falſum eſt, nihil poteſt percipi. Quod veſtrum? Sunt falſa ſenſus viſa. Quid ſequitur? Ut taceam; concluſio ipſa loquitur nihil poſſe percipi. Non concedo, inquit, Epicuro. Certa igitur cum illo, qui à te totus diverſus eſt: noli mecum, qui hoc quidem certe, falſi eſſe aliquid in ſenſibus, tibi adſentior. Quanquam nihil mihi tam mirum videtur, quam iſta dici

1 *Eoque* ſapientem *non* aſſentiri] Lego *eoque* ſapiens *non* aſſentitur, vel, *eoque* ſapientis eſt *non adſentiri*: aliter enim conſtructio recte procedere non videtur. *Davies.*

2 *Si ullum* ſenſibus *viſum* --- *ſunt falſa* ſenſus *viſa*] *Reg. Cantab. Pariſ.* 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. exhibent *ſi ullum* ſenſus *viſum* --- *ſunt falſa ſenſus viſa.* Poſterior alioqui locus poſſet emendandus videri, ut legeretur *ſunt falſa* ſenſibus *viſa.* Noſter ſupra cap. XXV. *Qui* viſa ſenſibus *alia vera dicat eſſe, alia falſa.* Sic

Pro viſis ut ſint, quæ non ſunt
ſenſibu' viſa

dixit *Lucretius* lib. IV, 468. Mihi ſane præplacet hæc ratio. *Idem.*

3 Ea *quæ paulo ante dixi*] Vulgo prima vox abeſt; quam nos ex *Reg. Cantab. Pariſ.* 5. & *Ven.* 1471. revocavimus. *Idem.*

4 *Non videtur hæc ſatis eſſe vobis. Ne ſit. Illa certe*] Pariſ. 5. *ne ſit*: editio Victorii, *nec ſic.* Lego *nae ſic*, aut, *vel ſic illa certe debemus* &c. *Id.*

5 Eadem *dicantur à Clitomacho*] Vulgo *ea dicantur.* Sed nobiſcum faciunt

Digitized by Google

dici ab Antiocho quidem maxume, cui erant [3] ea, quae paullo ante dixi, notiſſima. Licet enim haec quivis arbitratu ſuo reprehendat, quod negemus rem ullam percipi poſſe; certe levior reprehenſio eſt. Quod tamen dicimus eſſe quaedam probabilia; [4] non videtur hoc ſatis eſſe vobis. Ne ſit. Illa certe debemus effugere, quae à te vel maxume agitata ſunt: *Nihil igitur cernis? nihil audis? nihil tibi eſt perſpicuum?* Explicavi paullo ante, Clitomacho auctore, quo modo iſta Carneades diceret: accipe quemadmodum [5] eadem dicantur à Clitomacho in eo libro, quem ad C. Lucilium ſcripſit poetam; cum ſcripſiſſet iiſdem de rebus ad L. Cenſorinum, eum, [6] qui conſul cum M. Manilio fuit. Scripſit igitur his fere verbis: ſunt enim mihi nota, propterea quod earum ipſarum rerum, de quibus agimus, prima inſtitutio & quaſi diſciplina illo libro continetur. Sed ſcriptum eſt ita: Academicis placere, [7] eſſe rerum ejuſmodi diſſimilitudines, ut aliae probabiles

faciunt Codices, ut & *Ven.* 1471. librique ab *Aſcenſio* & *Victorio* publicati. *Idem.*

6 *Qui Conſul cum M. Manilio fuit*] A. U. C. DCIV. ut eſt in faſtis Conſularibus; licet iis annum DCV. adſignet *Cenſorinus* de die Nat. cap. XVII. Vide *Velleium Paterculum* lib. I. cap. 13. & *Ciceronem* in Bruto cap. XV. *Idem*

7 *Ejuſmodi* ſimilitudines] Veneti *diſſimilitudines:* idque verum videtur. *Camerarius.*

Ibid. *Ejuſmodi diſſimilitudines*] Paſſeratius legendum putat *ejuſmodi ſimilitudines.* LAMBINUS.

Ibid. *Academicis placere eſſe rerum ejuſmodi* diſſimilitudines] Scribe *ſimilitudines*, auctoribus libris veteribus. *Urſinus.*

Ibid. *Eſſe rerum ejuſmodi* diſſimilitudines, *ut alia probabiles videantur, alia contra*] *Paſſeratius* repoſuit *ſimilitudines*, eamque conjecturam veterum librorum auctoritate munivit *Urſinus*; quibus etiam *Petr. Faber* adſenſus eſt. Iis omnibus praeivit

babiles videantur, aliae contra: id autem non eſſe ſatis, cur alia percipi poſſe dicas, alia non poſſe; propterea quod multa falſa probabilia ſint, nihil autem falſi perceptum & cognitum poſſit eſſe. Itaque ait vehementer errare eos, qui dicant ab Academia ſenſus eripi, à quibus numquam dictum ſit, aut colorem, aut ſaporem, aut ſonum nullum eſſe: illud ſit diſputatum, non ineſſe in his propriam, quae nuſquam alibi eſſet, veri & certi notam. Quae cum expoſuiſſet, adjungit dupliciter dici adſenſus ſuſtinere ſapientem: uno modo, cum hoc intelligatur, omnino eum rei nulli adſentiri: altero, cum ſe à reſpondendo [[1] ut aut adprobet quid aut inprobet,] ſuſtineat, ut neque neget aliquid neque aiat. Id cum ita ſit; alterum placere, ut nunquam adſentiatur; alterum tenere, ut ſequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat aut deficiat, *aut etiam aut non* reſpondere

ivit editio *Aſcenſiana* 1521. Sed, ut verum fatear, illa correctio minime placet; nec placeret, licet omnes Codices ei ſuffragarentur. Quod tamen contra fit; nam *Victoriani*, *Lambiniani*, *Gruteriani* noſtrique, *Pariſienſes*, Elienſ. *Baliol.* *Reg.* & *Cantab.* lectionem vulgatam præ ſe ferunt, quæ recte prorſus ſe habet. Nam niſi rerum eſſent *diſſimilitudines*, non erat cur aliæ probabiles viderentur, aliæ contra. Certe *diſſimilitudo*, mater eſt diſcriminis; *ſimilitudo* vero talem pariat ἀπαραλλαξίαν, ut una res ab altera diſtingui non poſſit; adeoque hæc illâ nec probabilior evadat nec improbabilior. *Davies.*

1 Ut aut *approbet quid aut improbet*] Duæ primæ voculæ non ſunt in *Pal.* ſecundo. Quapropter, iis deletis, ut voluit *Gruterus*, legi poſſit, *approbet quid* an *improbet*. Vel ſi retineantur, id quod volunt alii Codices; reponi queat, *num* vel *utrum aut approbet quid aut improbet.* Ne vero quid diſſimulem, cunctas haſce voces Gloſſematis habeo ſuſpectas; idcirco iis uncinulos circumdedi. Hoc certe modo nihil nec ſententiæ deeſt, nec orationis ornatui. Et ſane duæ proſtremæ voces deſunt

ſpondere poſſit: [2] nec ut placeat eum, qui de omnibus rebus contineat ſe ab adſentiendo, moveri tamen & agere aliquid, [3] reliquit ejuſmodi viſa, quibus ad actionem excitemur: item ea, quae interrogati in utramque partem [4] reſpondere poſſimus, ſequentes tantummodo quod ita viſum ſit, dum ſine adſenſu: [5] neque tamen omnia ejuſmodi viſa adprobari, ſed ea quae nulla re inpedirentur. Haec ſi vobis non probamus, ſint falſa ſane: invidioſa certe non ſunt. Non enim lucem eripimus: ſed ea, quae vos percipi conprehendique, eadem nos, ſi modo probabilia ſint, videri dicimus. Sic igitur inducto & conſtituto 33
probabili, & eo quidem expedito, ſoluto, libero, nulla re inplicato, vides profecto, Luculle, jacere jam illud tuum perſpicuitatis patrocinium. Iiſdem enim hic ſapiens, de quo loquor, oculis, quibus iſte veſter, caelum, terram, mare intue-

deſunt in *Pariſ.* 5. tres autem in *Cantab.* Idem.

2 *Hic, ut placeat*] Recte, ut puto, & hic repoſui *hic* pro *nec*: & infra quoque *approbat* pro *approbari.* Sic etiam antiquus liber. *P. Manuc.*

Ibid. Nec ut *placeat*] *Manucio Fabroque* placuit, *hic ut placeat. Lambinus* autem edidit, *nam cum placeat.* Ea ſane mens eſt auctoris; attamen malim, *& cum placeat*; quod Codicum lectioni paulo propius accedit. *Davies.*

3 Reliquit *ejuſmodi viſa*] Vulgo *reliquit ejuſmodi viſa* approbari. Sed qua ratione poſtrema vox huc irrepſerit neſcio. Eam certe non agnoſcunt vel MSSti, vel editi veteres. *Relinquit* vero legit *Aldus* nepos; nos *relinqui* malumus. *Idem.*

4 *Reſpondere* poſſimus] Vulgo *poſſumus.* Nos autem Pariſ. 5. *Reg.* & *Cantab.* ſequimur; quia ſupra dixit, *quibus ad actionem* EXCITEMUR. *Idem.*

5 *Neque tamen omnia ejuſmodi viſa* approbari] *Manucius* ex antiquo libro reponit *approbat.* Pariſ. 2. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. repraeſentant, *nequeant tamen — approbari.* Mihi nihil vulgata lectione melius videtur; & ea quidem, ſi modo ſuperiora recte conſtitui, neceſſaria eſt. *Idem.*

1 Quia

intuebitur: iiſdem ſenſibus reliqua, quae ſub quemque ſenſum cadunt, ſentiet. Mare illud, quod nunc Favonio naſcente purpureum videtur, idem huic noſtro videbitur: nec tamen adſentietur; [1] quia nobiſmet ipſis modo caeruleum videbatur, [2] mane ravum; [3] quodque nunc, quia à ſole conlucet, albeſcit & vibrat, diſſimileque eſt [4] proximo ei continenti: ut, etiam ſi poſſis rationem reddere cur id eveniat, tamen non poſſis id verum eſſe, quod videbatur oculis, defendere. Unde memoria, ſi nihil percipimus? (ſic enim quaerebas,) quod meminiſſe viſa, niſi conprehenſa non poſſumus. Quid? [5] Poly-

1 *Quia nobiſmet ipſis modo caeruleum videbatur, mane ravum*] Sic Nonius legit, *mane ravum*; ubi vulgati omnes & MSSti habent partim *mane flavum*, partim *mane atrum*. Lambin.

Ibid. *Quia nobiſmet ipſis modo caeruleum videbatur, mane flavum*] Nonnulli exiſtimaverunt in his verbis mendum eſſe, quod animadvertiſſent apud *Nonium Marcellum* in dictione *ravum* citari Ciceronis e libro IV. Academicorum locum qui eandem penitus ſententiam retinet, aliquantulum immutatis verbis, & maxime quod ibi *ravum* pro *flavum* ſcriptum eſſet. Majorem enim fidem *Nonio* habendam eſſe cenſebant, qui ea parte vix depravatus eſſe poterat, & qui falſo exemplum illud Ciceronis adpoſuiſſe exiſtimandus non eſt, quam contaminatis & laceris Ciceronis exemplaribus. Nemo tamen receptam Ciceronis lectionem abolevit, quam ego quoque conſervavi, quia in cunctis manu exaratis ita ſcriptum eſſe obſervaveram. Ut tamen hunc ſcrupulum, qui multis moleſtus fuit, coner avellere, quid ſentiam de hac re exponam. Planum jam factum eſt, bis omnem Academicam quæſtionem *Ciceronem* libris ſuis explicaſſe, primo duobus, iterum quatuor libris de ea confectis; in quibus tamen eædem res ſententiæque tractarentur: ſed in poſterioribus, ut ipſe refert, brevius, melius, ſplendidius. Potuit itaque fieri, ut, cum idem locus in ambabus editionibus tractandus eſſet, aliquantulum variatis verbis expoſitus fuerit, & ut hic locus, (qui eſt in *Lucullo*) de quo diſſerimus, quemadmodum eſt in omnibus novis veteribuſque Codicibus, ita legi debeat; & *Nonius* eum citet, qui in illis, quos ad Varronem miſit, incluſus fuerit. Nam ſi ulla fides haberi poteſt *Marcelli* ipſius vulgatis exemplaribus, in IV. Academicorum exemplum, quod ipſe adducit, eſſe traditur. Sic puto defendi poſſe receptam in *Lucullo* lectionem, & teſtimonium *Nonii* non improbari. *Victorius*.

2 *Mane* ravum] Vulgo *flavum*: ſed

[5] Polyaenus, qui magnus Mathematicus fuiſſe dicitur, is poſteaquam Epicuro adſentiens, totam Geometriam eſſe falſam credidit, num illa etiam, quae ſciebat, oblitus eſt? Atqui, falſum quod eſt, id percipi non poteſt, [6] ut vobiſmet ipſis placet. Si igitur memoria, perceptarum conprehenſarumque rerum eſt; omnia, quae quiſque meminit, habet ea conprehenſa atque percepta: falſi autem conprehendi nihil poteſt: & omnia meminit Scyron Epicuri dogmata: vera igitur nunc illa ſunt omnia. Hoc per me licet: ſed tibi [7] aut concedendum eſt ita eſſe, quod minume vis: [8] aut memoriam mihi remittas oportet,

ſed adſentior viris doctis qui *ravum* ex *Nonio* reſcripſerunt. Nam nonnulli Codices *Lambiniani*, ſimul ac *Gryph. Reg. Pariſ.* 1. 2. 5. *Cantab.* & *Ven.* 1471. dant *mane atrum*; quod eam, quam recepi, lectionem nonnihil firmat: voces enim rarioris uſus in ſimilia vocabula, quæ magis proletaria ſunt, à Librariis ſolent reformari. *Pariſ.* 4. & S. Victoris *mane acrum*; quod ad *ravum* propius accedit. *Davies.*

3 *Quodque* nunc---- *ei continenti*] Jam ſupra dixerat *nunc Favonio naſcente:* quare Gloſſemata videntur iſta. *Guietus.*

Ibid. *Quodque nunc quia à ſole collucet, albeſcit*] Ita quidem legit & *Nonius* in *ravum*, ſi vulgatis exemplaribus fides. At *quia* deerat in Noniano *Gothofredi* MSto; deeſt item in illo c. c. c. c. Præterea *Cantab.* & *Reg.* exhibent *quoque nunc.* Forſan itaque reſcribendum, *quaque nunc à Sole collucet, albeſcit.* Certe vitioſa prorſus eſt recepta lectio; quæ ſenſum pendere facit, nec abſolvit ſententiam. *Davies.*

4 *Proximo ei continenti*] *Lambinus* edidit, *proximo & continenti.* Recte, prout arbitror. *Idem.*

5 *Polyanus, qui magnus Mathematicus fuiſſe dicitur*] *Cicero* Fin. lib. I. cap. 6. *Si à Polyano familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet Epicurus, quam illam etiam ipſum dedocere.* Fuit autem Lampſacenus, Athenodori filius, ut diſcimus ex *Laertii* X, 24. Ejus etiam meminit *Plutarchus* adv. Colotem pag. 1109. *Idem.*

6 *Ut* vobiſmet ipſis *placet*] Vulgo *nobiſmet ipſis*; quod temere defendit *Petr. Faber:* eſt enim Ciceronis Antiochum & Stoicos eludentis. Ne dubitemus igitur quin vera ſit ſcriptura nobis recepta; quam ſecutus etiam eſt *Aldus* nepos, quam probavit *Gruterus*, quamque *Bal. Reg.* & *Cantab.* exhibent. *Idem.*

7. *Aut concedendum* eſt] Vulgo deeſt vox ultima, quam nos ex *Victorio* & MSStis reduximus. *Idem.*

8 *Aut memoriam mihi remittas oportet, & facile eſſe ei locum*] Verbum *eſſe* non video quo ſpectet.

Quo

oportet, [1] & facile eſſe ei locum, etiam ſi comprehenſio perceptioque nulla ſit. Quid fiet artibus? Quibus? hiſne, quae ipſae fatentur conjectura ſe plus uti, quam ſcientia: an his, quae tantum id, quod videtur, ſequuntur, nec habent iſtam artem veſtram, [2] qua vera & falſa dijudicent? [3] Sed illa ſunt lumina duo, quae maxume cauſam iſtam continent. Primum enim negatis fieri poſſe ut quiſquam nulli rei adſentiatur. At id quidem perſpicuum eſt: cum Panaetius, princeps prope, meo quidem judicio, Stoicorum, ea de re dubitare ſe dicat, quam omnes, praeter eum, Stoici certiſſimam putant, vera eſſe [4] aruſpicium, auſpicia, oracula, ſomnia, vaticinationes, ſeque ab adſenſu ſuſtineat. [5] Quod ſi is poteſt facere de his rebus, quas illi, à quibus ipſe didicit, certas

Quo ſequor libentius antiquum librum, in quo eſt, *&* facias *eſſe ei locum.* Sic lib. IV. de Fin. *Argumenti ratione concluſi caput eſſe* faciunt *ea, quæ perſpicua dicunt.* P. Manucius.

1 *Et facile eſſe ei locum*] *Et facias* videtur legendum; & ita eſt in MSto. *Urſinus.*

Ibid. *Et* facile *ei eſſe locum*] *Manucius* & *Urſinus*, probante *Guieto*, reponunt *&* facias *ei eſſe locum*; quæ minime mala eſt, ſive conjectura, ſive lectio: fruſtra ſudat enim *Petr. Faber*, qui vulgatæ tuendæ duriſſima quæque comminiſcitur. At cum Codex S. Victoris, noſtrique *Pariſ.* 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. dent *facere ei eſſe locum*; non dubito quin reſcribendum ſit, *&* fateare *ei eſſe locum.* Davies.

2 Qua *vera & falſa* dijudicent] Pariſ. quintus, *qua vera & falſa dijudicet.* Quin & *qua* legitur in editione Victorii; *dijudicet* autem in Pariſ. 2. *Idem.*

3 *Sed illa ſunt* lumina *duo*] Quid huc faciant *lumina*, vel quam cauſam poſſint continere, non adſequor. Pariſ. 5. *limina.* Fortean *Cicero* reliquit *vimina* vel *vincula.* Idem.

4 Aruſpicium, *auſpicia*] Sic *Reg.* pro varia lectione. Vulgo *aruſpicum*; unde *aruſpicia* conflarunt *Faber* & *Gruterus.* Credo quod reliqua *pluraliter* efferantur. Attamen *Plinius* lib. VII. §. LVII. pag. 416. *Aruſpicium*, inquit, *Delphus*, ignispicia *Amphiaraus*, auſpicia *avium Tireſias Thebanus.* Nonnullos Codices *aruſpicam* dare monet *Harduinus*;

Digitized by Google

certas habuerint; cur id ſapiens de reliquis re-
bus facere non poſſit? An eſt aliquid, quod po-
ſitum vel inprobare [6] vel adprobare poſſit, du-
bitare non poſſit? An tu in Soritis poteris hoc,
cum voles: ille in reliquis rebus non poterit
eodem modo inſiſtere, praeſertim cum poſſit
ſine adſenſione ipſam veri ſimilitudinem non
inpeditam ſequi? Alterum eſt, quod negatis
actionem ullius rei poſſe in eo eſſe, qui nul-
lam rem adſenſu ſuo conprobet: primum e-
nim videri oportet, in quo ſit etiam adſenſus.
Dicunt enim Stoici, ſenſus ipſos adſenſus
eſſe; quos quoniam adpetitio conſequatur,
actionem ſequi: tolli autem omnia, ſi viſa
tollantur. Hac de re in utramque partem [7] & 34
dicta ſunt & ſcripta multa; ſed brevi res po-
teſt tota confici. Ego enim etſi maxumam
actionem

nus; eamque lectionem haud pœnitendam dicit. At omnino fallitur: *aruſpica* enim non artem, ſed feminam, quæ facit aruſpicinam, ſignificat. *Plautus* Mil. Glorioſ. Act. III. Sc. I, 99.

Præcantatrici, *conjectrici*, *hariola*, *atque* aruſpicæ.

Vel igitur & hic & illic *aruſpicia* legas; vel *aruſpicium* utrobique teneas. Vide nos ad lib. I. de Divin. cap. 3. & *Epiphanium* Tom. I. pag. 1090. *Idem*.

5 *Quod* ſi *is poteſt facere*] Sic recte Pariſ. Vulgo *quod is*; vocula neglecta. *Idem*.

6 *Approbare* poſſit] Γρ. *Poſſis*. Guietus.

Ibid. *Vel improbare vel approbare poſſit*, dubitare *non poſſit?*] Vulgo *dubitari*. Aut igitur cum *Lambino* ſcribendum, *vel* improbari *vel* approbari *poſſit*, *dubitari non poſſit*: aut, quæ noſtra conjectura eſt, reponendum, *vel improbare vel approbare poſſit*, dubitare *non poſſit?* Eamque, cum minus abierit à MSStis, recipiendam cenſuimus. *Davies*.

7 *Et dicta ſunt & ſcripta multa*] His adnectunt editi, *vide ſuperiora*; nec ea noſtri libri prætermittunt. Cum tamen iſtas voces è Gloſſa natas eſſe fateantur viri docti, non erat cur iis diutius contaminaretur *Cicero*. Idem.

Ib. *Vide ſuperiora*] Hoc inducendum, ut Gloſſema, crediderim. Pater, opinor, omnibus. *P. Manucius*.

1 *Her-*

Digitized by Google

actionem puto, repugnare viſis, obſiſtere opinionibus, adſenſus lubricos ſuſtinere; credoque Clitomacho ita ſcribenti, [1] Herculi quendam laborem exanclatum à Carneade, quod, ut feram & inmanem beluam, ſic ex animis noſtris adſenſionem, id eſt, opinationem & temeritatem extraxiſſet: tamen, ut ea pars defenſionis relinquatur, quid inpediet actionem ejus, qui probabilia ſequitur, nulla re inpediente? Hoc, inquit, ipſum inpediet, quod ſtatuet, ne id quidem, quod probet, poſſe percipi. Jam iſtuc te quoque inpediet in navigando, & [2] in conſerendo, in uxore ducenda, in liberis procreandis, plurimiſque in rebus, in quibus nihil ſequere praeter probabile. Et tamen illud uſitatum & ſaepe repudiatum refers, non ut Antipater, ſed, ut ais, preſſius: nam [3] Antipatrum reprehenſum, quod diceret, conſentaneum eſſe ei,

1 *Herculi quendam laborem exantlatum*] *Herculi* poſitum pro *Herculis*, qua de re alibi. Profert autem hunc locum *Nonius* in verbo *exantlare*, ubi legit *exanclatum* per *c*, quaſi à verbo *anculare*; quod quidam dicunt apud veteres valuiſſe *haurire*. Atqui exiſtimo anculare ſignificaſſe apud veteres miniſtrare, non haurire: & ita *Feſtus* in voce *ancillæ*. Idem perſpicue *antlare* docet ortum eſſe à Græco verbo *ἀντλεῖν*. Nec me movet quod apud eum ſcriptum eſt *anclare* in libris vulgatis: nonnulli enim veteres habent *antlare*. Omnino *exhaurire laborem* Latini dicunt, præſertim Poetæ. Ergo & *exantlare* probandum eſt. *Exanclare* autem etiam probo ab *anculando*: quod eſt miniſtrare, ut *exanclare laborem* idem valeat, quod perferre & tolerare. *Lambinus*. Vide nos ad Tuſcul. I, 49.

2 *In conſerendo*] Id eſt, *ἐν τῷ φυτεύεσθαι τὸν ἀγρόν*. *Xenophon* lib. I. de dictis Socratis. Οὔτε γὰρ τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευομένῳ δῆλον ὅστις καρπώσεται. Guietus.

3 *Antipatrum* reprehenſum] A Carneade. Vide ſupra cap. IX. Quod igitur *Pariſ.* 2. aliique nonnulli Codd. *reſponſum* dent; id vero temere factum. Adi ſis *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. VI, 11, ſeqq. *Davies*.

4 *Quod ipſi Antiocho pingue videbatur*

ci, qui adfirmaret nihil poſſe conprehendi, id ipſum ſaltem dicere poſſe conprehendi: [3] quod ipſi Antiocho pingue videbatur, & ſibi ipſum contrarium. Non enim poteſt convenienter dici nihil conprehendi poſſe, [4] ſi quicquam conprehendi poſſe dicatur. Illo modo potius putat urguendum fuiſſe Carneadem: Cum ſapientis nullum decretum eſſe poſſit, niſi conprehenſum, perceptum, cognitum; ut hoc ipſum decretum, quod ſapientis eſſet, nihil poſſe percipi, fateretur eſſe perceptum. Proinde quaſi ſapiens nullum aliud decretum habeat, [5] & ſine decretis vitam agere poſſit. [6] Sed ut illa habet probabilia, non percepta; ſic hoc ipſum, nihil poſſe percipi. Nam ſi in hoc haberet cognitionis notam, eadem uteretur in ceteris: quam quoniam non habet, utitur probabilibus. Itaque non metuit, ne confundere omnia videatur & incer-

tur & ſibi ipſum *contrarium*] Vulgo prætermittunt *ipſum*, quod ſuppeditarunt *Pariſ.* 1. 2. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. Id exhibuit etiam *Nonius* in *pingue*: licet enim editio *Gothofredi*, qua utor, det *ſibi* ipſi *contrarium*; MS. C. C. C. C. habet *ipſum*, ac ita reponatur. *Davies.*

4 *Si* quicquam *comprehendi poſſe dicatur*] Vulgo *ſi* ipſum *comprehendi poſſe dicatur.* Sed lectionem, quam damus, præſtant *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Reg.* & *Ven.* 1471. *Idem.*

5 *Et ſine decretis vitam agere* non *poſſit*] In Venetis negatio eſt omiſſa: id quod annotandum putavi, cum id probaretur, ſine decretis non poſſe nè ſapientem quidem vitam agere, id eſt, μηδὲν δογματίζοντα; Quæ enim hæc vita eſſet? Sed in his illum etiam probabilia vult ſequi *Cicero.* Camerarius.

Ibid. *Et ſine decretis vitam agere poſſit*] *Aſcenſius*, *Paullus Manucius* & *Aldus* nepos ediderunt *& ſine decretis vitam agere* non *poſſit*, ac ita MS. *Elienſ. Lambinus autem* NEC *ſine decretis vitam agere poſſit.* Non minus contra ſcriptoris mentem, quam cunctorum fere Codicum fidem: nam multa decreta, ſive δόγματα, habent Academici; non tamen percepta, ſed tantum probabilia. *Davies.*

6 *Sed ut* illa *habet probabilia, non percepta, ſic hoc ipſum*] *Cantab. Reg.* & *Pariſ.*

incerta reddere. Non enim, quemadmodum ſi quaeſitum ex eo ſit, ſtellarum numerus par an impar ſit; item ſi de officio, multiſque aliis de rebus, [1] in quibus verſatus exercitatuſque ſit, neſcire ſe dicat: in incertis enim nihil eſt probabile: in quibus autem eſt; in his non deerit ſapienti, nec quid faciat, nec quid reſpondeat. Ne illam quidem praetermiſiſti, Luculle, reprehenſionem Antiochi (nec mirum: in primis enim eſt nobilis) qua ſolebat dicere Antiochus Philonem maxume perturbatum: Cum enim ſumeretur, unum, eſſe quaedam falſa viſa; alterum, nihil ea differre à veris; non adtendere, [2] ſuperius illud ea re à ſe eſſe conceſſum, quod videretur eſſe quaedam in viſis differentia: eam tolli altero, quo neget viſa à falſis vera differre: nihil tam repugnare. Id ita eſſet, ſi nos verum omnino tolleremus. Non facimus: nam tam vera quam falſa

& *Pariſ.* 5. *ille.* Fruſtra. Lego *ſed ut* alia *habet probabilia* &c. quod, ut arbitror, per ſe ſit abunde manifeſtum. *Davies.*

1 *In quibus* verſatus *exercitatuſque ſit*] Sic recte dederunt *Paulus Manucius* & *Aldus* nepos; & ſic habent MSS. Pariſ. 1. 5. Reg. & *Cantab.* Vulgo legitur, *in quibus* verſatur *exercitatuſque ſit*; nec aliter *Ven.* 1471. *Aſcenſius*, *Victorius*, *Lambinus* & *Gruterus.* Hoc tamen nullo modo ferri poteſt. *Idem.*

2 *Superius illud* ea re à ſe *eſſe conceſſum*] *A ſe* neſciunt Pariſ. 1. 2. 5. Reg. *Cantab.* & *Ven.* 1471. Viciſſim *Pal.* ſec. & *Baliol.* non agnoſcunt *eâ re.* Legendum videtur, *ſuperius illud* (nimirum eſſe quædam falſa viſa) *à ſe eſſe conceſſum, quod videretur eſſe quædam* &c. *Idem.*

3 *Sed nihilo minor: Eſſe tale verum, quale* &c.] Sic reſtitui, & ita legendum; non, ut vulgo, *ſed nihil miror: quod eſt tale* &c. Ne quis autem arguat me meo arbitratu & quaſi pro imperio ita edidiſſe; proponam antiquam ſcripturam, eique meam emendationem affinem eſſe oſtendam: deinde ratione confirmabo. Partim igitur ſic habent Codices MSSti: *ſed mihi minor eſſet tale* &c. partim ſic, *ſed nihil minor eſt, ſed tale* &c. Ex his vitioſis ſcripturis, quid

Digitized by Google

falſa cernimus: ſed probandi ſpecies eſt; per-
cipiendi ſignum nullum habemus. Ac mihi 35
videor nimis etiam nunc agere jejune: cum
ſit enim campus, in quo poſſit exſultare ora-
tio; cur eam tantas in anguſtias & in Stoi-
corum dumeta conpellimus? Si enim mihi cum
Peripatetico res eſſet, qui id percipi poſſe diceret,
quod inpreſſum eſſet è vero; neque adhiberet il-
lam magnam acceſſionem, quo modo inprimi
non poſſet à falſo; cum ſimplici homine ſim-
pliciter agerem, nec magno opere contenderem:
atque etiam, ſi, cum ego nihil dicerem poſſe
conprehendi, diceret ille ſapientem interdum
opinari, non repugnarem; praeſertim ne Car-
neade quidem huic loco valde repugnante.
Nunc quid facere poſſum? Quaero enim, quid
ſit quod conprehendi poſſit. Reſpondet mihi
non Ariſtoteles, aut Theophraſtus, ne Xeno-
crates quidem, aut Polemo, [3] ſed qui minor
eſt;

quid facilius quam facere, *ſed nihilo minor: eſſe tale verum* &c. Sententia autem plana eſt. Reſpondet mihi non Ariſtoteles aut Theophraſtus, nec Xenocrates quidem aut Polemo, ſed nihilo minor: nempe Zeno, Stoicorum princeps. Quid mihi reſpondet quærenti, quid ſit id quod comprehendi poſſit? Eſſe tale verum &c. Hæc hujus loci ſententia eſt. Nam quod *Adrianus Turnebus* voluit hic περιεργεῖν & φιλονεικεῖν, cum jam meam editionem vidiſſet; vellem quieſſet. Sic autem legendum cenſet ille, *ſed mihi minores: tale verum* &c. Plane inconſiderate. Nam primum cum antecedat verbum numeri ſingularis *reſpondet*, debet ſubſequi nomen quoque ſingularis numeri. At *minores* numeri multitudinis eſt. Deinde Zeno vel ſolus, vel primus dixit, καταληπτὸν, hoc eſt, id quod comprehendi poſſit, eſſe tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. Itaque cum Zeno ſignificetur, & Zeno ſit princeps Stoicorum, & idem ſæpe à M. Tullio laudatus ſit, & diſcipulorum multitudine floruerit; non dubium eſt, quin *minores* hic ferri non poſſit. Adde quod hæc & locutio, & ſententia, *mihi minores*, parum concinna eſt. Sed judicet Lector. *Lambinus.*

eſt; tale verum, quale falſum eſſe non poſſit. Nihil ejuſmodi invenio. [1] Itaque incognito nimirum adſentiar, id eſt, opinabor? Hoc mihi & Peripatetici, & vetus Academia concedit: vos negatis, Antiochus in primis, qui me valde movet; vel quod amavi hominem, ſicut ille me; [2] vel quod ita judico politiſſimum & acutiſſimum omnium noſtrae memoriae philoſophorum. A quo primum quaero quo tandem modo ſit ejus Academiae, cujus eſſe ſe profiteatur? Ut omittam alia: Haec duo, de quibus agitur, quis umquam dixit aut veteris Academiae aut Peripateticorum, vel id ſolum percipi poſſe, quod eſſet verum tale, quale falſum eſſe non poſſet; vel ſapientem nihil opinari? Certe nemo. Horum neutrum ante Zenonem magno opere defenſum eſt. Ego tamen utrumque verum puto: nec dico temporis cauſa: [3] ſed ita plane probo. Illud ferre non poſſum.

Ibid. *Sed mihi minor eſt*] An, *ſed his minores: tale verum* &c. Placet hæc lectio: quidam enim libri habent, *ſed mihi minores*; quæ lectio placuit *Turnebo*, teſte *Grutero*. Quiet.

Ibid. *Sed* qui *minor eſt*] Vulgo *ſed* mihi *minor eſt*. At veram lectionem mihi præbuerunt *Cantab.* & *Reg.* pro varia lectione. *Turnebi* quidem conjecturam, quam protulit Adverſ. lib. XVI. cap. 18. ſatis confutavit *Lambinus*; nec tamen melius quiddam commentus eſt ipſe, dum reponit *ſed* nihilo *minor*, eſſe *tale verum* &c. Acutiorem multo ſe præſtitit vir erudititiſſimus *Joan. Clericus*; cui placet *ſed* qui his *minor eſt*. Præponderant autem ii quos dixi Codices. Cave vero putes *minorem* vocari Zenonem, habito ad ætatem reſpectu; quod voluerunt *Hadr. Turnebus* & *Petr. Faber*. Acuminis tantum & eruditionis rationem *Tullius* habuit. *Lucretius* lib. I, 735.

Hic tamen & ſupra, quos diximus inferiores
Partibus egregie multis, multoque MINORES.

Clementina Hom. XII. cap. 7. Τῷ τῆς γνώσεως ϗ εὐσεβείας λόγῳ ἩΤΤΟΝΕΣ τυγχάνουσιν. Sic enim recte MS. Pariſinus. Eadem vocis hujuſce notio paſſim reperiatur. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib. III. cap. XXIII.

Digitized by Google

poſſum. Tu, cum me incognito adſentiri vetes, idque turpiſſimum eſſe dicas & pleniſſimum temeritatis; [4] tantum tibi adroges, ut exponas diſciplinam ſapientiae, naturam rerum omnium evolvas, mores fingas, fines bonorum malorumque conſtituas, officia deſcribas, quam vitam ingrediar definias, [5] atque etiam diſputandi & intellegendi judicium dicas te & artificium traditurum; perficies, ut ego iſta innumerabilia conplectens, nuſquam labar? nihil opiner? Quae tandem ea eſt diſciplina, ad quam me deducas, ſi ab hac abſtraxeris? Vereor, ne ſubadroganter facias, ſi dixeris tuam, Atqui ita dicas, neceſſe eſt: neque vero tu ſolus, ſed me ad ſuam quiſque rapiet. Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum oratoribus cognationem eſſe, qui claros viros à ſe inſtructos dicant rempublicam ſaepe rexiſſe. Suſtinuero Epicureos, tot meos familiares, tam bonos,

36

xxiii, 1. & lib. vi. cap. xvii, 28. *Dav.*

1 *Itaque incognito nimirum aſſentiar*] Hunc locum in omnibus libris depravatum, ſententiam *Ciceronis* odoratus, parva immutatione correxi: ſic enim vulgo legitur, *in cognitione aſſentiar.* Sic paullo poſt cap. 36. *Tu, cum me* incognito *aſſentiri vetes, idque turpiſſimum eſſe dicas & pleniſſimum temeritatis* &c. Et infra cap. 43. *Contineo igitur me, ne* incognito *aſſentiar.* Lambin.

Ib. *Itaque* incognito *nimirum adſentiar*] Egregiam *Lambini* conjecturam recepimus; & ad eam quaſi manu ducunt liber S. Victoris, *Pal. ſec.* & *Reg.* dant enim, *itaque* in cognitione mirum *aſſentiar.* Vulgo *itaque* in cognitione *nimirum aſſentiar*; quod nullum parit ſenſum. *Davies.*

2 *Vel quod ita judico*] Gloſſema videtur. GUIETUS. *Ibid.* Nimis ſuſpicioſus eſt *Guietus*; nam voces hæ ſenſui ſunt neceſſariæ. Legatur modo, *vel quod* illum *judico politiſſimum* &c. *Davies.*

3 *Sed* ita *plane probo*] Niſi fallor, legendum, *ſed* iſta *plane probo* a duo nimirum illa, de quibus ante dixerat. *Idem.*

4 Tantum *tibi arrogas*] Forte *tamen.* Idem.

5 Atque *etiam diſputandi*] Vulgo *idemque etiam diſputandi.* Quod

nos, tam inter ſe amantes viros. [1] Diodoto quid faciam Stoico? quem à puero audivi: qui mecum vivit tot annos: qui habitat apud me: quem & admiror & diligo: qui iſta Antiochea contemnit. Noſtra, inquies, ſola vera ſunt. Certe ſola, ſi vera: plura enim vera diſcrepantia eſſe non poſſunt. Utrum igitur [2] nos impudentes, qui labi nolumus; an illi adrogantes, qui ſibi perſuaſerint ſcire ſe ſolos omnia? Non me quidem, inquit, ſed ſapientem dico ſcire. Optume: nempe iſta ſcire, quae ſunt in tua diſciplina. Hoc primum quale eſt, à non ſapiente explicari ſapientiam? Sed diſcedamus à nobiſmetipſis: de ſapiente loquamur, de quo (ut ſaepe jam dixi) omnis haec quaeſtio eſt. In tres igitur partes [3] & à pleriſque & à

vero recepi, præſtant *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *Davies.*

1 *Diodoro quid faciam Stoico*] Habuiſſe Ciceronem ſecum Stoicum philoſophum conſtat, qui & cæcus fuerit & mortuus domi illius, & qui reliquerit ipſi ad centies, ſi locus non eſt mendoſus ad Atticum. Sed hunc contendit *P. Victorius* vir doctiſſimus, cujus nuper luculentas explicationes multorum locorum in ſcriptis *Ciceronianis* allatas ex Italia vidimus. Is igitur vult *Diodotum* hunc fuiſſe appellatum: alterum autem veterem Peripateticum auditorem Critolai *Diodorum*. Fuit & hoc vetuſtior *Diodorus*, qui Dialecticus & Κρόνος cognominaretur. *Camerarius.*

2 *Nos* impudentes] Pariſ. 4. *imprudentes.* Davies.

3 *Et à pleriſque & à* nobiſmet *ipſis*] Malim *à vobiſmet ipſis*; ut diſerte *Reg.* exhibet. *Idem.*

4 Velut *illud ante:* Eſtne *&c.*] Libri veteres habent, *velut illud à te, eſtne* &c. Locus ſuſpectus. *Lambinus.*

Ibid. Velut *illud ante*] Locus *Lambino* ſuſpectus eſt; & certe mendo quodam laborat. Mecum legas, *verùm illud ante*; niſi melius quid inveneris. *Davies.*

5 *Geometræ* provideant] Forte *Geometræ* hoc *videant.* LAMBIN. *Ibid.* Nihil mutarim, Codicibus haud addicentibus. Supra cap. XIX. Provide *etiam, ne uni tibi iſtam ſententiam minime liceat defendere.* Davies.

6 *Et qui omnia* vobis *quæ deſcribunt probant*] Pariſ. 4. *nobis*, & ſic edidit *Lambinus*. *Gulielmio* reponendum videtur, *Ecqui omnia nobis quæ deſcribunt probant.* Lego *cogere.* Atqui

Digitized by Google

& à nobiſmetipſis diſtributa ſapientia eſt. Primum ergo, ſi placet, quae de natura rerum ſint quaeſita, videamus. [4] Velut illud ante: Eſtne quiſquam tanto inflatus errore, ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit? Non quaero rationes eas quae ex conjectura pendent: quae diſputationibus huc & illuc trahuntur, nullum adhibent perſuadendi neceſſitatem. [5] Geometræ provideant, qui ſe profitentur non perſuadere ſed cogere; [6] & qui omnia vobis, quae deſcribunt, probant. Non quaero ex his illa initia Mathematicorum; quibus non conceſſis, digitum progredi non poſſunt: Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat: [7] Extremitatem, & quaſi libramentum, in quo nulla omnino craſſitudo ſit: [8] Lineamentum longitudinem latitudine

qui *omnia vobis, qua deſcribunt, probant?* Idem.

7 *Extremitatem*] Id eſt, ſuperficiem, τὸ ἐπίπεδον. *Proclus* in Euclidem: Τοῖς μὲν παλαιοτέροις τῶν φιλοσόφων ἐκ ἐδόκει τῆς ἐπιφανείας εἶδος τιθέναι τὸ ἐπίπεδον, ἀλλ' ὡς ταυτὸ ἑκάτερον παρελάμβανον. Guietus.

8 *Lineamentum ſine ulla latitudine carentem*] Apparet ſubeſſe mendum. *Maffai* liber *lineamentum*, cetera ut in impreſſis. Mihi ſic placeret *Lineam autem ſine ulla latitudine currentem.* Punctum enim & linea, Mathematicorum initia ſunt. P. MANUCIUS. *Ibid.* Locus ſine dubio mendoſus, nec diſplicet *Scala* emendatio, quam vulgavit *Manutius*. Poſſet etiam ita corrigi, *Lineam autem Longitudinem Latitudine carentem*; ut proxime accedat ad *Euclidis* definitionem, Γραμμὴ μῆκος ἀπλατές. Urſinus.

Ibid. *Lineamentum* &c.] An ſic, *lineam autem longitudinem latitudine carentem.* Sed totus locus, qui valde confuſus eſt, ſic digerendus videtur. *Punctum eſſe* &c. *Lineam autem longitudinem latitudine carentem, Extremitatem & quaſi libramentum in quo nulla omnino craſſitudo ſit*, Locus ſic depravatus fuiſſe videtur. Primum Librarius membrum, quod ſecundum eſſe debuit, tertio loco poſuit, in eoque τὸ *longitudinem* omiſit; pro quo alii, cum aliquid deeſſe viderent, τὸ *ſine ulla* inepte & ſine ullo judicio ſuppoſuerunt. *Guietus.*

Ibid. *Lineamentum* longitudinem *latitudine carentem*] Vulgo *lineamento* vel *lineamentum ſine ulla latitudi-*

Digitized by Google

latitudine carentem. Haec cum vera eſſe conceſſero: ſi [1] adjiciam jusjurandum, ſapientemne prius quam Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, quibus efficitur multis partibus ſolem majorem eſſe quam terram, juraturum putas? Si fecerit; [2] ſolem ipſum, quem deum cenſet eſſe, contempſerit. Quod ſi Geometricis rationibus non eſt crediturus,

ne carentem; quod cum ſenſu careret, *Lambinus* repoſuit *lineam* autem *longitudinem latitudine carentem.* Eaque ſecutus eſt *Urſinus.* Nos tamen libris ſcriptis preſſius adhæremus. Nam *lineamentum* Ciceroni valet idem quod linea. Sic de Orat. lib. I. cap. 42. *In Geometria* lineamenta, *forma, intervalla, magnitudines.* At abunde liquet vel hanc vel illam emendationem prorſus eſſe neceſſariam, cum Γραμμὴ Geometris ſit μῆκος ἀπλατές. Quod autem *Paullus Manucius* reſcripſerit *lineam autem ſine ulla latitudine curentem*; in eo virum illum doctum recte confutavit eruditiſſimus *Clericus* Silv. Philol. cap. I. pag. 154. ſiquidem *linea non currit, ſed punctum, quod motu ſuo lineam creat. Sextus Empiricus* advſ. Mathem. lib. III. §. 19. Στιγμῆς μὲν γὰρ ῥυείσης γραμμὴν γίνεσθαί φασι. Et iterum lib. VII. §. 99. Στιγμῆς γὰρ ῥυείσης, γραμμὴν φανταζόμεθα, ἥτις ἐστὶ μῆκος ἀπλατές. At ſiquidem *carentem* non exhibeat *Captab.* habeatque *limamentum ſine latitudine*; legi poſſit *lineamentum*, longitudinem *ſine latitudine.* At ita definit *Martianus Capella* lib. VI. pag. 228. ut & *Frontinus* de Agror. Qual. pag. 31. Varronis definitionem ſuppeditabit *A. gellius* N. A. lib. I. cap. 20. Porro quod noſter *extremitatem & quaſi libramentum* vocat, id nos *ſuperficiem* dicimus, ἐπιφάνειαν Græci. Ea definitur πλάτος ἀβαθές· στιγμὴ vero σημεῖον ἀμερές. Davies.

1 *Adjiciam jusjurandum*] *Adigere jusjurandum* potius dicitur, quam *adjicere*; ut apud *Cæſarem* lib. VII. *Omnibus ad jusjurandum adactis.* Sine præpoſitione vero ea ratione dicebatur, quomodo *adigere arbitrum* pro *adigere ad arbitrum.* Qua figura *Cicero* uſus eſt lib. III. de Offic. & in Orat. pro Q. Roſcio. Repoſui igitur *adigam.* Atque hujus generis vitium ita video manaſſe, ut ad multos præterea veterum libros acceſſerit. *P. Manucius.*

Ibid. *Si adjiciamus jusjurandum*] Paulo aliter in Venetis hic locus legitur; ſed æque obſcura & vacillante ſententia: ut, præterquam quod depravatus eſſe videatur, nihil habeam dicere. *Camerarius.*

Ibid. *Si adigam jusjurandum* &c.] Sic conjecit eſſe legendum *Paullus Manutius*: & recte. Itaque rejecta vulgata lectione, à qua non diſcrepat antiqua, *ſi adjiciam jusjurandum*; hanc ſecutus ſum. Paullo ante autem ubi libri vulgati & ſcripti manu habent *extremitatem* & *quaſi libramentum*; Ego, deleta copulatione *&*, edendum curavi *extremitatem quaſi libramentum*: & ubi vulgo legitur *Lineamentum ſine ulla latitudine*

turus, quae vim adferunt in docendo, vos ipſi ut dicitis; nae ille longe aberit, ut argumentis credat philoſophorum: aut, ſi eſt crediturus, quorum potiſſimum? Omnia phyſicorum licet explicare; ſed longum eſt: quaero tamen, quem ſequatur. Finge aliquem nunc fieri ſapientem, nondum eſſe: [3] quam potiſſimum ſententiam melius eliget aut diſciplinam? [1] etſi

dine carentem, repoſui *Lineam autem*, *longitudinem latitudine carentem*. Non improbo tamen *Manutii* conjecturam, qui ſic reponendum putat, *Lineam autem*, *ſine ulla latitudine currentem*. Ut tamen libere, quod ſentio, dicam, minus probatur. *Lambin.*

Ibid. *Si* adjiciam *jusjurandum*, *ſapientemne* prius quam *Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas*, *quibus efficitur multis partibus ſolem majorem eſſe quam terram*, *juraturum putas?*] Totum locum deſcripſimus quod & mutilus & corruptus videatur. Et *Manucius* quidem optime repoſuit *adigam jusjurandum*. Quin & *Petr. Fabro* lubens acceſſerim, cui *poſtquam*, non *priusquam*, placet. Nec tamen etiamnunc æquatur malo medicina. Ipſe, non autem fidens, reſcribo: *ſi* adigam *jusjurandum* ſapientem, ni, poſtquam *Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas*, *quibus efficitur multis partibus Solem majorem eſſe quam terram*, eis credat, *juraturum putas?* Ellipticas eſſe ſolere jurandi formulas, ſatis notum. Voces *eis credat* excidiſſe fecit incuria Librariorum: nam vel hoc vel ſimile quiddam orationi videtur neceſſarium. *Adigere* vero *jusjurandum ſapientem* Latiniſſime dixeris. *Cæſar B. C.* lib. I. cap. 76. *Principes in hæc verba jurat ipſe. Idem jusjurandum adigit Afranium.* Et lib. II. cap. 18. Provinciam *omnem in ſua & Pompeii verba* jusjurandum adigebat. Sed hæc hactenus: quæ tamen non ita fixa ſint & certa, quin remedium lenius adhibenti plaudere liceat. *Davies.*

2 *Solem ipſum, quem Deum cenſet eſſe, contempſerit*] Solem cunctis fere gentibus Deum eſſe habitum, conſtat. Vide modo *G. J. Voſſium* Idol. lib. II. capp. 2, ſeqq. At mirum prorſus eſt quod habet *Juſtinus* Martyr Dial. cum Tryph. p. 274. Τὸν ἥλιον ϗ τὴν σελήνην γεγράφθαι τοῖς ἔθνεσι συγκεχωρηκέναι τὸν Θεὸν ὡς θεοὺς προσκυνεῖν. Ac rurſus pag. 349. Τὸν μὲν Ἥλιον ὁ Θεὸς ἐδεδώκει πρότερον εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτὸν, ὡς γέγραπται. Eodem modo *Clemens* Alexandrinus Strom. lib. VI. pag. 795. Ἔδωκεν δὲ (ὁ Θεὸς) τὸν Ἥλιον ϗ τὴν Σελήνην ϗ τὰ ἄστρα εἰς θρησκείαν ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῖς ἔθνεσιν, φησὶν ὁ νόμος· ἵνα μὴ τέλεον ἄθεοι γενόμενοι, τελέως ϗ διαφθαρῶσι. Id nempe collegerunt ex Deuter. IV, 19. & ἀβλεψία ſane quam ſtupenda Deum fecerunt Idololatriæ fautorem. *Idem.*

3 *Quam potiſſimum ſententiam & diſciplinam*] Veneti ita, liquidiore, ut videtur, intellectu, *Qua potiſſimum ſententia melius eligat diſciplinam? Etſi quamcumque* &c. *Camerarius.*

Ibid.

[1] etſi quamcumque eliget, inſipiens eliget. Sed ſit ingenio divino; [2] quem unum è phyſicis potiſſimum probabit is? [3] nec enim plus uno poterit. Non perſequor quaeſtiones infinitas: tantum de principiis rerum, è quibus omnia conſtant, videamus quem probet: eſt enim inter magnos homines ſumma diſſenſio.
37 Princeps Thales,

Ibid. *Quam potiſſimum ſententiam melius eliget aut diſciplinam*] Sic habent libri nonnulli veteres, omnino melius quam vulgati. Sed mihi tamen ii quoque hic ſuſpecti ſunt: nam alii habent, *quam potiſſimum ſapientem ſententiam melius eliget, inſipiens eliget.* Quam ſcripturam quis non videt eſſe laceram & mutilam? nemo non, opinor. Sed licet fortaſſis ex hac aliquid elicere, quod ſit probabile. Quid igitur ſi ſic legamus? *Quam potiſſimum ſapientum ſententiam melius eliget? Etſi, quamcumque eliget, inſipiens eliget.* Lambinus.

Ibid. Quam *potiſſimum* ſententiam *melius eliget* aut *diſciplinam?*] Sic libri nonnulli veteres quos inſpexit *Lambinus*; ſic etiam S. Victoris, *Pariſ.* 4. *Reg.* & *Cantab.* Nihilominus illud *melius* inutile videtur & παρέλκον. Et quidem Pariſ. 1. 2. dant *quam potiſſimum* ſapientem *ſententiam* ne *eliget diſciplinam.* Lego *quam potiſſimum ſententiam eliget aut diſciplinam:* nam *ſapientem* bene prætermittunt alii Codices, hi vero *melius.* Vulgo *qua potiſſimum ſententia melius eliget diſciplinam*; nec aliter *Pal.* pr. niſi quod in eo ſit *ſcientia* pro *ſententia.* Hinc tamen *Gruterus*, probante *Guieto*, legit *qua potiſſimum ſcientia eliget melius? Diſciplinam etſi quamcumque eliget* &c. Harum vero rationum nullam probo: multo minus eam MSti *Gryphiani* lectionem, *quam potiſſimum ſententiam melius eliget; inſipiens eliget.* Licet enim eam *minime contemnendam* cenſeat *J. M. Brutus*; nata tamen eſt ex eo quod ſcriba, quæ erant inter eandem vocem repetitam, prætermiſerit. *Davies.*

1 *Etſi quamcumque* eliget] Malim *elegerit.* Sic paullo poſt cap. XXXVII. *Quamcumque vero ſententiam* probaverit, *eam ſic animo comprehenſam habebit.* Nec aliter, credo, Latine dixeris. *Idem.*

2 *Quem unum è phyſicis potiſſimum probabit* is] Cantab. *probabimus.* *Pariſ.* 2. *Reg. Baliol.* & *Ven.* 1471. *probabitis:* & hinc eam, quam ſecutus ſum, extudi lectionem. Vulgo deeſt vox ultima. *Idem.*

3 *Nec plus uno poterit*] Pariſ. 2. 4. *Nec ne plus uno.* Lege *nec* enim *plus uno poterit.* Ac ſic *Victorius.* Idem.

4 *Conſenſiſſe primos*] Fortaſſe *conceſſiſſe primas.* Nam *Laertius* auctor eſt, cum Delphicus Apollo Mileſiis reſpondiſſet eum tripodem, quem piſcatores jactu retis inveniſſent, ejus eſſe debere, qui ceteris ſapientia excelleret, Thaleti eſſe datum: ex quo apparet ſex reliquos ei primas conceſſiſſe. *P. Manucius.*

Ibid. *Cui ſex reliquos conceſſiſſe primas*] Sic emendavit *Paullus Manucius*, cui aſſentior: nam vulgo legebatur

Digitized by Google

les, unus è ſeptem cui ſex reliquos [4] conceſſiſſe primas ferunt, ex aqua dixit conſtare omnia. At hoc Anaximandro, populari & ſodali ſuo, non perſuaſit: is enim [5] infinitatem naturae dixit eſſe, [6] è qua omnia gignerentur. Poſt ejus auditor [7] Anaximenes, infinitum aera; ſed ea, quae ex eo orirentur, definita: gigni autem

legebatur *conſenſiſſe primos.* Mendoſe. Noſtri quidem libri veteres habent *conſeſiſſe primas:* quæ ſcriptura, quamvis depravata, *Manutii* emendationem comprobat. *Lambin.*

Ibid. *Conceſſiſſe primas ferunt*] Hujus loci emendatio debetur *Joanni Scala*, qui primus pro *conſenſiſſe primos* correxit *conceſſiſſe primas*; eamque correctionem *Callimachi* auctoritate confirmavit ex *Diogene Laertio. Urſinus.*

Ibid. Conceſſiſſe primas *ferunt*] Vulgo *conſenſiſſe primos ferunt.* Præterquam vero quod hoc modo *primos* abundare patet; reliquos iſtos ſapientes rebus Phyſicis operam dediſſe nulla eſt memoria. Cum igitur MSSti *Lambiniani, Gryph. S. Victoris, Pariſ.* 2. 5. & *Reg.* à prima manu repræſentent *conſenſiſſe primas*; auctore *Manucio* dedi *conceſſiſſe primas:* nam fruſtra laborat *Petr. Faber*, qui *conſenſiſſe primas* defendit ac propulſat. *Davies.*

5 *Infinitatem natura*] Recte ſe habere ſcripturam hanc dubium non eſt: dicit enim hoc Cicero nunc, quod Græci τὸ τῶν ϛοιχείων ἄπειρον. Camerarius.

6 E *qua omnia gignerentur*] Vulgo *à qua.* Rationem vero, quam ſequimur, præſtant *Pariſ.* 5. *Bal. Reg.* & *Ven.* 1471. aliique veteres editi: ac ita *Nonius* in *infinitatem. Origenes* Philoſ. cap. VI. Anaximander ἀρχὴν ἔφη τῶν ὄντων φύσιν τινὰ τοῦ ἀπείρου, ἐξῆς (Leg. ἐξ ἧς) γίνεσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς κόσμον. Ejus ſententiam dicent *Plutarchus* de Plac. Philoſ. I, 3. *Sextus Empiricus* Pyrrhon. Hypot. III, 4. *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græc. cap. 3. *Irenaus* lib. II. cap. 19. *Clemens* Recogn. lib. VIII. cap. 15. *Euſebius* Præp. Evang. I, 8. XIV, 14. *Epiphanius* Expoſ. Fid. Cath. §. IX. *Theodoretus* Therap. II. pag. 22. *Diogenes* Laertius lib. II. §. I. &c. *Davies.*

7 *Anaximenes infinitum aëra; ſed ea, qua ex eo orirentur, definita* &c.] *Plutarchus* in Στρωματεῦσιν apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. cap. 8. Ἀναξιμένην δέ φασι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν ἈΈΡΑ εἰπεῖν, καὶ τοῦτον εἶναι τῷ μὲν γένει ἄπειρον, ταῖς δὲ περὶ αὐτὸν ποιότησιν ὁριζόμενον· γεννᾶσθαι δὲ πάντα κατά τινα πύκνωσιν τούτου καὶ ἀραίωσιν &c. Teſtatur etiam *Origenes* Philoſ. cap. VII. ἀέρα ἄπειρον ei fuiſſe principium ex quo omnia nata voluit. Nec aliter ſcripſit *Laertius* lib. II. §. 3. ut monuerunt viri docti. *Minucius Felix* cap. XIX. *Anaximenes --- aëra Deum ſtatuit, infinitum & immenſum.* Vide & *Simplicium* in Ariſtotelis Phyſ. lib. I. fol. 6. *Nemeſius* de Nat. Hom. pag. 130. Ἀναξιμένης δὲ ἀέρα μόνον λέγων, καὶ αὐτὸς ὁμοίως πειρᾶται δεικνύναι τὰ ἄλλα ϛοιχεῖα ἐκ τοῦ ἀέρος ἀποτελούμενα. Aërem vero

autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. [1] Anaxagoras, materiam infinitam: [2] ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas; eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas mente divina. Xenophanes, paullo etiam antiquior, unum eſſe omnia, neque id eſſe mutabile,

vero ſimpliciter in enarranda Anaximenis ſententia memorant alii ſcriptores, niſi quod *æthera* dicat *Lactantius* Div. Inſt. lib. I. cap. 5. *Davies*.

1 *Anaxagoras materiam infinitam, ſed* eas *particulas ſimiles inter ſe*] Lambinus *id eſt particulas* &c. Melius fortaſſe in veteribus, *ſed ex ea particulas* &c. *Urſinus*.

2 *Sed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas; eas primum confuſas, poſtea in ordinem adductas à mente divina*] Ita quidem locus hicce vulgo legitur & diſtingitur, nec aliter fere Codices, præterquam quod *Reg.* omittat *ex ea*: *Bal.* vero det *ſimiles* intereſſe *minutas*. Lego *ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe*, ET *minutas* eas, *primum confuſas* &c. *Particulæ ſimiles inter ſe* ſunt eæ quas finxit ὁμοιομέρειαι, de quibus vide *Lucretium* lib. I, 830, ſeqq. & *Simplicium* in Ariſtotelis Phyſ. fol. 6. B. *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græc. cap. III. pag. 50. Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος ἀρχὰς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομερείας εἶναι ἔφη. Ac in eandem mentem *Plutarchus* Plac. Phil. I, 3. *Sextus Empiricus* Pyrrh. Hypot. III, 4. *Diogenes Laertius* II, 8. *Origenes* Philoſ. cap. VIII. *Epiphanius* Tom. I. pag. 1086. aliique quorum verba non referam. Mira tamen ſunt hæc *Irenæi* lib. II. cap. 19. *Anaxagoras autem, qui & Atheus cognominatus eſt, dogmatizavit facta animalia, decidentibus è cælo in terram ſeminibus.* Scio quidem eum ab Athenienſibus impietatis fuiſſe damnatum, quod ſolem dixerit μύδρον εἶναι διάπυρον. At ab Atheiſmo tantum aberat, ut is primus mentem divinam rebus ordinandis præfecerit, ideoque νοῦς fuerit appellatus. Vide ſis Interpretes ad *Laertii* II, 6. quibus addi poſſint *Plutarchus* de Plac. Philoſ. I, 7. *Origenes* Philoſ. cap. 8. *Stobæus* Eclog. Phyſ. pag. 26. & *Euſebius* Præp. Evang. XIV, 14, 16. Forſan igitur ſcripſit Epiſcopus Lugdunenſis, DIAGORAS *autem, qui & Atheus cognominatus eſt* &c. Adi *Ciceronem* N. D. I, 23. & *Lactantium* de Ira Dei cap. X. *Davies*.

3 *Neque natum* uſquam] Saltem reponi debet *unquam*; quod & in vetuſtioribus editis viſitur. At cum *Victorius* in ſuis repererit *neque natum uſquam quicquam*; & *Reg. Pariſ.* 2. 4. *Aſcenſ.* ac *Ven.* 1471. dent *neque natum unquam quicquam*; poſtremamque vocem *Cantab.* agnoſcat; levem verborum tranſpoſitionem faciendam ſuſpicor. Sic igitur ea collocarim, *& id eſſe Deum & ſempiternum, conglobata figura; neque natum unquam quicquam.* Certe Xenophanem dixiſſe, ὅτι οὐδὲν γίνεται οὐδὲ φθείρεται, teſtis eſt *Origenes* Philoſ. cap. XIV. *Plutarchus* in Στρωματεῦσιν apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. I. cap. 8. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος --- οὔτε γένεσιν, οὔτε φθορὰν ἀπολείπει· ἀλλ' εἶναι λέγει τὸ πᾶν ἀεὶ ὅμοιον. Ejus de univerſo

tabile, & id eſſe Deum, [3] neque natum uſquam, & ſempiternum, conglobata figura. [4] Parmenides, ignem, qui moveat terram, quae ab eo formetur. [5] Leucippus, plenum & inane. Democritus huic in hoc ſimilis, uberior in ceteris. Empedocles, haec pervolgata & nota quat-

verſo ſententiam ſic exponit *Theodoretus* Therap. IV. pag. 57. Ξενοφάνης ---- ἓν εἶναι τὸ πᾶν ἔφησε, σφαιροειδὲς καὶ πεπερασμένον, οὐ γεννητὸν ἀλλ' ἀΐδιον καὶ πάμπαν ἀκίνητον. Non igitur erat, cur vir doctiſſimus *J. A. Fabricius* ad *Sexti* Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. XXXIII. §. 225. in *Origenis* philoſophumenis, illata particula negante, legeret οὐ πεπερασμένον καὶ σφαιροειδῆ. Vide quæ diximus ad lib. I. N. D. cap. XI. Adde *Stobaeum* Eclog. Phyſ. pag. 26. & *Chalcidium* §. CCLXXIX. *Idem.*

4 *Parmenides ignem qui moveat terram, qua ab eo formetur*] *Diogenes Laertius* lib. IX. §. 21. Parmenides dixit δύο τε εἶναι στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆν, καὶ τὸ μὲν δημιουργοῦ τάξιν ἔχειν, τὴν δὲ ὕλης. Ubi vide quæ notarunt *Menagius* & *Kuhnius*. *Theodoretus* Therap. IV. pag. 57. Αἴτιον δὲ τῶν ὅλων, οὐ τὴν γῆν μόνον---ἀλλὰ καὶ τὸ πῦρ εἴρηκεν οὗτος, nempe Parmenides. At *Clemens* Recogn. VIII, 15. *Parmenides terram*, principium ponit; & quidem ὑλικὸν, nam τὸ δημιουργικὸν prætermittit iſte ſcriptor. *Epiphanius* autem Tom. I. pag. 1087. Παρμενίδης, inquit, ὁ τοῦ Πύρητος, καὶ αὐτὸς τὸ ΑΠΕΙΡΟΝ ἔλεγεν ἀρχὴν τῶν πάντων. Forte reſcribendum τὸ ΠΥ͂Ρ. Nam Parmenidi τὸ πᾶν fuit ἓν καὶ πεπερασμένον, ut teſtatur *Simplicius* in *Ariſtotelis* Phyſ. lib. I. fol. 7. Vide & fol. 6. ac *Chalcidium* in Timæum §. 279. Erraſſe tamen *Epiphanium* potius crediderim. *Hermias* quidem in Irriſ. Gentil. Philoſ. cap. VI. ἄπειρον memorat, cum Parmenidis opinionem περὶ τῆς ἀρχῆς recenſet: ſed hujus & Meliſſi ſententiam miſcuit ac confudit ſcriptor iſte. *Idem.*

5 *Leucippus plenum & inane. Democritus huic in hoc ſimilis*] Hoc ſatis notum fit ex *Clementis* Protrept. pag. 57. *Stobaeo* Eclog. Phyſ. pag. 27. *Origene* Philoſ. capp. 12, 13. aliiſque plurimis. Nonnihil vero lapſus eſt *Theodoretus*, qui Therap. IV. pag. 57. Δημόκριτος, inquit, τὴν τοῦ κενοῦ καὶ τῶν ναστῶν ΠΡΩΤΟΣ ἐπεισήγαγε δόξαν· id enim ante fecerat magiſter ejus Leucippus. *Irenaeus* lib. II. cap. 19. UMBRAM *autem & vacuum ipſorum à Democrito & Epicuro ſumentes ſibimet ipſis aptaverunt, cum illi primum multum ſermonem fecerint de vacuo & de* ATOMIS. Omnino legendum, PLEROMA *autem & vacuum ipſorum à Democrito & Epicuro ſumentes* &c. Id ex ſequentibus conſtat: ait enim, *hi eſſe quidem illa, quæ ſunt intra* PLEROMA, *vocant, quemadmodum illi* ATOMOS: *non eſſe autem hæc, quæ ſunt extra Pleroma, quemadmodum illi vacuum.* Eodem enim redit ſive πλῆρες dicas ſive ναστὸν ſive ἄτομον & ἀδιαίρετον. Vide *Simplicium* in Ariſtotelis Phyſ. fol. 7. Mirarer tam craſſum mendum *Grabii Maſſuetique* oculos potuiſſe fugere, niſi plura ſimilia reſtarent emendanda. Eorum tamen meritis nihil detractum volo. *Idem.*

1 *Mo-*

quattuor. Heraclitus, ignem. [1] Meliſſus, hoc, quod eſſet infinitum & inmutabile, & fuiſſe ſemper, & fore. [2] Plato ex materia in ſe omnia recipiente mundum eſſe factum cenſet à deo ſempiternum. Pythagorei [3] ex numeris & Mathematicorum initiis proficiſci volunt omnia. Ex his eliget veſter ſapiens unum aliquem, credo, quem ſequatur: ceteri, tot viri & tanti, repudiati ab eo condemnatique diſcedent. Quamcumque vero ſententiam probaverit, eam ſic animo conprehenſam habebit, ut ea quae ſenſi-

1 *Meliſſus hoc, quod eſſet infinitum & immutabile, & fuiſſe ſemper, & fore*] De Empedoclis & Heracliti ſententia non eſt cur dicam; cum hunc, ignem, illum vero ignem, aquam, aërem, terram pro principiis habuiſſe conſentiant omnes. Vide modo *Juſtinum* Martyrem Cohort. capp. 3, 4. & *Clementem* Protrept. pag. 55. At quoad Meliſſi ſententiam tam à noſtro quam à vero diverſus abit *Epiphanius* Tom. I. pag. 1087. Μέλισσος, inquit, ὁ τοῦ Ἰθαγένους, Σάμιος τὸ γένος, ἓν τὸ πᾶν ἔφη εἶναι, μηδὲν δὲ βέβαιον ὑπάρχειν τῇ φύσει, ἀλλὰ πάντα εἶναι φθαρτὰ ἐν δυνάμει. Cum tamen ille τὸ πᾶν fecerit ἄπειρον καὶ ἀναλλοίωτον, teſte *Laertio* IX, 24. ubi vide *Menagium*. Addas hæc *Chalcidii* §. 279. *Unum omnia eſſe cenſentes immobile, ſine ortu & ſine interitu, ut Xenophanes,* Meliſſus, *Parmenides. Sed Parmenides quidem unum perfectum omne & definitum pronuntiat:* Meliſſus *autem infinitum & indeterminatum.* Item illud *Ariſtotelis* de Cælo lib. III. cap. 1. Οἱ μὲν inquit, αὐτῶν ἀνεῖλον ὅλως ΓΕΝΕΣΙΝ καὶ ΦΘΟΡΑ'Ν· οὐθὲν γὰρ οὔτε γίγνεσθαι, φασιν, οὔτε φθείρεσθαι τῶν ὄντων, ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν, οἷον οἱ περὶ ΜΕΛΙΣΣΟΝ τε καὶ Παρμενίδην. Sed & ipſa Meliſſi verba, quibus res liquida ſit, ſervavit *Simplicius* in *Ariſtotelis* Phyſ. fol. 9. A. B. *Davies.*

2 *Plato ex materia in ſe omnia recipiente* &c.] *Theophraſtus* apud *Simplicium* in Phyſ. lib. I. fol. 6. B. Plato δύο τὰς ἀρχὰς βούλεται ποιεῖν, τὸ μὲν ὑποκείμενον ὡς ὕλην, ὃ προσαγορεύει ΠΑΝΔΕΧΕ'Σ· τὸ δὲ ὡς αἴτιον καὶ κινοῦν, ὃ περιάπτει τῇ τοῦ θεοῦ καὶ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμει. Vulgo tamen tria principia Platoni tribuuntur, ἡ ὕλη, καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ παράδειγμα, quod & εἶδος & ἰδέαν vocant. Vide ſis e. g. *Alcinoum* Doctr. Plat. capp. 8, 9, 10. *Juſtinum* Martyrem Cohort. cap. 6. *Stobaeum* Eclog. Phyſ. pag. 28. & *Origenem* Philoſ. cap. XIX. At ad partes iterum vocandus eſt *Epiphanius*; cui Tom. I. pag. 1088. Plato dixiſſe traditur τὸν κόσμον γεννητὸν καὶ ΦΘΑΡΤΟ'Ν ὑπάρχειν, cum is eum ἄφθαρτον cenſuerit. Adi ſis lib. I. N. D. cap. 8. *Laertium* III, 72. & *Plutarchum* Plac. Philoſ. I, 5. Attamen is ipſe lib. II. cap. 4. hæc

Digitized by Google

ſenſibus; nec magis adprobabit nunc lucere, quam, quoniam Stoicus eſt, hunc mundum eſſe ſapientem, habere mentem, quae & ſe & ipſum fabricata ſit, & omnia moderetur, moveat, regat. [4] Erit ei perſuaſum etiam, ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe, quod quaedam animalis intellegentia [5] per omnia ea permeet & tranſeat: fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret.
Sint iſta vera: (vides enim jam me fateri aliquid eſſe veri) conprehendi ea tamen & percipi nego. 38

hæc habet: Πλάτων γεννητὸν ὑπὸ Θεοῦ τὸν κόσμον καὶ ΦΘΑΡΤΟ'Ν μὲν, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει ---- οὐ μὴν φθαρησόμενόν γε προνοίᾳ καὶ συνοχῇ Θεοῦ. Quæ leviorem ſane reddunt *Epiphanii* errorem. *Idem.*

3 *Ex numeris & Mathematicorum initiis*] *Plutarchus* de Plac. Philoſ. I, 3. Pythagoras dixit ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις, ἃς καὶ ἁρμονίας καλεῖ· τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα, στοιχεῖα, καλούμενα δὲ γεωμετρικά. Quæ verba tantum non repetit *Juſtinus* Martyr Cohort. ad Græcos cap. IV. Eadem habet etiam *Stobæus* Eclog. Phyſ. pag. 27. *Clemens* Recogn. lib. VIII. cap. 15. *Pythagoras elementa principiorum* NUMEROS *eſſe dicit.* Idem videre eſt apud *Sextum Empiricum* Pyrrh. Hypot. lib. III. capp. 4, 18. *Arnobium* lib. II. pag. 60. *Simplicium* in Ariſtotelis Phyſ. lib. I. fol. 6. B. alioſque plurimos. *Initia* vero *Mathematicorum*, quæ memorat noſter, puncta ſunt & lineæ: ex his enim planæ ſolidæque naſcuntur figuræ, quæ pro Pythagoræ mente ſolidorum corporum ſunt parentes. Anonymus in vita Pythagoræ apud *Photium* Cod. CCXLIX. col. 1316. Ὅτι τὴν μονάδα πάντων ἀρχὴν ἔλεγον Πυθαγόρειοι· ἐπεὶ τὸ μὲν σημεῖον ἀρχὴν ἔλεγον γραμμῆς· τὴν δὲ, ἐπιπέδου· τὸ δὲ, τοῦ τριχῇ διαστατοῦ ἤτοι σώματος. Τοῦ δὲ σημείου προεπινοεῖται ἡ μονάς· ὥστε ἀρχὴ τῶν σωμάτων ἡ μονάς· ὥστε τὰ σώματα πάντα ἐκ τῆς μονάδος γεγένηται. Vide ſis & *Laertium* VIII, 25. *Idem.*

4 *Erit ei perſuaſum etiam*] Vulgo *erit perſuaſum etiam.* At *Ven.* 1471. & *Aſcenſ.* dant *erit* enim *perſuaſum etiam.* Unde legendum *erit* EI *perſuaſum etiam*; prout edidit Lambinus, ac diſerte repræſentant *Pariſ.* 5. *Reg.* & *Cantab.* Idem.

5 *Per omnia* permeet *& tranſeat*] Noſtri libri veteres habent plane, *per omnia permanet & tranſeat*, quæ ſcriptura non eſt rejicienda: ſed nec hæc, quam ſecuti ſumus damnanda. *Lambinus.*

Ibid. Permeet *& tranſeat*] *Pariſ.* 1. 2. 5. *Reg.* & *Cantab.* dant *permanet & tranſeat.* Nec id male. *Dav.*

1 *Flumen*

Digitized by Google

nego. Cum enim tuus iſte Stoicus ſapiens ſyllabatim tibi iſta dixerit; [1] veniet flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles, qui illum deſipere dicat: neque enim ortum eſſe umquam mundum, [2] quod nulla fuerit novo conſilio inito tam praeclari operis inceptio; & ita eſſe eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, [3] nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere, ut hic ornatus umquam dilapſus occidat. Tibi hoc repudiare, illud autem ſuperius ſicut caput & famam tuam defendere, neceſſe erit. Mihi, [4] ne ut dubitem quidem, relinquatur? Ut omittam levitatem temere adſentientium; [5] quanti libertas iſta

1 *Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles*] *Ammianus Marcellinus* lib. XXVII. cap. 4. *Stagira, ubi Ariſtotelem, ut Tullius ait,* fundentem aureum flumen, *accepimus natum.* Ad hunc locum reſpicit; quod notare debuerunt illius ſcriptoris Editores. *Davies.*

2 *Quod nulla fuerit, novo conſilio* inito] Sic legendum, non, ut eſt in libris vulgatis, *initio.* LAMBIN. Sic ediderat *Victorius.*

3 *Nulla ſenectus* diuturnitate *temporum* exiſtere] Recte *Walkerus* noſter *efficere* legit, non *exiſtere.* Praeterea repoſuerim, *nulla ſenectus* diuturnitaſve *temporum* efficere. *Dav.*

4 *Ne ut dubitem* relinquatur?] *Tp. relinquetur* ſine interrogationis nota. Manutius & Lambinus *relinquetur*; ſed interrogative: quod non placet. *Guietus.*

5 *Quanti libertas* iſta *aeſtimanda eſt*] Videtur rectius eſſe in MSto *ipſa* pro *iſta.* URSIN. Ibid. *Pariſ.* 4. 5. *Elienſ.* & *Cantab.* cum MSto *Urſin.* faciunt & *ipſa* repraeſentant. Vel haec vel illa lectio ſtare poteſt. *Davies.*

6 *Sic enim vultis ---fecerit*] Laudat *Nonius* in *natrices.* Idem.

7 *Cur mortifera tam multa* perniciosa *terra marique diſperſerit*] Lambinus edidit *mortifera tam multa,* tam multa *pernicioſa.* At vero cum *pernicioſa* non compareat in *Cantab.* noſtro, illud tanquam Gloſſema cinximus uncinis. Cum tamen *Lactantius* Div. Inſt. lib. VII. cap. IV, II. Haec ita laudet, *cur tam multa* PESTIFERA *terra marique diſperſerit*; forſan & *mortifera* & *pernicioſa* ſunt vocis illius interpretationes, veramque lectionem nobis ſervavit ſcriptor elegantiſſimus. De re ipſa videſis *Euſebium* Praep. Evang. lib. VIII. cap. XIV. pag. 387. *Idem.*

8 *Myrmecides aliquis, minutorum*]

De

iſta aeſtimanda eſt, non mihi neceſſe eſſe, quod tibi eſt? Cur deus, omnia noſtri cauſa cum faceret, ([6] ſic enim voltis) tantam vim natricum viperarumque fecerit? [7] cur mortifera tam multa [pernicioſa] terra marique diſperſerit? Negatis haec tam polite tamque ſubtiliter effici potuiſſe ſine divina aliqua ſolertia: cujus quidem vos majeſtatem deducitis uſque ad apium formicarumque perfectionem; ut etiam inter deos [8] Myrmecides aliquis, minutorum opuſculorum fabricator, fuiſſe videatur. [9] Negas ſine deo poſſe quicquam. Ecce tibi è tranſverſo Lampſacenus Strato, qui det iſti deo inmunitatem magni quidem muneris: (ſed cum ſacer-

De Myrmecide ſic *Varro* lib. VI. de L. L. *Etenim facilius obſcura opera Myrmecidis ex ebore oculi videant, ſi extrinſecus nigras ſetas admoveant.* *Plinius* lib. VII. cap. 21. *Callicrates ex ebore formicas & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum à ceteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: à quo quadrigam ex eadem materia, quam muſca integeret alis, fabricatam, & navem, quam apicula pinnis abſconderet.* Idem lib. XXXVI. cap. 5. *Sunt & in parvis marmoreis famam conſecuti Myrmecides, cujus quadrigam cum agitatore tooperuit alis muſca; & Callicrates, cujus formicarum pedes atque alia membra pervidere non eſt.* *Galenus* προτρεπτικῷ εἰς τὰς τέχνας. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὑμᾶς καὶ πάνυ πέποιθα γινώσκειν, ὅτι μηδὲν τούτων ἐστὶ τέχνη, οἷον τὸ πεταυριστεῖν, καὶ βαδίζειν ἐπὶ χοινίων λεπτῶν, ἐν κύκλῳ τε περιδινεῖσθαι μὴ σκοτούμενον, καὶ τοιαῦτα ποιεῖν, οἷα τὰ Μυρμηκίδου τοῦ Ἀθηναίου καὶ Καλλικράτους τοῦ Λακεδαιμονίου. Id eſt: *Ac de aliis quidem valde confido vos ſic exiſtimare, nihil horum artem eſſe, exempli cauſa petauriſtarum more pernici ſaltu movere & quaſi in aëre volare, & in funibus tenuibus ambulare, & in orbem circumagi ſine vertigine capitis, & talia opera facere, qualia Myrmecidis Athenienſis, & Callicratis Lacedamonii fuerunt.* Lambinus.

Ibid. *Myrmecides aliquis*] De hoc opifice veterum loca collegerunt *Hadr. Junius* Anim. lib. VI. cap. 4. & Interpretes ad *Æliani* Var. Hiſt. lib. I. cap. 17. *Davies.*

9 *Negas ſine Deo poſſe quicquam*] Imperfecta, ſicut arbitror, eſt ſentententia. Lego *negas ſine Deo poſſe quicquam* ESSE. *Ecce tibi* &c. Illa vox videtur excidiſſe, quod tanta ſit ei cum ſequente ſimilitudo. *Idem.*

 1 *Quo-*

ſacerdotes deorum vacationem habeant, quanto eſt aequius habere ipſos deos?) negat opera deorum ſe uti ad fabricandum mundum. [1] Quaecunque ſint, docet omnia effecta eſſe natura: nec ut ille, qui aſperis, & levibus, & hamatis, [2] uncinatiſque corporibus concreta haec eſſe dicat, interjecto inani. Somnia cenſet haec eſſe Democriti, [3] non docentis, ſed optantis. Ipſe autem ſingulas mundi partes perſequens, quicquid aut ſit aut fiat, naturalibus fieri aut factum eſſe docet ponderibus & motibus. [4] Nae ille & deum opere magno liberat, & me timore. Quis enim poteſt (cum exiſtimet à deo ſe curari) non & dies & noctes divinum

1 *Quacunque ſint, docet omnia effecta eſſe natura*] *Plutarchus* advſ. Colotem pag. 1115. Στράτων τὸν κόσμον αὐτὸν οὐ ζῷον εἶναι φησὶ, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τῷ κατὰ τύχην· ἀρχὴν γὰρ ἐνδιδόναι τὸ αὐτόματον, εἶτα οὕτω περαίνεσθαι τῶν φυσικῶν παθῶν ἕκαστον. *Epiphanius* Tom. I. pag. 1090. Στρατωνίων ἐκ Λαμψάκου (Lege cum *Petavio* Στράτων ἐκ Λαμψάκου) τὴν θερμὴν οὐσίαν ἔλεγεν αἰτίαν πάντων ὑπάρχειν· ἄπειρα δὲ ἔλεγεν εἶναι τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ πᾶν ζῷον ἔλεγεν οὐ δεικτικὸν εἶναι. Forte καὶ πᾶν ΖΩΗ'Σ ἔλεγεν οὐ ΔΕΚΤΙΚΟ'Ν εἶναι. Alios locos huc ſpectantes indicavimus ad lib. I. N. D. cap. 13. Vide & *Cudworthi* Syſt. Intell. cap. III. §. 4, ſeqq. *Davies.*

2 *Uncinatiſque* corporibus *concreta*] *Corpuſculis concreta* legit *Nonius* in *uncinatum.* Adi *Ciceronem* Nat. Deor. lib. I. cap. 24. & *Lactantium* de Ira Dei cap. 10. *Idem.*

3 *Non docentis ſed* optantis] Fruſtra prorſus eſt *Fr. Guietus*, qui legit, *non docentis, ſed* potantis. *Cicero* Tuſc. lib. II. cap. 12. *Optare hoc quidem eſt, non docere.* Ibi nos plura. *Idem.*

4 Næ *ille & Deum*] Vulgo *ſic ille & Deum.* Verum quum *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg.* & *Cantab.* dent *ne ille & Deum*; rectam lectionem non difficulter erui. *Idem.*

5 *Craſſis occultata & circumfuſa tenebris.*] Verſus eſt Heroicus. Non tamen eum veteris alicujus Poëtæ eſſe cenſeo; è Ciceronis enim nec opinantis calamo videtur effluxiſſe. Sed & hoc à Rhetoribus notatum video. *Martianus Capella* lib. V. p. 168. *Verſus heroicos* ---- Cicero *non evitet, cum dicit* ---- *in Academicis*: Latent iſta omnia, Varro, Magnis obſcurata & circumfuſa tenebris. Variarum quidem lectionum rationem non habeo, cum fieri poſſit ut ipſe Tullius harum mutationum ſit auctor; ſiquidem duas horum librorum fecit editiones. *Davies.*

Digitized by Google

divinum numen horrere? &, ſi quid adverſi
acciderit, (quod cui non accidit?) extimeſcere,
ne id jure evenerit? Nec Stratoni tamen ad-
ſentior, nec vero tibi: modo hoc, modo il-
lud probabilius videtur. Latent iſta omnia, 39
Luculle, [5] craſſis occultata & circumfuſa tene-
bris, ut nulla acies humani ingenii tanta ſit,
quae penetrare in caelum, terram intrare poſ-
ſit. Corpora noſtra non novimus: qui ſint ſi-
tus partium; quam vim quaeque pars habeat,
ignoramus. Itaque medici ipſi, quorum inter-
erat ea noſſe, [6] aperuerunt ut viderentur: [7] nec
eo tamen ajunt [8] Empirici notiora eſſe illa;
quia

6 *Aperuerunt ut* viderentur] Ita quidem *Gruteriani* noſtrique Codices. Lego, quemadmodum *Guietus* etiam voluit, *ut viderent*. *Manucius*, *Lambinus*, alii, dederant, *ut ea viderent*. Intruſo contra MSStorum fidem pronomine. *Idem*.

7 *Nec eo tamen aiunt* Empirici *notiora* &c.] Sic legendum, non, ut habent omnes libri vulgati, *Empiricis*. Nam & ſententia, ut ita legatur, poſtulat, & libri veteres ita plane ſcriptum habent. Empirici, inquit, quamvis medici corpora aperuerint, ut viderent ſingularum partium ſitus &c. negant tamen ea idcirco eſſe notiora; quin &c. Empirici autem ſunt ii, qui artem negligunt, uſum tantum conſecuti ſunt, & uſu tantum valent. LAMBINUS.

Ibid. *Nec eo tamen aiunt* Empiricis *notiora eſſe illa, quia* &c.] Videtur legendum *Empirici* ſine littera *s*, & ita interpungendum, *Nec eo tamen aiunt Empirici notiora eſſe illa, quia* &c. Hoc autem Empiricorum argumentum, quo corporum diſſectionem ſupervacaneam & vanam eſſe conabantur oſtendere, ponitur à *Galeno* multis in locis, & à *Corn. Celſo* in procemio, cujus verba ſunt hæc: *Nam colorem, lævorem, mollitiem, duritiem, ſimiliaque omnia, non eſſe talia inciſo corpore, qualia integro fuerint. Tum quia, corporibus inviolatis, hac tamen metu, dolore, inedia, cruditate, laſſitudine, & mille aliis mediocribus affectibus, ſæpe mutantur. Unde multo magis veriſimile interiora, quibus major mollities, & lux ipſa nova eſt, ſub graviſſimis vulneribus & ipſa trucidatione mutari. Neque quicquam eſſe ſtultius, quam quale quid vivo homine eſt, tale exiſtimare eſſe moriente, imo jam mortuo.* Urſinus.

8 Empirici *notiora*] Ita primus emendavit *Turnebus* Adverſ. lib. XVI. cap. 18. cum vulgo darent *Empiricis notiora*. Ejus correctio-

quiá poſſit fieri [1] ut patefacta & detecta mu-
tentur. Sed ecquid nos eodem modo rerum
naturas perſecare, aperire, dividere poſſumus,
ut videamus, terra penituſne defixa ſit & qua-
ſi radicibus ſuis haereat, [2] an media pendeat?
[3] Habitari ait Xenophanes in luna, eamque eſſe
terram multarum urbium & montium. Por-
tenta videntur. Sed tamen nec ille, qui di-
xit, jurare poſſet ita ſe rem habere, [4] neque e-
go.

tiem firmat res ipſa, noſtrique *Pariſ.* 1. *Reg. Cantab. Elienſ.* & *Ven.* 1471. Idem facit & *Pariſ.* 5. licet in eo corrupte legatur *Epicurici.* Præter *Celſum* Medic. Præf. pag. XI. cujus verba quædam adduxit *Urſinus*, ſic *Galenus* de ſectis Tom. I. pag. 12. ed. Baſil. Τῶν Ἐμπειρικῶν μηθ' εὑρίσκειν τι τὴν ἀνατομὴν συγχωρούντων· μήτ' εἰ καὶ εὑρίσκοιτο, ἀναγκαῖον εἰς τὴν τέχνην εἶναι τοῦτο· ἀλλὰ μήτε ἔνδειξιν ὑπάρχειν τὸ παράπαν, μηθ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου δύνασθαι γνωσθῆναι· πάντα γὰρ δεῖσθαι τῆς ἐξ ἑαυτῶν γνώσεως, μηδ' εἶναι τι σημεῖον ἀδήλου φύσει πράγματος &c. *Tertullianus* de Anima cap. X. *Herophilus ille, Medicus* aut *Lanius*, (Lege *Medicus* an *Lanius?*) *qui ſexcentos exſecuit ut naturam ſcrutaretur, qui hominem odiit ut noſſet, neſcio an omnia interna ejus liquido explorarit, ipſa morte mutante quæ vixerant, & morte non ſimplici, ſed ipſa inter artificia exſectionis errante.* Hoc de venis docet *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. lib. III. cap. 2. *Davies.*

1 *Ut patefacta & detecta mutentur*] Nihil, ut opinor, hac lectione clarius reique quæ agitur accommodatius. Quin & vel hanc ob cauſam placere queat, quod Apoſtolus Hebr. IV, 13. hinc ducta metaphora dixerit πάντα ΓΥΜΝᾺ καὶ τετραχηλισμένα, *omnia nuda & aperta*, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. Quia tamen liber S. Victoris habet *dejecta*, ita reponit *Gruterus* & receptam vocem pronuntiat ineptiſſimam. At Gulielmius *disjecta* mavult. Mihi quidem uterque videtur egregie falſus, licet *dejecta* repræſentent etiam *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg.* & *Ven.* 1471. Nam, ſive *dejecta* legas ſive *disjecta*, ſenſus exſurgit parum commodus. *Guietus* etiam *dejecta* legit abſque cauſa ſontica. *Idem.*

2 *An* media *pendeat*] *Pariſ.* 1. 2. 5. *Reg.* & *Cantab.* habent *medio.* Librarii voluerunt *an in medio pendeat.* Sed elegantior eſt recepta lectio. *Idem.*

3 *Habitari ait Xenophanes in Luna*] *Lactantius* Div. Inſtit. lib. III. cap. XXIII, 12. *Xenophanes dixit intra concavum Lunæ ſinum eſſe aliam terram, & ibi aliud genus hominum ſimili modo vivere, quo nos in hac terra vivimus.* Idem tradit in Epitomes cap. XXXIX. Eadem fuit Anaxagoræ & Democriti ſententia; quod præter eos quos laudavit *Menagius*

ad

Digitized by Google

go. Nonne etiam dicitis, eſſe è regione nobis, [5] è contraria parte terrae, [6] qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? Cur mihi magis ſuccenſetis, qui iſta non aſpernor, quam eis, qui, cum audiunt, deſipere vos arbitrantur? [7] Hicetas Syracoſius, ut ait Theophraſtus, caelum, ſolem, lunam, ſtellas, ſupera denique omnia, ſtare cenſet; neque, praeter terram, rem ullam in mundo

ad *Laertii* II, 8. tradunt *Plutarchus* de Plac. Philoſ. lib. II. cap. 25. & ex eo *Euſebius* Præp. Evang. lib. XV. cap. 26. *Stobæus* Eclog. Phyſ. pag. 59. & *Theodoretus* Therap. IV. pag. 59. *Idem.*

4 *Neque ego.* Nonne *etiam dicitis* &c.] Aliquid aperte deeſt, quod recte vidit *Joan. Clericus:* idcirco doctiſſimus ille vir ſupplevit *neque ego* non habere. *Nonne etiam dicitis* &c. *Baliol.* habet *neque ego. Non enim etiam dicitis.* Sed nihil auxilii fert ille Codex. At *Nonius* in *è regione* locum ſic laudat, ut Cicero ſcriptum reliquit. *Cicero*, inquit, Acad. lib. IV. *Nec ego, non ita vos etiam dicitis eſſe è regione nobis* IN *contraria parte terra, qui* averſis (ex MSto C.C.C.C. lege *adverſis*) *veſtigiis ſtent noſtra contra veſtigia.* Bene ſe res habet, ſi modo diſtinguas, *neque ego* non ita. Vos *etiam dicitis eſſe è regione nobis* IN *contraria parte terra* &c. *Idem.*

5 *E contraria parte terra*] Videntur hæc aliena, non *Ciceronis.* Lambinus.

Ibid. *E contraria*] Ip. *in contraria.* Sic Nonius. *Guietus.*

6 *Qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia*] *Diogenes* in Pythagora: Εἶναι μὲν καὶ Ἀντίποδας, καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις ἄνω. Urſinus.

7 *Nicetas Syracuſius*] *Hicetas* legendum putat *Octavianus Ferrarius*, ſingularis & doctrinæ & probitatis homo, ex *Diogene* in Philolai Crotonienſis vita, qui ait Hicetam Syracuſium primum ſenſiſſe, terram in orbem circumferri. *Plutarchus* quoque lib. III. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις cap. 9. Οἰκέτην nominat; ſed mendoſe: priore nominis ſyllaba, per errorem Librarii, mendoſe ſcripta. *Euſebius* lib. XV. Præp. Evang. cap. 55. *Plutarchi* locum fere totum mutuans, Ἱκέτην dicit: qui eſt emendandus. Poteſt autem dici & *Hicetas*, quomodo apud *Diogenem*, & *Hicetes*, quomodo apud *Plutarchum:* ex Doricæ linguæ uſu. *P. Manucius.*

Ibid. *Hicetas Syracoſius*] *Pariſ.* 1. 2. 4. *Hac & Syracuſius.* At 5. & *Ven.* 1471. *Hic & aſyracoſius.* *Reg.* autem, *Hiceta Syracoſius.* Leg. *Hicetas Syracoſius*, ut diſerte *Cantab.* Vulgo *Nicetas Syracuſius.* Sed *Hicetam* pro *Niceta* reponendum dudum viderunt *Turnebus* Adverſ. XVI, 18. *Muretus* Var. Lect. XI, 14. & alii. Vide *Diogenem* Laertium lib. VIII. §. 85. *Davies.*

do moveri: quae cum circum axem ſe ſumma celeritate convertat & torqueat, eadem effici omnia, quaſi ſtante terra caelum moveretur. [1] Atque hoc etiam Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, ſed paullo obſcurius. Quid tu, Epicure? Loquere. Putas ſolem eſſe tantulum? [2] Ego ne vobis quidem tantum. Sed & vos ab illo inridemini; & ipſi illum viciſſim eluditis. Liber igitur à tali inriſione Socrates, liber Ariſto Chius, qui nihil iſtorum ſciri putat poſſe. Sed redeo ad animum & corpus.

1 *Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur*] Reſpicit noſter ad illa *Platonis* in Timæo pag. 530. E. ubi ait γῆν δὲ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τεταμένον Vide ſis & *Ariſtotelem* de Cælo lib. II. cap. 13. *Plutarchus* Quæſt. Platon. pag. 1006. Πότερον οὕτως ἐκίνει (Πλάτων) τὴν γῆν, ὥσπερ ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς πέντε πλανήτας, ---- καὶ ἔδει τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ πάντων πόλον τεταγμένον (Lege τεταμένον) μὴ μεμηχανῆσθαι συνεχομένην καὶ μένουσαν, ἀλλὰ στρεφομένην καὶ ἀνειλουμένην νοεῖν; ------ Θεόφραστος δὲ καὶ προσιστορεῖ τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμελεῖν ὡς οὐ προσήκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. Adeas licet eundem in Numa pag. 67. & *Chalcidium* in Timæum §. CXXI. *Davies.*

2 *Egone? ne bis quidem tantum*] Verba ſunt Epicuri; quorum hæc ſententia eſt: Ego ſolem majorem quidem eſſe poſſe, quam videatur, puto; ſed non multo: ne bis majorem quidem, id eſt, ne altero quidem tanto majorem eſſe arbitror: tantum abeſt, ut amplius duodeviginti partibus majorem, quam terram, eſſe putem, ut Mathematici confirmant. Sic fere ſupra: *Epicurus autem poſſe putat etiam minorem eſſe eum quam videatur, ſed non multo: ne majorem quidem multo putat eſſe, vel tantum eſſe, quantus videatur.* Mendoſi autem ſunt hoc loco libri omnes, qui habent, *Egone vobis tantum* &c. *Lambin.*

Ibid. *Egone vobis* &c.] An ſic, *Egone? vix quidem tantum.* Id eſt, vix tantum eſſe puto, quantum eſſe dixi. Verba ſunt Epicuri reſpondentis. *Guietus.*

Ibid. *Ego ne* vobis *quidem tantum*] *Lambinus* reſcribendum conjecit *egone? Ne bis quidem tantum: Petrus* autem *Faber* minore mutatione legit, *egone?* Nobis *quidem tantum*; quod Epicurus dixit κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἩΜΑΣ τηλικοῦτον εἶναι ἥλιον ἡλίκος φαίνεται. Vide nos ad cap. XXVI. *Reg.* & liber S. Victoris & *Pariſ.* 5. exhibent *Egone? Vos quidem tantum.* Sic & Pariſ. 2. 4. ac *Ven.* 1471. niſi quod illi perperam *nos* repræſentent. Nec enim videtur philoſophus iſte ſuam poſuiſſe ſententiam, ſed Stoicos, quod adeo vegrandem Soli magnitudinem tribuebant

corpus. Satiſne tandem ea nota ſunt nobis, quae nervorum natura ſit, quae venarum? Tenemuſne quid ſit animus? ubi ſit? denique, [3] ſitne, an, ut Dicaearcho viſum eſt, ne ſit quidem ullus? ſi eſt; [4] treſne partes habeat, ut Platoni placuit, rationis, irae, cupiditatis: an ſimplex unuſque ſit? [5] ſi unus & ſimplex; utrum ſit ignis, an anima, an ſanguis, [6] an, ut Xenocrates, mens nullo corpore? quod intellegi, quale ſit, vix poteſt: &, quicquid eſt, mortale ſit an aeternum? nam [7] utramque in partem multa

ta

tribuebant, irriſiſſe. Quam ob cauſam ea mihi præplacet lectio. *Davies.*

3 *Sitne* an, *ut Dicaarcho viſum eſt, ne ſit quidem ullus*] Vulgo *ſitne* AUT---*ne ſit quidem ullus*; quod ob Latinitatem, præeunte *Lambino*, mutavimus. *Sextus Empiricus* Pyrrh. Hypot. lib. II. cap. V, 31. Οἱ μὲν μὴ εἶναι τὴν ψυχὴν ἔφασαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Μεσσήνιον Δικαίαρχον. Et lib. VII. advſ. Mathem. §. 349. Οἱ μὲν μηδὲν φασὶν εἶναι αὐτὴν (διάνοιαν) παρὰ τὸ πῶς ἔχον σῶμα, καθάπερ ὁ Δικαίαρχος. Is ſcilicet animum ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων, è quibus corpus conſtat, eſſe cenſuit. Vide *Plutarchum* Plac. Philoſ. IV, 2. & *Stobæum* Eclog. Phyſ. p. 93, 108. Adeas etiam *Tertullianum* de Anima cap. XV. *Ciceronem* Tuſc. lib. I. capp. 10, 11, 18. & *Atticum* apud *Euſebium* Præp. Evang. lib. XV. cap. IX. pag. 810. *Idem.*

4 *Treſne partes habeat, ut Platoni placuit*] Juſtinus Martyr Cohort. ad Græcos cap. VII. pag. 57. Πλάτων μὲν γὰρ τριμερῆ αὐτὴν (ψυχὴν) εἶναί φησι· καὶ τὸ μὲν, λογικὸν αὐτῆς, τὸ δὲ, θυμικὸν, τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν εἶναι λέγει. Res eſt decantatiſſima. Vide *Plutarchum* Plac. Philoſ. lib. IV. cap. 4. *Tertullianum* de Anima cap. XVI. *Euſebium* Præp. Evang. lib. XV. cap. 60. ac *Ciceronem* Tuſc. lib. I. cap. 10. ubi nos plura. *Idem.*

5 *Si* unus & *ſimplex*] Vulgo *ſi ſimplex*, duabus vocibus omiſſis; quas pariter neſciunt *Victorius*, *Manucius*, *Lambinus*, *Brutus* & *Aldus* nepos. Eas tamen recepi, jubentibus *Pariſ.* 1. 2. *Reg. Cantab. Ven.* 1471. & *Aſcenſiana* 1521. Sic & *Elienſ.* niſi quod illa det, *ſi* unum & *ſimplex*. Pariſ. autem 5. paulo plenius *& ſi unus & ſimplex ſit.* Idem.

6 *An ut* Xenocrati *&c.*] Repete ἀπὸ κοινοῦ *placet.* Mendoſè autem hic operæ olim *Xenocratis* ediderant pro *Xenocrati*. Mendoſe item habent libri vulgati *Xenocrates.* LAMBIN. Vide *Petr. Fabrum.*

Ibid. *An, ut Xenocrates, mens nullo corpore*] Animus pro mente Xenocratis erat ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν. Sed ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ poſuit. Itaque nihil refert, num *numerus* an *mens* dicatur animus. Hoc à nobis fuſius probatur ad lib. I. Tuſc. cap. X. pag. 18. *Davies.*

7 Utramque *in* partem *multa dicuntur.*] Sic legendum conjecit *Lambinus*,

40 ta dicuntur. Horum aliquid veſtro ſapienti certum videtur; noſtro, ne quid maxume quidem probabile ſit, occurrit: ita ſunt in pleriſque contrariarum rationum paria momenta. Sin agis verecundius, & me accuſas, non quod tuis rationibus non adſentiar, ſed quod nullis; vincam animum, cuique adſentiar deligam. Quem potiſſimum? Quem? Democritum? ſemper enim (ut ſcitis) ſtudioſus nobilitatis fui. Urguebor jam omnium veſtrum convicio. Tune aut inane quicquam putes eſſe, cum ita completa & conferta ſint omnia, [1] ut & quod movebitur corporum cedat, &, qua quidque ceſſerit, aliud illico ſubſequatur? aut atomos ullas, è quibus quicquid efficiatur, illarum ſit diſſimillimum? aut ſine aliqua mente rem ullam effici poſſe praeclaram? &, cum in uno mundo ornatus hic tam ſit mirabilis, innumerabiles, ſupra, infra, dextra, ſiniſtra, ante, poſt, alios diſſimiles, alios ejuſdemmodi mundos eſſe? &, [2] ut nos nunc ſumus ad Baulos, Puteoloſque videmus;

mus, & ita repræſentant *Pal.* primus & *Cantab.* Nec aliter *Reg.* prætterquam quod alio ordine det *in utramque partem.* Vulgo *utraque in parte*; quo modo loqui *Tullius* non ſolet. *Davies.*

1 *Ut & quodcunque moveatur corpus, ea aliud cedat*] Legendum fortaſſe eſt, *ut & quacumque quodque moveatur corpus, ea aliud cedat, & qua quodque ceſſerit, ea aliud illico ſubſequatur?* vel, *& qua quidquam moveatur corporum* &c. Mendoſe autem hic operæ olim ediderant *moveatur corpus*, & *aliud cedat* &c. delenda enim eſt copula *&*, vel ex *&* faciendum *ea*: & pro *quodcumque*, ſupra non longe, legendum *quacumque*: quod malo, ut dixi. *Lambinus.*

Ibid. *Quod movebitur* corporum] Tò *corporum* Gloſſema *videtur.* Guiet.

Ib. *Ut* & *quod movebitur corporum cedat*] Sic noſtri Codices, excepto quod voculam ſecundam prætermittant. Locus tamen parum ſincerus videtur; ſuaſque conjecturas dicent *Lambinus* & *Faber*. Ipſe quidem emendarim,

videmus; ſic innumerabiles paribus in locis eſſe, eiſdem nominibus, honoribus, rebus geſtis, ingeniis, formis, aetatibus, eiſdem de rebus diſputantes? &, ſi nunc, aut ſi etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinſecus in animos noſtros per corpus inrumpere? Tu vero iſta ne aſciveris, neve fueris commenticiis rebus adſenſus. Nihil ſentire eſt melius, quam tam prava ſentire. [3] Non ergo id agitur, ut aliquid adſenſu meo conprobem: [4] quae tu vide ne inpudenter etiam poſtules, non ſolum adroganter; praeſertim cum iſta tua mihi ne probabilia quidem videantur. Nec enim divinationem, quam probatis, ullam eſſe arbitror: fatumque illud etiam, quo omnia contineri dicitis, contemno: ne exaedificatum quidem hunc mundum divino conſilio exiſtimo. [5] Atque haud ſcio, an ita ſit. Sed cur 41
rapior in invidiam? Licetne per vos neſcire quod neſcio? An Stoicis ipſis inter ſe diſceptare, [6] cum iis non licet? Zenoni, & reliquis

mendarim, *ut ei quod movebitur corpori cedatur.* Mutatio ſane nimia non eſt, & ſenſus evadit rei congruus. *Davies.*

2 *Ut nos nunc* ſumus *ad Baulos Puteoloſque* videmus] Sic ediderunt *Aſcenſius*, *Lambinus*, & *Aldus* nepos, ac ita *Guietus* ſcribendum cenſuit; quibus eo fidem dedimus, quod de re præſente veraque *Cicero* loquatur. *Cantab.* perperam habet, *ut nos nunc* ſimul *Baulos Puteoloſque* videmus. Vulgo, *ut nos nunc* ſimus (alii *ſumus*) *ad Baulos, Puteoloſque* videamus. *Idem.*

3 Non *ergo id agitur* &c.] An ſic legendum? *Nunc ergo id agitur, ut aliquid aſſenſu meo comprobem.* An cum interrogationis nota? Placet alterutrum. Tò *nunc* omnino pro *non* ſcribendum videtur. *Guietus.*

4 Quæ *tu vide*] Lego *quod tu vide:* & ita videtur ipſa conſtructio poſtulare. *Davies.*

5 Atque *haud ſcio*] Forſan *atqui.* Idem.

6 *Cum iis non* licet] Vulgo *mihi cum iis non* licebit. At pronomen illud neſciunt

liquis fere Stoicis aether videtur ſummus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Cleanthes, qui quaſi majorum eſt gentium Stoicus, Zenonis auditor, Solem dominari & rerum potiri putat. [1] Ita cogimur diſſenſione ſapientum dominum noſtrum ignorare: quippe qui neſciamus, Soli an Aetheri ſerviamus. [2] Solis autem magnitudo (ipſe enim hic radiatus me intueri videtur) admonet, ut crebro faciam men-

neſciunt noſtri Codices & editio *Victoriana*. Alterius vero mutationis auctores fuere *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. *Reg.* & *Ven.* 1471. *Davies.*

1 Ita *cogimur*] Vulgo *itaque:* contra quam MSSti volunt, ut & editio *Victoriana*. Idem.

2 *Solis autem* magnitudo (*ipſe enim hic radiatus me intueri videtur*) *admonet*] *Lambinus*, locum mancum cenſens, edidit, *Solis autem magnitudo* quam obſcura eſt! *ipſe enim hic radiatus me intueri videtur*, & *admonet* &c. Sed nimis audaces iſtiuſmodi ſunt interpolationes. Ego tamen ipſe vulgatam lectionem ſanam non puto. Quae enim connexio eſt inter Solis *magnitudinem* & ejus *radios?* Reponendum videtur *Solis autem* CLARITUDO (*ipſe enim hic radiatus me intueri videtur*) *admonet*, &c. Tum demum recte cohaerent ſententiae. *Idem.*

3 *Vos vero hujus magnitudinem* &c.] Confuſus locus & corruptus; qui, ordine verborum mutato & levi correctione adhibita, reſtitui fortaſſe poſſet: quo ex ordine & correctione locus recitetur; ut ſtudioſi ſaltem hanc mihi gratiam habeant, quod, quicquid ſenſerim, libere dixerim. Legerem igitur ſic: *Vos vero hujus magnitudinem quaſi decempeda permenſi refertis. Hic ego me, quaſi malis Architectis, menſura veſtra nego credere. Dubium eſt, uter noſtrum ſit, leviter ut dicam, verecundior.* Hanc conjecturam etſi valde probem, tamen meum illud teneo, ut ſine ſcriptis libris nihil affirmem. *P. Manucius.*

Ibid. *Quaſi decempeda permenſi refertis* &c.] *Manutii* conjecturam, quae mihi ita certa videtur, ut pro vera ſcriptura, corruptis exemplaribus, habenda ſit, ſequi non dubitavi; paucis quibuſdam exceptis, in quibus ab ea non ita longe diſceſſi, praeſertim cum hic nihil fere praeter ordinem immutetur. Ego tamen putarim haec verba, *quaſi malis Architectis*, quae ſunt in omnibus libris, non eſſe Ciceronis, ſed aliunde in contextum orationis illata: aut ſic legendum, *quaſi mali ſitis Architecti*. Quamquam, quomodo ego edidi, *quaſi malis Architectis*, apte cohaeret cum provocabulo *vobis*, ſine quo ſtare non poteſt. Praeterea ex voce *ergo* facio *ego*; ut à voce *dubium* proficiſcatur principium novae orationis. *Lambinus.* Ediderat vir ille doctus: *quaſi decempeda permenſi refertis. Huic me menſura veſtra, & vobis, quaſi malis Architectis, nego ego credere. Dubium eſt* &c. Ibid.

Digitized by Google

mentionem ſui. [3] Vos ergo hujus magnitudinem quaſi decempeda (hinc enim me quaſi malis architectis menſurae veſtrae nego hoc) permenſi refertis. Ergo credere dubium eſt, uter noſtrum ſit, [4] leniter ut dicam, verecundior? Nec tamen iſtas quaeſtiones phyſicorum exterminandas puto: eſt enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatioque naturae. [5] Erigimur;

Ibid. *Vos* vero *hujus magnitudinem*] Magis placet ut eſt in libris MSStis, *vos ergo ejus magnitudinem.* Urſinus.

Ibid. *Vos ergo hujus magnitudinem quaſi decempeda* (hinc enim *me quaſi* malis Architectis *menſura* veſtræ *nego* hoc) permenſi refertis. Ergo *credere dubium eſt*] Locus eſt vexatiſſimus, quem vel hoc vel ſimili modo reſtituendum cenſuerim: *Vos ergo hujus magnitudinem quaſi decempeda* permenſi refertis: ego huic *me quaſi* mali Architecti *menſura nego* accredere. *Dubium eſt, uter noſtrum ſit ---- verecundior?* Harum nunc emendationum particulatim ratio eſt reddenda. Et tranſpoſitionem quidem cum *Manucio Lambinoque*, quibus accedit *Guietus*, lubentes agnoſcimus. Ea videtur inde facta, quod Librarius in Codice, ex quo noſtri manarunt omnes, vocabula *permenſi refertis ego* ſuo loco prætermiſerat. Hoc cum ſero nimis animadvertiſſet; eis ſedem prorſus alienam reddidit: lituris autem librum non dehoneſtavit, ne viliore pretio venderetur. *Huic*, non *hinc*, exhibent *Elienſ. Pariſ.* 5. *Cantab. Ven.* 1471. ac *Aſcenſ.* Quin & *enim* neſciunt *Bal.* & editio *Victoriana*. Reliquas mutationes feci, ſola conjectura ductus. Eæ tamen non videntur nimiæ: nam *veſtra* (quod delemus, quodque *urae*, linea ſuperjacente, ſcribebatur) ex ultimis *menſurae* literis facile naſci potuit. At *quaſi malis architectis menſura nego hoc credere* pro *quaſi mali architecti menſura nego accredere* leviter dormitantes exarent. *Davies.*

4 Leniter *ut dicam*] Vulgo *leviter*, & ita Codices præ ſe ferunt. Sed emendationem noſtram res ipſa flagitat. *Idem.*

5 *Erigimur*, elatiores *fieri videmur*] Melius fortaſſe, *altiores fieri videmur*, ut habet Codex unus vetus. *Lambinus.*

Ibid. Altiores *fieri videmur*] Vulgo *latiores*; unde *latiores* reponit *J. M. Brutus*: nonnulli libri *elatiores*; quam lectionem probant *Petr. Faber* & *Fr. Guietus*. Sed ſi vel *latiores* vel *elatiores* ſcripſerat *Cicero*, non nos ita *fieri videri*, ſed *eſſe* dixiſſet. *Altiores* autem veram eſſe lectionem ſatis probent illa noſtri de Fin. II, 16. *Tanta vis*, inquit, *inerat in verbis propter earum rerum, quæ ſignificabantur his verbis, dignitatem, ut* ALTIOR *fieres, ut interdum inſiſteres* &c. Quin & ita *Lambinus* ex ſuo Codice vidit reſcribendum. Vide *Valerium Flaccum* Argon. II, 547. *Davies.*

1 *Ex-*

mur; altiores fieri videmur; humana deſpicimus; cogitanteſque ſupera atque caeleſtia, haec noſtra, ut [1] exigua & minuma, contemnimus. Indagatio ipſa rerum tum maxumarum, tum etiam occultiſſimarum, habet oblectationem: [2] ſi vero aliquid occurret, quod veri ſimile videatur; humaniſſima conpletur animus voluptate. Quaeret igitur haec & veſter ſapiens & hic noſter: ſed veſter, ut adſentiatur, credat, adfirmet: noſter, ut vereatur temere opinari; praeclareque agi ſecum putet, ſi in ejuſmodi rebus, veri ſimile quod ſit, invenerit. Veniamus nunc ad bonorum malorumque notionem. Sed paullulum ante dicendum eſt. [3] Non mihi videntur conſiderare, cum phyſica iſta valde adfirmant, earum etiam rerum auctoritatem, [4] ſi quae inluſtriores videantur, amittere. Non enim magis adſentiuntur, nec adprobant lucere nunc, quam, cum cornix cecinerit, tum eam aut jubere

1 *Exigua &* minima] Noſter de Fin. lib. V. cap. 26. *Ea nos mala dicimus ſed* exigua *& porro* minima. Non igitur erat cur *Lambinus* ederet *minuta*. Davies.

2 *Si vero aliquid* occurret] Pariſ. 5. *occurrit*. Nec id male ſe habet, nec vulgatum. *Davies*.

3 *Non mihi videntur conſiderare, cum* phyſica *iſta valde adſirmant*] Vulgo *phyſici*. Sed melius dubio procul editi nonnulli *phyſica iſta* repræſentant: eoſque ſumus ſecuti. Non enim omnes Phyſici divinationem probabant, cornicumve cantum quiddam denotare cenſebant: his vero nugis Stoici fuerunt addictiſſimi. *Idem*.

4 Si quæ *inluſtriores videantur*] Nonnulli Codd. & *Ven.* 1471. *ſicque*; Pariſ. 5. *ſitque*. Lege *earum etiam rerum auctoritatem* SE, *qua illuſtriores videantur, amittere*. Omnino certe deeſt pronomen reciprocum. Idcirco paulo ante *Lambinus* ediderat *conſiderare* SE, *cum phyſica iſta* &c. *Idem*.

5 *Signum ullum*] Vulgo *illud*: contra quam jubent *Elienſ. Reg. Cantab. Pariſ.* 4. 5. & *Ven.* 1471. *Idem*.

6 *Qui igitur* id *approbat*] Vulgo deeſt vox penultima; quam ſuppoditarunt *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg. Cantab*.

bere aliquid, aut vetare: nec magis adfirma-
bunt, [5] ſignum ullum, ſi erunt menſi, ſex pedum
eſſe, quam ſolem, quem metiri non poſſunt,
plus quam duodeviginti partibus majorem eſſe
quam terram. Ex quo illa concluſio naſcitur:
Si, ſol quantus ſit, percipi non poteſt; qui ce-
teras res eodem modo, quo magnitudinem ſo-
lis, adprobat, is eas res non percipit: magni-
tudo autem ſolis percipi non poteſt: [6] qui igi-
tur id adprobat, quaſi percipiat, nullam rem per-
cipit. Reſponderint, poſſe percipi, quantus ſol
ſit: non repugnabo, dummodo eodem pacto
cetera percipi conprehendique dicant. Nec e-
nim poſſunt dicere, aliud alio magis minuſve
conprehendi: [7] quoniam omnium rerum una
eſt definitio conprehendendi. Sed quod coepe- 42
ram: Quid habemus in rebus bonis & malis
explorati? Nempe fines conſtituendi ſunt, ad
quos & bonorum & malorum ſumma refera-
tur.

tab. ac editiones *Victorii* & *Lambini.* Ejus loco *illud* habent Pariſ. 1. *Aſcenſ.* & *Ven.* 1471. quod eodem redit. *Idem.*

7 Omnium rerum *una eſt definitio* comprehendendi] Idem valet ac ſi dixerat *omnium rerum comprehenſionis una eſt definitio.* Sic *Cicero* Philipp. V. cap. 3. *Agitur utrum M. Antonio facultas detur* agrorum *ſuis latronibus* condonandi. Et de Invent. lib. II. cap. 2. *Ex majore enim copia nobis quam illi fuit* exemplorum eligendi *poteſtas. Agellius* lib. V. cap. 10. *Euathlus adoleſcens dives eloquentia diſcenda* cauſarumque orandi *cupiens erat.* Ne vero Librarios erroris arguas, ſic *Lucretius* V, 1224.

> Poenarum *grave ſit* ſolvendi *tempus adactum.*

Et *Terentius* Heaut. Prolog. vſ. 29.

> Novarum *qui* ſpectandi *faciunt copiam.*

Ac *Plautus* Captiv. Act. IV. Sc. II, 72.

> Nominandi iſtorum *tibi erit magis quam edundi copia.*

Ejuſdem locutionis plura dabunt exempla *Fr. Sanctius* Min. lib. III. cap. 8. *G. J. Voſſius* de Conſtruct. cap. LIII. & *J. Fr. Gronovius* ad *Agellii* IV, 15. *Idem.*

1 Elyr-

Digitized by Google

tur. Qua de re eſt igitur inter ſummos viros major diſſenſio? Et omitto illa, quae relicta jam videntur, [1] & Herillum, qui in cognitione & ſcientia ſummum bonum ponit. [2] Qui cum Zenonis auditor eſſet, vides quantum ab eo diſſenſerit, & [3] quam non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis diſciplina: cujus, ut ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi; deinde eum ſecuti, Parmenides & Zeno. Itaque ab his [4] Eleatici philoſophi nominabantur. Poſt Euclides, Socratis diſcipulus, Megareus: à quo iidem illi Megarici dicti, qui id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet unum, & ſimile, & idem ſem-

1 *Eryllum, qui in cognitione* &c.] Facit & alibi hujus philoſophi mentionem, cujus & exploſam ſententiam dicit. Nihil enim explicare videbatur: quippe qui ne eſſe quidem certum finem ullum interdum docere vellet, ſed tempore mutari, quemadmodum nunc de hoc ære Alexandri ſtatua fieri, mox alterius ſimilitudo exprimi poſſet. Scribendum autem puto *Erylum*, ut *Hedylum* & *Cratylum*. Patria fuit Carthaginienſis, auditor Zenonis. Sed paulo poſt *Megarici & Eretrieus*, id eſt Ερετριεὺς, legendum, non *Megari* neque *Eretrias*. Camerarius.

Ibid. Et *Herillum*] Primam voculam neſcit *Pariſ.* 4. Lego *ut Herillum:* quod ſententia videtur poſtulare; hic enim inter illos fuit, *quorum jampridem exploſa ſententia eſt*; ut loquitur noſter lib. I. Offic. cap. 2. Vide & Tuſcul. V, 30. & Fin. lib II. cap. 13. ac lib. V. cap. 8. Quod autem *Erylum* legendum cenſet *Joach. Camerarius*, id ceteris viri meritis facile condonamus: Herillus enim ἀπὸ τῆς Ἥρας ducitur & nomen eſt diminutivum. *Dav.*

2 *Qui cum Zenonis auditor eſſet*] Zenonem intellige, non Eleaten, ſed Citticum; qui pater fuit Stoicorum. *Idem.*

3 *Quam non multum à Platone* Megarici: quorum *fuit nobilis diſciplina*] *Bal.* & *Aſcenſ.* exhibent *Megari quorum.* Pariſ. 2. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *Megaricorum.* Igitur locum ſic legas & diſtinguas velim: *quam non multum à Platone.* Megaricorum *fuit nobilis diſciplina* &c. *Clemens* Alexandrinus Strom. lib. II. pag. 499. Πλάτων τὴν εὐδαιμονίαν, τὸ τελειότατον ἀγαθὸν καὶ πληρέστατον λέγει· ὁτὲ δὲ βίον ὁμολογούμενον καὶ σύμφωνον αὐτὴν ἀποκαλεῖ καὶ ἔσθ᾽ ὅτε τὸ κατ᾽ ἀρετὴν τελειότατον· τοῦτο δὲ ΕΝ ΕΠΙΣΤΗΜΗι τοῦ ἀγαθοῦ τίθεται καὶ ἐν ἐξομοιώσει τῇ πρὸς τὸν Θεόν· ὁμοίωσιν ἀποφαινόμενος δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ εἶναι.

ſemper. Hi quoque multa à Platone. A Menedemo autem, [5] quod is Eretria fuit, Eretriaci adpellati: quorum omne bonum in mente poſitum, & mentis acie, qua verum cerneretur. [6] Illi ſimilia, ſed, opinor, explicata uberius & ornatius. Hos ſi contemnimus, & jam abjectos putamus; illos certe minus deſpicere debemus; Ariſtonem, qui, cum Zenonis fuiſſet auditor, re probavit ea, quae ille verbis, nihil eſſe bonum niſi virtutem, neque malum niſi quod virtuti eſſet contrarium: in mediis ea momenta, quae Zeno voluit, nulla eſſe cenſuit. Huic ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moveri,

εἶναι. Cum igitur Plato ſummum bonum ponat *in boni ſcientia*; Herillus autem *in ſcientia & cognitione*; non multum certe diſſentit Herillus à Platone. *Idem.*

4 Eleatici *philoſoſophi*] Sic recte MS. *Elienſ.* & ita correxerat *Victorius* Var. Lect. lib. X. cap. 17. Elea enim Parmenidis & Zenonis hujus erat patria; quod vel ex *Laertio* manifeſtum. A *Reg.* tamen, *Bal. Cantab.* cunctis *Pariſienſibus* & tribus *Gruterianis* aſſeruntur *Eretriaci philoſophi.* Sed hoc prorſus abſurdum: nam *Eretriaci*, quod paulo poſt dicet noſter, ab Eretriâ, Menedemi loco natalicio, ſunt nominati. *Idem.*

5 *Quod is* Eretriâ *fuit*] Vulgo *Eretrias*: quod cum Latine dici non videretur, *Eretricus* vel *Eretrinus D. Lambino*, *Petro Fabro*, *Franciſcoque Guieto* placebat. Nos vero lectionem recepimus, quam præſtant Pariſ. 5. *Reg.* à prima manu & *Ven.* 1471. Nec immerito. *Plautus* Aſin. Act. II. Sc. IV, 92. *Periphanes* Rhodo *mercator Dives.* Idem Ciſtell. Act. I. Sc. III, 42. *Adoleſcens hic eſt* Sicyoni: *ei vivit pater.* Et Menæchm. Prol. vſ. 17. *Mercator quidam fuit* Syracuſis *ſenex.* Ac Mil. Glorioſ. Act. II. Sc. I, 22. *Is amabat meretricem* matre Athenis *Atticis.* Denique Merc. Act. V. Sc. II, 99. *Video ibi* hoſpitem Zacyntho. *Cæſar* lib. I. Bell. Civ. cap. 24. *Reducitur ad eum deprehenſus ex itinere Cn. Magius Cremona*; quod idem valet ac Cremonenſis. Et lib. III. cap. 71. *Duobus his unius diei præliis Cæſar deſideravit --- C. Felginatem* Placentia; *A. Gravium* Puteolis; *M. Sacrativirum* Capua. Quin & *Cantab.* repræſentat *ex Eretria.* Hoc etiam probum eſt; ſed emendatricem manum redolet. *Idem.*

6 Illi *ſimilia*] Vulgo *illis ſimilia.* Repugnant vero noſtri Codices, in quibus omnibus legitur *illi*, vel *ulli*, *ſimilia.* Idem.

1 *Qua*

moveri, quae ἀδιαφορία ab ipſo dicitur: [1] Pyrrho autem, ea ne ſentire quidem ſapientem, [2] quae ἀπάθεια nominatur. Has igitur tot ſententias ut omittamus; haec nunc videamus, quae diu multumque defenſa ſunt. Alii [3] voluptatem finem eſſe bonorum voluerunt. Quorum princeps Ariſtippus, qui Socratem audierat; unde Cyrenaici: poſt Epicurus; cujus eſt diſciplina nunc notior; [4] nec tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſentiens. [5] Voluptatem & honeſtatem [6] finem eſſe bonorum Callipho cenſuit: vacare omni moleſtia, Hieronymus: hoc idem cum honeſtate, Diodorus. Ambo hi Peripatetici. [7] Honeſte autem vivere, fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, & vetus Academia cenſuit (ut indicant ſcripta

1 *Pyrrho autem*] Lege *Pyrrhoni autem:* nempe ſummum bonum eſt. *Davies.*

2 *Qua ἀπάθεια nominatur*] Sic ſcriptum eſt in uno Codice Memmiano: niſi quis putet legi debere potius, *qua πάθη nominantur.* Omnino alterutro modo legendum eſt, æque bona ſententia. Nam ſi *qua πάθη nominantur* legamus, ita verba erunt explicanda, ſapientem ea, quæ πάθη nominantur, ne ſentire quidem: ſi *qua ἀπάθεια nominatur*, ſic; ſapientem ea, quæ ſunt media, ne ſentire quidem; quæ ἀπάθεια nominatur. *Lambin.*

Ibid. *Qua ἀπάθεια nominatur*] Sic optime Pariſ. 2. *Reg.* à ſecunda manu & *Cantab.* nec aliter ediderunt *Aſcenſius* & *Victorius*: ac ita reſcripſit *Guietus.* Vulgo *qua ἀπαθῆ nominantur.* Abſurde quidem; quod *Lambinus* & *Faber* etiam viderunt. Adi nos ad Tuſc. lib. V. cap. 30. *Davies.*

3 *Voluptatem finem eſſe* bonorum *voluerunt*] Vulgo deeſt vox penultima; quam nos ex *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. & *Reg.* adſumſimus. *Idem.*

4 *Nec tamen cum Cyrenaïcis de ipſa voluptate conſentiens*] Parum quidem ſibi congruit Epicurus, quod ei paſſim exprobrat *Cicero.* Gargettius tamen philoſophus *ſtantem* voluptatem, Ariſtippus autem *moventem* in ſummi boni ſede collocabat. Hoc eſt, is *indolentiam* ſeu *doloris vacuitatem* maximis laudibus extulit; hic *ſuaves corporis motus*, qui communi *voluptatis* nomine cenſentur. Si tamen aliis fides ſit adhibenda, Epicurus animi voluptatem, corporis Ariſtippus finem bonorum ſtatuit. Vide *Lactantium* Div. Inſt. lib.

ſcripta Polemonis, quem Antiochus probat
maxume) & [7] Ariſtoteles: ejuſque amici [8] nunc
proxume videntur accedere. Introducebat et-
iam [9] Carneades, non quo probaret, ſed [10] ut
opponeret Stoicis, ſummum bonum eſſe frui
his rebus, quas primas natura conciliaviſſet.
[11] Honeſtum autem, quod ducatur à concilia-
tione naturae, Zeno ſtatuit finem eſſe bono-
rum: qui inventor & princeps Stoicorum fuit.
Jam illud perſpicuum eſt, omnibus his finibus 43
bonorum, quos expoſui, malorum fines eſſe
contrarios. Ad vos nunc refero, quem ſe-
quar: modo ne quis illud tam ineruditum
abſurdumque reſpondeat, Quemlibet, modo a-
liquem. Nihil poteſt dici inconſideratius. Cu-
pio ſequi Stoicos. [12] Licetne (omitto per
Ari-

lib. III. cap. 7. & Epit. cap. 33. ac *Laertium* lib. X. §. 131. *Idem.*

5 *Voluptatem & honeſtatem*] Vulgo *voluptatem* autem *& honeſtatem*. Secundam veto voculam neſciunt *Bal. Reg. Cantab. Pariſ.* 4. 5. & *Ven.* 1471. *Idem.*

6 *Finem eſſe* bonorum *Callipho cenſuit*] Vulgo *finem eſſe Callipho cenſuit.* Vocem *bonorum* adjecimus fide Codicum *Pariſ.* 2. 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *Idem.*

7 *Ariſtoteles ejuſque amici nunc proxime videntur accedere*] Scribe *huc* pro *nunc*: ita enim ex Codicibus MSStis correxit in ſuo libro vir doctiſſimus *Joannes Scala.* Urſinus.

8 Nunc *proxime*] *Urſini* Codices, quos probat *Faber*, exhibent *huc proxime.* Si libri tales uſquam extiterunt, eos equidem non ſequerer; nam *nunc* dicit, ne Peripatetici temporis illius, quo vivebat Tullius, à magiſtro ſuo deſciviſſe viderentur. *Davies.*

9 *Carneades*] Vide lib. II. de Fin. capp. 11, 12, 13. & lib. V. cap. 7. *Idem.*

10 *Ut opponeret Stoicis*] Pariſ. *ne* ſe *opponeret Stoicis.* Puto, non male. *Idem.*

11 *Honeſtum autem quod ducatur*] *Pariſ.* 2. 4. 5. & *Ven.* 1471. *honeſta autem videre quod ducatur.* Voluere Librarii, *honeſte autem vivere, quod ducatur* &c. quomodo diſerte repræſentat MS. *Regius.* Et ita reponendum. Vide lib. II. de Fin. cap. XI. lib. III. capp. 6, 7, 8, 9. ac lib. IV. capp. 11, 16. *Idem.*

12 *Licetne (omitto per Ariſtotelem, meo judicio in philoſophia prope ſingularem) per ipſum Antiochum?*] Vulgo *licetne? Omitto per* ipſum *Ariſtotelem, meo judicio in philoſophia*

Ariſtotelem, meo judicio in philoſophia prope ſingularem) per ipſum Antiochum, qui adpellabatur Academicus: erat quidem, ſi perpauca mutaviſſet, ¹ germaniſſimus Stoicus. Erit igitur res jam in diſcrimine. Nam aut Stoicus conſtituatur ſapiens, aut veteris Academiae: utrumque non poteſt: eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. Nam omnis ratio vitae definitione ſummi boni continetur: de qua qui diſſident, de omni vitae

prope ſingularem: per ipſum Antiochum, &c. Sed *ipſum*, quod delevimus, omittunt *Pariſ.* 4. 5. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. At nos ex ingenio diſtinctionem mutavimus: id quod res ipſa poſtulabat: nam ſententiam veterum Academicorum hac in parte probabat Antiochus, eique erant, *præter honeſtatem, multa bona*; cum Stoicis præterea nihil in bonis eſſet. Vide cap. 44. & Tuſc. lib. V. cap. 8. Interrogatio igitur in ſe vim continet negativam. *Davies.*

1 *Germaniſſimus Stoicis*] *Graviſſimus Stoicus* aliqui. Sed *germaniſſimus Stoicus* verum eſt: id eſt, γνήσιος ἐν τοῖς μάλιστα. Camerarius.

Ibid. *Germaniſſimus* Stoicus] *Germaniſſimus* eſt verus, purus putus, genuinus. Vulgo *germaniſſimus Stoicis*; & ita Gruteriani aliique multi Codices. Alteram vero lectionem res ipſa flagitat; firmant *Pariſ.* 4. 5. probarunt *Camerarius* & *Faber*, ac dederunt in ſuis editionibus *Manucius* & *Lambinus.* Antiochus nempe τὴν Στοὰν μετήγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, auctore *Sexto* P. H. I, 33. Et Antiochum *ſane Cicero in pluribus fuiſſe Stoicum quam veterem Academicum vult videri*, ut ait *Auguſtinus* C. D. XIX, 3. *Davies.*

2 *Si Polemonéus, peccat Stoicus, rei falſæ adſentiens; vos quidem nihil dicitis à ſapiente tam alienum eſſe*] *Bal. Aſcenſ.* & *Victor.* habent *num quidem nihil dicitis.* Utraque lectione conjuncta, commodaque diſtinctione poſita; reſcripſerim, *ſi Polemonéus*, (ſubintelligendum *ſapiens eſt*) *peccat Stoicus rei falſæ adſentiens:* nam vos *quidem nihil dicitis à ſapiente tam alienum eſſe.* Sic plana fit ſententia. Polemonéus eſt ὁ Πολεμώνειος, ut *Guietus* monuit. *Idem.*

3 *Hic igitur neutri aſſentiens: ſi numquam, uter eſt prudentior*] Senſum non video, neque videt quiſquam, ut opinor, tam obſcuro in loco: obſcuritatis autem cauſa, depravatio eſt; quam judicio meo tollet, qui ita leget: *Hic igitur neutri aſſentietis: ſin utrique, uter eſt prudentior?* Quorum verborum non abſurda ſententia eſt: dicit enim hoc: In hac controverſia neutri aſſentietis, id eſt, neque Stoicum neque Academicum dicetis eſſe ſapientem: ſin utrumque; uter eſt prudentior? *Aſſentietis* autem refero ad illud ſupra poſitum, *ad vos nunc refero.* *Utrique* videtur eſſe neceſſarium propter inſequens verbum *uter.* Sed hæc qui & acumine & judi-

Digitized by Google

vitae ratione diſſident. Non poteſt igitur uterque ſapiens eſſe, quoniam tanto opere diſſentiunt, ſed alter. [2] Si Polemonéus, peccat Stoicus, rei falſae adſentiens; vos quidem nihil dicitis à ſapiente tam alienum eſſe: ſin vera ſunt Zenonis, eadem in veteres Academicos Peripateticoſque dicenda. [3] Hic igitur neutri adſentiens, ſi numquam, uter eſt prudentior? Quid? cum ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus ab his quos amat Stoicis, [4] nonne indicat

judicio præſtant, dijudicabunt. *P. Manucius.*

Ibid. *Si numquam, uter* ſit ſapiens, apparebit; nonne utroque *eſt prudentior?*] Multa hic erant à ſcriptore Librario properante atque aliud agente prætermiſſa: quæ ego ex ſenſu Ciceronis & ſententia hujus loci reſtitui, non ſine ope Codicum MSStorum. *Lambin.*

Ibid. *Hic igitur neutri* &c.] Corrigo *Hic igitur neutri aſſentietis. Sin unquam; uter eſt prudentior?* Quidam vett. libri habent *aſſentientes*, ex quo *aſſentietis* facimus. *Manutius* ex *aſſentiens* itidem fecit *aſſentietis.* Guietus.

Ibid. *Hic igitur neutri adſentiens, ſi* nunquam, uter *eſt prudentior*] Locus eſt corruptiſſimus, eumque variis conjecturis tentarunt *Manucius*, *Lambinus*, *Faber* & *Guietus*. Iis utinam felicior eſſe poſſem; ſed hæreo dubius, animique pendeo, nec emendatio, quam præſtiterim, ſuccurrit. *Pal.* ſec. *neutri aſſentientes. Reg. Cantab. Pariſ.* 1. & *Ven.* 1471. *intereſt prudentior.* Ex his vero diverſitatibus nihil, quod mihi ſatis ipſi facit, elicio. Attamen legendum ſuſpicor, *Hic igitur neutri adſentiens, ſi* uſquam, utroque *eſt prudentior.* Non magna quidem fit mutatio, ſenſuſque commodus videtur. *Davies.*

4 *Nonne indicat, non poſſe illa* probabilia *eſſe ſapienti?*] Offendebar antea, cum legerem *illa probanda.* Suſtuli mendum ex antiquo libro. P. MANUCIUS.

Ibid. *Non eſſe illa probanda ſapienti?*] Vel ſic legendum, quomodo jam olim edidimus; vel ſic, *non poſſe illa probata eſſe ſapienti?* vel ſic, *non poſſe illa probabilia eſſe ſapienti?* Omnino primam lectionem, quam jam olim ſecutus ſum, reliquis duabus antepono. Vulgata autem lectio, *non poſſe illa probanda eſſe ſapienti*, ferri non poteſt. *Lamb.*

Ibid. *Non eſſe illa probanda ſapienti*] Vulgo *non* poſſe *illa probanda eſſe ſapienti*; quod mira ſane pertinacia defendit *Pet. Faber:* nam *poſſe* ibi παρέλκειν vident ii, qui Latine ſciunt. Nos igitur *Lambinum* ſequimur. Dormitans nempe Librarius *non poſſe* ſcripſerat; erroremque poſt animadvertens, oræ Codicis *eſſe* adleverat. Tandem, veluti fit, utraque lectio verbis *Tullianis* eſt illata. Hinc *Cantab.* exhibet *non* poſſe eſſe *illa probanda ſapienti*; cum in reliquis libris alius ſit ordo vocabulorum. *Davies.*

dicat non eſſe illa probanda ſapienti? Placet Stoicis, omnia peccata eſſe paria: at hoc Antiocho vehementiſſime diſplicet. Liceat tandem mihi conſiderare, utram ſententiam ſequar. [1] Praecide, inquit: ſtatue aliquando quidlibet. [2] Quid? quae dicuntur quidem, & acuta mihi videntur in utramque partem & paria; nonne caveam, ne ſcelus faciam? [3] Scelus enim dicebas eſſe, Luculle, dogma prodere. Contineo igitur me, ne incognito adſentiar; quod mihi tecum eſt dogma commune. Ecce multo major etiam diſſenſio. Zeno in una virtute poſitam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, ſed non beatiſſimam. Deus ille, qui nihil cenſuit deeſſe virtuti: homuncio hic, qui multa putat praeter virtutem homini

1 Præcide, *inquit*] Hanc vocem *Jac. Gronovius* habet ſuſpectam; ejuſque loco reponit *decide*. Immerito. Noſter de Senect. cap. XVI. *Brevi pracidam.* Vide & lib. VIII. ad Attic. Epiſt. 4. & lib. X. Ep. 16. *Davies.*

2 *Quid? qua dicuntur* &c.] Editio Aſcenſii, *Quid qualibet dicuntur, quod & acuta mihi videntur in utramque partem, & paria?* An ſic, *Quid, quod qua dicuntur, & acuta mihi videntur in utramque partem, & paria? Nonne caveam* &c. Supra: *Quid quod ſi iſta vera* &c. & ſexcenta ſimilia. Sed fortaſſe ſic legendum fuerit: *Quid, qua dicuntur, quod & acuta mihi videntur in utramque partem, & paria?* Quæ Aſcenſii lectio eſt pura puta, ſi τὸ *libet* ſuſtuleris, ut ex aliis libris ſcriptis & excuſis tollendum eſt. Et forte transpoſitio iſta τοῦ *quod* ſine gratia non eſt. *Guietus.*

Ibid. *Quidlibet. Quid? qua dicuntur quidem, & acuta mihi videntur*] Pariſ. 2. 5. exhibent *quidlibet. Qualibet dicuntur, qua & acuta* &c. Pal. ſec. & Cantab. dant *quidlibet: quaque dicuntur qua & acuta.* Reg. autem *quidlibet.* Quæcunque *dicuntur* quæ *& acuta mihi videntur.* Scripſit ut opinor Cicero, *ſtatue aliquando quidlibet. Quid?* cum quæ *dicuntur quidem, & acuta mihi videntur in utramque partem & paria; nonne caveam ne ſcelus faciam?* Hoc ſane modo lenius procedit oratio: nam *Guieti* conjecturæ, ut mitiſſime dicam, non ſunt bonæ. *Davies.*

3 *Scelus enim dicebas eſſe, Luculle, dogma prodere*] Reſpicit ad hujuſce libri cap. IX. *Idem.*

4 Præ-

hominí partim cara eſſe, partim etiam neceſſaria. Sed ille vereor ne virtuti plus tribuat quam natura patiatur, [4] praeſertim Theophraſto multa diſerte copioſeque dicente. Et hic metuo, ne vix ſibi conſtet; qui cum dicat eſſe quaedam & corporis & fortunae mala, tamen eum, qui in his omnibus ſit, beatum fore cenſet, ſi ſapiens ſit. Diſtrahor: cum hoc mihi probabilius, tum illud videtur: & tamen, niſi alterutrum ſit, virtutem jacere plane puto. Verum in his diſcrepant. [5] Quid? illa, in quibus conſentiunt, num pro veris probare poſſumus? ſapientis animum numquam nec cupiditate moveri, nec laetitia efferri.
44 Age, haec probabilia ſane ſint: num etiam illa? numquam timere, numquam dolere. [6] Sapienſne non

4 *Præſertim Theophraſto multa diſerte copioſeque dicente*] Quid hoc ad rem? niſi ſemet Zenonis ſententiæ Theophraſtus oppoſuerit. *Lambinus* edidit, *præſertim Theophraſto multa* contra *diſerte copioſeque dicente*, & ita legendum credo. Poſſis etiam *præſertim Theophraſto multa diſerte copioſeque* OPPONENTE. Scilicet elegantiſſimus ille philoſophus in libro *de vita beata* ſtatuerat, *verbera, tormenta, cruciatus, patriæ everſiones, exſilia, orbitates, magnam vim habere ad male miſereque vivendum.* Vide *Ciceronem* Tuſcul. lib. V. cap. 9. & de Fin. lib. V. cap. 5. *Idem.*

5 *Quid?* illa, *in quibus conſentiunt, num pro veris probare poſſumus?*] Vulgo *quid* illud? *in quibus conſentiunt*; nec aliter omnes noſtri. Sed hoc cum parum commode dici videretur; ſtatim incidit iſta, quam dedi, correctio. Eam tamen in ſuis editionibus occuparant *Aſcenſius, Lambinus, Aldus* nepos, & vir doctus ad oram editionis Stephanicæ 1543. *Idem.*

6 *Sapienſne non timeat? nec, ſi patria deleatur, non doleat?*] *Ven.* 1471. *Sapiens ne non timeat* neque *ſi patria deleatur non* dolere neque ſi deleta ſit. *Reg.* vero, *Pariſ.* 2. 4. 5. & *Cantab.* exhibent *ſapienſne non timeat? nec, ſi patria deleatur, non doleat, nec ſi deleta ſit?* Hinc non difficulter emergit præclara ſane correctio: nam prorſus eſt legendum, *ſapienſne non timeat* ne *patria deleatur? nec doleat, ſi deleta ſit?* Nam, quod paulo poſt ait noſter, *mala & venientia* METUAT *ſapiens neceſſe eſt & veniſſe* DOLEAT. Vide ſis *Valerium Flaccum* I, 327. *Idem.*

non timeat? nec, ſi patria deleatur, non doleat? [1] Durum: ſed Zenoni neceſſarium; cui, praeter honeſtum, nihil eſt in bonis: tibi vero, Antioche, minume, cui praeter honeſtatem multa bona, praeter turpitudinem multa mala videntur: quae & venientia metuat ſapiens neceſſe eſt, & veniſſe doleat. Sed quaero, quando iſta fuerint ab Academia vetere decreta, ut animum ſapientis conmoveri & conturbari negarent? Mediocritates illi probabant, & in omni permotione naturalem volebant eſſe quendam modum. Legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de luctu: eſt enim non magnus, verum aureolus, &, ut Tuberoni Panaetius praecipit, ad verbum ediſcendus libellus. Atque illi quidem etiam utiliter à natura dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas: metum cavendi cauſa: miſericordiam aegritudinemque, clementiae: ipſam [2] iracundiam, fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. Recte ſecuſne, alias viderimus: atrocitas quidem iſta tua quo modo in veterem Academiam inruperit,

1 Durum: *ſed Zenoni neceſſarium*] Primam vocem praetermittunt *Pariſ.* 2. 4. & *Ven.* 1471. Vulgo legitur *ſatis durum*. At illud *ſatis* haud agnoſcunt *Pariſ.* 5. *Reg.* & *Cantab.* quapropter expunximus, vel ob id *Horatianum*,

Durum: *ſed levius fit patientia*
Quicquid corrigere eſt nefas.

Extat lib. I. Od. XXIV, 19. *Davies.*

2 *Iracundiam, fortitudinis quaſi cotem eſſe*] Inepte nonnulli libri *comitem* repraeſentant. Vide quae diximus ad Tuſc. IV, 19. *Idem.*

3 *Sed ubi* Socrates, *ubi Ariſtoteles iſta tetigit?*] Nullo modo Socrates legi poteſt; adverſatur enim ei, quod ſupra dixit: *Non quod mihi diſpliceant: ſunt enim* Socratica *pleraque.* Nihil autem Socratem ſcriptum reliquiſſe quis neſcit? Quare cum antiquis libris *Xenocrates* legendum eſt: hi enim duo Platonicae diſciplinae vicarii extiterunt. Academici ab hoc, ab Ariſtotele Peripatetici cognominati ſunt. Aperit adhuc

magis

rit, neſcio. Illa vero ferre non poſſum; non
quo mihi diſpliceant: (ſunt enim Socratica, ple-
raque mirabilia Stoicorum, quae παράδοξα no-
minantur) [3] ſed ubi Xenocrates, ubi Ariſtote-
les iſta tetigit? hos enim quaſi eoſdem eſſe
voltis. Illi umquam dicerent, ſapientes ſolos
reges, ſolos divites, ſolos formoſos? omnia,
quae ubique eſſent, ſapientis eſſe? neminem
conſulem, praetorem, imperatorem, neſcio an
ne quinquevirum quidem quemquam, niſi ſa-
pientem? poſtremo, ſolum civem, ſolum libe-
rum? inſipientes omnes, peregrinos, exſules,
ſervos, [4] furioſos denique? ſcripta Lycurgi,
Solonis, duodecim tabulas noſtras, non eſſe le-
ges? [5] ne urbes denique, aut civitates, niſi quae
eſſent ſapientium? Haec tibi, Luculle, ſi es ad-
ſenſus Antiocho familiari tuo, tam ſunt de-
fendenda, quam moenia: mihi autem, bono
modo: tantum, quantum videbitur. Legi a- 45
pud Clitomachum, cum Carneades & Stoicus
Diogenes ad ſenatum in Capitolio ſtarent, A.
Albinum, (qui tum, P. Scipione & M. Mar-
cello

magis hoc, quod inquit, *Hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis:* nam illos, ex eodem fonte ortos, leviter inter ſe diſſentientes, multi idem re ſentire exiſtimabant. *Cicero* in hoc libro de Platone loquens: *Alter, quia reliquit perfectiſſimam diſciplinam, Peripateticos & Academicos, nominibus differentes, re congruentes.* Victorius.

4 *Furioſos denique? ſcripta Lycurgi----non eſſe leges?*] Vulgo *furioſos? denique ſcripta Lycurgi---non eſſe leges?* Ex re ipſa nos interpunctionem mutavimus; noſtramque diſtinctionem *Pariſ.* 5. *Reg.* & *Cantab.* agnoſcunt. *Davies*.

5 *Ne urbes denique*] Moneo Lectorem, nequid mutet, diſſentientibus antiquis libris: meam opinionem ponderari diligenter cupio. Mihi rectius videtur, *ne urbes quidem*. Hoc aliis item ſi videbitur, retinebo ſententiam meam; ſin minus, abjiciam non invitus. *P. Manucius*.

cello coſs. praetor eſſet) eum, qui cum avo tuo, Luculle, conſul fuit, doctum ſane hominem, ut indicat ipſius hiſtoria ſcripta Graece, jocantem dixiſſe Carneadi: Ego tibi, Carneade, praetor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum; [1] nec haec urbs, nec in ea civitas. Tum ille, Huic Stoico non videris. Ariſtoteles aut Xenocrates, quos Antiochus ſequi volebat, non dubitaviſſet, quin & praetor ille eſſet, & Roma urbs, & eam civitas incoleret: [2] ſed ille veſter eſt [3] plane, ut ſupra dixi, Stoicus perpauca balbutiens. [4] Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adſciſcam & conprobem incognitum: quod minume voltis. Quid conſilii datis? Teſtatur ſaepe Chryſippus, tres ſolas eſſe ſententias, quae defendi poſſint, de finibus bonorum: circumcidit & am-

1 *Nec hac urbs* &c.] Liber Pal. 2. apud Gruterum *ne hac urbs, ne civitas.* An, *ne hac urbs, nec in ea civitas?* Quid ſi lectio Palatini recta eſt; *ne hac urbs, ne civitas:* & τὸ *in ea* Gloſſema eſt, quod à quopiam ſciolo intruſum eſt propter ſequentia illa, *& eam civitas incoleret.* Viderint acutiores. Brevioribus, dum recta ſint, favendum. GUIETUS. *Ibid.* Inepta eſt *Pal.* ſecundi lectio; nec à vulgatâ recedendum, quam multi Codices merito ſervant. Niſi forte, cum Pariſ. 5. det *nam urbs,* malis *non urbs.* Sed perinde eſt. *Davies.*

2 *Sed ille* veſter] Vulgo *noſter.* Sed emendationem noſtram plane flagitat auctoris mens: Antiochus enim intelligitur, quem Lucullus ſequebatur. *Idem.*

3 *Plane, ut ſupra* dixi, Stoicus *perpauca balbutiens*] *Nonius* in *balbutire:* Cicero Academicorum libro IV. *Plane ut ſupra* dictus (Lege *dixi*) Stoicus *perpauca balbutiens.* Hinc etiam patet *Lambinum* male correxiſſe *Stoica perpauca.* Sane multum aberat, ut Antiochus *Stoica perpauca* defenderet; Stoicos enim in pleriſque ſequebatur. Adeo ut fuiſſet, *ſi* perpauca *mutaviſſet, germaniſſimus Stoicus.* Vide ſupra cap. XLIII. *Idem.*

4 *Vos autem mihi veremini*] Legendum videtur, *vos autem mihi vereri videmini.* Verumtamen nihil mutare auſim: nam *mihi veremini*

Digitized by Google

amputat multitudinem: aut enim honeſtatem eſſe finem, aut voluptatem, aut utrumque. Nam qui ſummum bonum dicant id eſſe, ſi vacemus omni moleſtia, eos invidioſum nomen voluptatis fugere, ſed in vicinitate verſari: quod facere eos etiam, qui illud idem cum honeſtate conjungerent: nec multo ſecus eos, qui ad honeſtatem prima naturae commoda adjungerent. [5] Ita tris relinquit ſententias, quas putet probabiliter poſſe defendi. Sit ſane ita: quamquam à Polemonis, & Peripateticorum, & Antiochi finibus non facile divellor, neque quicquam habeo adhuc probabilius: [6] verumtamen video, quam ſuaviter voluptas ſenſibus noſtris blandiatur. [7] Labor eo ut adſentiar Epicuro aut Ariſtippo. Revocat virtus; vel potius reprehendit manu: pecudum illos motus eſſe

mini ſic poteſt explicari; mihi timetis, hoc eſt, mea cauſa & pro me & in rem meam timetis, ne ſcilicet labar &c. quomodo boni ſcriptores loquuntur interdum. *Lambinus.*

5 *Ita tres* relinquit *ſententias*] Vulgo *reliquit*. Nos Latinitate Codicumque *Pariſ.* 5. *Bal.* & *Reg.* fide nixi veram lectionem reſtituimus. *Dav.*

6 *Verumtamen video* &c.] An ſic: *Verumtamen* cum *video quam ſuaviter* &c. *labor* eo, *ut aſſentiar.* Ἐπέχω. S. Victoris Codex *labore*; ex quo *labor eo* cum *Grutero* legendum puto. Ex *labor eo* imperiti Librarii partim *labore*, partim *laboro* fecerunt. *Guietus.*

7 *Labor ut aſſentiar Epicuro*] Vulgati libri *laboro* omnes habebant; quod verbum ut depravatum eſſe crederem, fecit id quod ſequitur, *revocat virtus, vel potius reprehendit manu:* nam ſine dubio *revocat* & *reprehendit manu* quippiam requirunt, quod in tranſlatione reſpondeat: quale videtur eſſe verbum *labor*; quod ego & Metaphoram & ſenſum ſecutus repoſui pro *laboro.* P. Manucius.

Ibid. *Labor* eo *ut adſentiar*] Vulgo deeſt vox ſecunda. At cum *Pall. Bal. Cant.* & veteres impreſſi dent, *laboro, ut aſſentiar*; liber autem S. Victoris, *Pariſ.* 1. 2. 4. 5. & *Reg.* exhibeant *labore ut aſſentiar*; recte *Gruterus* & *Guietus* eo, quo nos edidimus, modo reponendum conjecere. *Davies.*

1 *He-*

eſſe dicit, [1] hominem jungit deo. Poſſum eſſe
medius: ut, quoniam Ariſtippus, quaſi animum
nullum habeamus, corpus ſolum tuetur; Zeno,
quaſi corporis ſimus expertes, animum ſolum
conplectitur: [2] ut Calliphontem ſequar; cujus
quidem ſententiam Carneades ita ſtudioſe de-
fenſitabat, ut eam probare etiam videretur:
quamquam Clitomachus adfirmabat, numquam
ſe intellegere potuiſſe, quid Carneadi probare-
tur. [3] Sed, ſi ipſum velim ſequi, nonne [4] ip-
ſa veritas, & gravis & recta ratio mihi ob-
verſetur? Tu, cum honeſtas in voluptate con-
temnenda conſiſtat, honeſtatem cum voluptate,
46 tamquam hominem cum belua, copulabis? U-
num igitur par, quod depugnet, reliquum eſt,
voluptas

1 *Hominem* jungit *Deo*] Sic & typis impreſſi & calamo ſcripti. At omnino reſcribendum, *hominem* JUNGI *Deo*. Eſt enim προσωποποιΐα Virtutis, cujus hæc fingitur dictio. Senſus eſt, voluptatem corpoream rem eſſe belluinam, adeoque prorſus indignam, quæ ſit hominis finis; ſiquidem Dei nos cognatione tenemur. De hac re paſſim philoſophi. Vide modo noſtrum de Legg. lib. I. cap. 7, ſeqq. *Davies.*

2 *Ut Calliphontem ſequar*] Abundare *ut*, qui totum ambitum verborum attendet, ſtatim intelliget: &, ut dicam quod ſentio, ſuſpicor ipſum ita ſcripſiſſe *Ciceronem* rem potius quam verba ſpectantem: idem enim alibi quoque vitium deprehendi. Ut lib. III. de Fin. *Ne illud quidem eſt conſentaneum*, ut, *ſi, cum tria genera bonorum ſint, quæ ſententia eſt Peripateticorum, eo beatior quiſque ſit, quo ſit corporis aut externis bonis plenior*, ut *hoc idem approbandum ſit nobis.* Et lib. I. Ep. 1. ad Quintum fratrem, *Ut te ante compares*; cum jam dixerit *ut ſi hoc plane* &c. *P. Manucius.*

Ibid. Ut *Calliphonem ſequar*] Videtur delenda particula *ut* hoc loco, ut inanis & otioſa: nam ſupra poſita ſemel eſt ſuo loco, ibi, *ut, quoniam Ariſtippus* &c. Verumtamen non ſum eam delere auſus: nam ſæpe Latini ſcriptores tales particulas bis ponunt, cum ea, quæ ſemel poſita eſt, longius diſtat. Idque ſæpenumero apud *Plautum* animadverti & notavi. *Lambinus.*

Ibid. Ut *Calliphontem ſequar*] *Gruterus* fide *Pal.* tertii repoſuit, *aut Calliphontem ſequar.* Sed is hac ratione ſententiam prorſus corrupit: nihil enim eſt, quod conjunctioni disjunctivæ reſpondeat. Guietus *ut*

vel

voluptas cum honeſtate, de quo Chryſippo fuit, quantum ego ſentio, non magna contentio. Alterum ſi ſequare, multa ruunt, & maxume communitas cum hominum genere, caritas, amicitia, juſtitia, reliquae virtutes, quarum eſſe nulla poteſt, [5] niſi erit gratuita: nam quae voluptate, quaſi mercede aliqua, ad officium inpellitur, ea non eſt virtus, ſed fallax imitatio ſimulatioque virtutis. Audi contra illos, qui [6] nomen honeſtatis à ſe ne intellegi quidem dicant, niſi forte quod glorioſum ſit in volgus, id honeſtum velimus dicere: fontem omnium bonorum in corpore eſſe: hanc normam, hanc regulam, hanc praeſcriptionem eſſe naturae; à qua qui aberraviſſet, eum numquam, quid in vita ſeque-

vel *aut* pro Gloſſemate numerat. Omnino tamen vera eſt *Manucii Lambinique* ratio. At quod eorum poſterior *Calliphonem* reſcribit; id contra fidem Codicum non eſt faciendum: nam ut *Antiphontem* & *Antiphonem* dixit *Tullius*, ſic etiam *Calliphontem* & *Calliphonem* dicere potuit. Ultima tamen ratio placet *Chariſio* Inſt. Gramm. lib. I. coll. 48, 49, 94. *Davies.*

3 *Sed ſi ipſum velim ſequi*] Vulgo *ſed ſi ipſum* finem *velim ſequi:* unde Lambinus reſcribendum conjecit, *ſed ſi* ipſius *finem velim ſequi.* Sed Pariſ. 5. *finem* omittit, eamque præſtat lectionem, quam nos merito ſequimur. Quin & *finem* Guietus ex conjectura delendum ſtatuerat. *Idem.*

4 *Ipſa* veritas] Vulgo *ipſa ſeveritas*; & ita *Manucius*, *Lambinus*, *Brutus*, & *Aldus* nepos. At res ipſa noſtram lectionem firmat; quam repræſentant *Aſcenſius* & *Victorius*. Quin ſic exhibent *Pariſ.* 4. *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. *Idem.*

5 *Niſi erit gratuita*] Hoc opponit Epicuro, qui virtutes διὰ τὴν ἡδονὴν cenſuit αἱρεῖσθαι. Vide *Menagium* ad Laertii X, 138. *Idem.*

6 *Nomen honeſtatis à ſe ne intelligi quidem*] Epicureos intelligit. *Cicero* Tuſcul. lib. V. cap. 26. Epicurus *hac noſtra*, honeſta, turpia, *inridet; dicitque nos in vocibus occupatos, inanes ſonos fundere; neque quicquam ad nos pertinere, niſi quod aut læve aut aſperum in corpore ſentiatur.* Hinc ejus diſcipuli *omne, quod honeſtum nos & laudabile eſſe dicimus, id caſſum quiddam & inani vocis ſono decoratum eſſe dicunt*, ut ait ejuſdem libri cap. XLI. *Idem.*

1 *Fixum*

Digitized by Google

ſequeretur, habiturum. Nihil igitur me putatis, haec & alia innumerabilia cum audiam, moveri? Tam moveor, quam tu, Luculle: neque me minus hominem quam te putaveris. Tantum intereſt, quod tu, cum es conmotus, adquieſcis, adſentiris, adprobas; verum illud, certum, conprehenſum, perceptum, ratum, firmum, [1] fixum fuiſſe vis; deque eo nulla ratione neque pelli neque moveri potes: ego nihil ejuſmodi eſſe arbitror, cui ſi adſenſus ſim, [2] non adſentiar ſaepe falſo; quoniam vera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur, praeſertim cum judicia iſta dialecticae, nulla ſint. Venio enim jam ad tertiam partem philoſophiae. Aliud judicium Protagorae eſt, [3] qui putet id cuique verum eſſe, quod cuique videatur: aliud Cyrenaicorum, qui praeter [4] permotiones intimas nihil putant eſſe judicii: aliud Epicuri, qui omne judicium in ſenſibus, & in rerum notitiis, & in voluptate conſtituit. Plato autem omne

1 *Fixum* fuiſſe *vis*] Recte Pariſ. quintus *fixum vis*, prætermiſſa voce ſupervacanea. *Davies.*

2 *Non adſentiar ſæpe* falſo] Vulgo *falſe.* Nos eam lectionem damus quam ſuppeditavit *Reg.* & ita *Lambinus* edidit. Aliter certe loqui *Cicero* non ſolet. *Idem.*

3 *Qui putet id cuique verum eſſe quod cuique videatur*] Hæc erant Protagoræ verba: Πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος· τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι· τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. Ea referunt ſcriptores plurimi. Vide *Menagium* ad *Laertii* IX, 51. & *Fabricium* ad *Sextum Empiricum* Pyrrh. Hypot. lib. I. cap. XXXII. §. 216. *Idem.*

4 *Permotiones intimas*] Dolorem & voluptatem. Huc ſpectantia veterum loca congeſſimus ad hujuſce libri cap. VII. *Idem.*

5 Veſter *Antiochus*] Vulgo *noſter*; contra quam res ipſa poſtulabat. Vide nos ad cap. XLV. *Idem.*

6 *A Chryſippo pedem* nuſquam] Vulgo *numquam*. Sed *adverbium loci*, non *temporis*, ſuperius adhibuit noſter; dum quærit UBI *Xenocraten ſequitur?* Igitur ejuſdem modi vocabulo

Digitized by Google

omne judicium veritatis, veritatemque ipſam,
abductam ab opinionibus & à ſenſibus, cogita-
tionis ipſius & mentis eſſe voluit. Numquid
horum probat [5] veſter Antiochus? Ille vero
ne majorum quidem ſuorum. Ubi enim aut
Xenocratem ſequitur, cujus libri ſunt de ratio-
ne loquendi multi, & multum probati? aut ip-
ſum Ariſtotelem, quo profecto nihil eſt acuti-
us, nihil politius? [6] à Chryſippo pedem nuſ-
quam. Quî ergo Academici adpellamur? an 47
abutimur gloria nominis? Aut cur cogimur
eos ſequi, qui inter ſe diſſident? In hoc ipſo,
quod in elementis dialectici docent, quo mo-
do judicare oporteat, verum falſumne ſit, ſi
quid ita connexum eſt, ut hoc, *Si dies eſt,
lucet*, quanta contentio eſt? [7] Aliter Diodo-
ro, aliter Philoni, Chryſippo aliter placet. Quid?
cum Cleanthe, doctore ſuo, quam multis re-
bus Chryſippus diſſidet? Quid? duo vel prin-
cipes dialecticorum, Antipater & Archidemus,
opinio-

vocabulo *Tullius* hic uſus eſt. Et ita ſane *Reg.* pro varia lectione. *Idem.*

7 *Aliter* Diodoro, *aliter* Philoni, *Chryſippo aliter placet*] Vulgo *aliter Diodoto*. Sane nulli non notus eſt *Diodotus* Stoicus, Ciceroni perfamiliaris; quod in cauſa, credo, fuit cur illum huc intulerint *Lambinus* & *Gruterus*. Sed Diodorus is intelligendus eſt qui Κρόνος appellabatur; ut ex ſequentibus patebit. Quin etiam Philonem, Antiochi magiſtrum, non vult Cicero, ſed Diodori Croni diſcipulum, contra cujus περὶ σημασιῶν libros ſcripſit Chryſippus: ut teſtatur *Laertius* VII, 191. Idem §. 16. *Ζήνων ἐπιμελῶς ϗ πρὸς Φίλωνα τὸν Διαλεκτικὸν διεκρίνετο ϗ συνεχόλαζεν αὐτῷ.* Nam graviter lapſus eſt *Th. Aldobrandinus*, qui Philonem Clitomachi μαθητὴν intelligit, Zenonemque cum eo frequenter diſputare ſolitum contendit: ſiquidem Zeno Cittieus mortuus eſt Olymp. CXXIX, 1. ſed auditor Clitomachi Philo nonniſi circa Olymp. CLXX. hoc eſt, annos minimum octoginta poſt Zenonis obitum, σχολαρχεῖν incepit. De Philone illo Dialectico plura

opinioſiſſimi homines, nonne multis in rebus diſſentiunt? Quid me igitur, Luculle, in invidiam, & tamquam in concionem vocas; & quidem, ut ſeditioſi tribuni ſolent, occludi tabernas jubes? Quo enim ſpectat illud, cum artificia tolli quereris à nobis, niſi ut opifices concitentur? qui ſi undique omnes convenerint, facile contra vos incitabuntur. Expromam primum illa invidioſa, [1] quod eos omnes, qui in concione ſtabunt, exſules, ſervos, inſanos eſſe dicatis: deinde ad illa veniam, quae jam non ad multitudinem, ſed ad voſmetipſos, qui adeſtis, pertinent: negat enim vos Zeno, negat Antiochus, ſcire quicquam. Quo modo? inquies: nos enim defendimus, etiam inſipientem multa conprehendere. [2] At ſcire negatis quem-

plura *Joan. Jonſius* de Scriptor. Hiſt. Philoſ. lib. II. cap. 1. *Sextus* Empiricus Pyrrhon. Hypot. lib. II. cap. XI. §. 110. Ὁ *μὲν γὰρ* ΦΙΛΩΝ *φησὶν, ὑγιὲς εἶναι συνημμένον τὸ μὴ ἀρχόμενον ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λῆγον ἐπὶ ψεῦδος, οἷον, ἡμέρας οὔσης καὶ ἐμοῦ διαλεγομένου, τὸ, εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἐγὼ διαλέγομαι.* Ὁ *δὲ* ΔΙΟΔΩΡΟΣ, *ὃ μήτε ἐνεδέχετο μήτε ἐνδέχεται, ἀρχόμενον ἀπὸ ἀληθοῦς λήγειν ἐπὶ ψεῦδος* &c. Vide & lib. VIII. adverſ. Mathem. §. 113, ſeqq. Præterea *Bal. Reg. Cantab. Ven.* 1471. aliique veteres editi noſtrum legendi modum repræſentant. Inter eundem hunc Diodorum & Chryſippum magna fuit etiam *περὶ ἀδυνάτων* contentio; quod memoriæ tradiderunt *Cicero* de Fato cap. VII. & *Hieronymus* adverſ. Pelag. Dial. I. pag. 557. E. In aliis etiam nonnullis diſſentiebant, quod patet ex *Agellii* Noct. Attic. lib. XI. cap. 12. *Davies.*

1 *Quod eos omnes* qui in concione ſtabunt exſules, ſervos, *inſanos eſſe dicatis*] Hujuſce ῥήσεως loco *Pariſ.* 1. 2. 4. exhibent *quo deos omnes nos viſa vos eſſe dicatis:* unde legendum, *quod eos omnes vos inſanos eſſe dicatis*, quo modo diſerte dat *Pariſ.* 5. & ita fere *Reg. Cantab.* & *Ven.* 1471. Certe non liquet ullos dari MSStos qui locum præbeant auctiorem. *Idem.*

2 *At ſcire negatis quemquam rem ullam, niſi ſapientem*] *Auguſtinus* contra Academicos lib. I. cap. 7. *Scientia non ſolum comprehenſis, ſed ita comprehenſis rebus conſtat, ut neque in ea quiſquam errare, nec quibuslibet adverſantibus impulſus nutare debeat. Unde veriſſime à quibuſdam philoſophis dicitur in nullo eam poſſe niſi*

Digitized by Google

quemquam rem ullam, niſi ſapientem. Et hoc quidem Zeno geſtu conficiebat. Nam cum extenſis digitis adverſam manum oſtenderat, Viſum, inquiebat, hujuſmodi eſt: deinde, [3] cum paullum digitos contraxerat, Adſenſus hujuſmodi: tum, cum plane conpreſſerat, pugnumque fecerat, Conprehenſionem illam eſſe dicebat. Qua ex ſimilitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν inpoſuit. [4] Cum autem laevam manum admoverat, & illum pugnum arcte vehementerque conpreſſerat, Scientiam talem eſſe dicebat; cujus conpotem, niſi ſapientem, eſſe neminem. Sed, [5] qui ſapientes aut ſint, aut fuerint, ne ipſi quidem ſolent dicere. Ita tu nunc, Catule, lucere neſcis; [6] nec tu, Hortenſi, in tua villa nos eſſe. Num

niſi in SAPIENTE *inveniri. Sextus Empiricus* adv(. Mathem. lib. VII. §. 433. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς φαύλοις κατ' αὐτοὺς (Στωικοὺς) ἐγκαταριθμοῦνται Ζήνων καὶ Κλεάνθης καὶ Χρύσιππος καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως· πᾶς δὲ φαῦλος ἀγνοίᾳ κρατεῖται· πάντως ἠγνόει Ζήνων, πότερον &c. Καὶ μὴν, ἢ ἐγίνωσκε τὸ δόγμα τοῦτο Χρύσιππος Στωικὸν ὄν, φημὶ δὲ τὸ, πάντα ἀγνοεῖ ὁ φαῦλος, ἢ οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο ἠπίστατο &c. Vide & *Horatium* lib. II. Sat. III, 43. ac noſtrum de Orat. lib. III. cap. 18. *Idem.*

3 *Cum paulum digitos* contraxerat] Vulgo *conſtrinxerat.* Sed alterum verbum commodius videbatur; idque præſtant *Cantab.* & editio *Victoriana.* Davies.

4 *Cum autem lævam manum* admoverat, *&* illum *pugnum arcte vehementerque compreſſerat*] Pariſ. 4. 5. & Reg. *lævam manum adverterat*; quod non placet. Minus etiam neceſſario *Lambinus*, intruſa voce, legit *lævam manum* pugno *admoverat.* At ſequentia verba remedium flagitabant; nam legas oportet *&* illa *pugnum arcte vehementerque compreſſerat. Illa*, videlicet læva manu. *Idem.*

5 *Qui ſapientes aut ſint aut fuerint*] Sic diſerte *Pariſ.* 5. *Reg.* & *Ven.* 1471. Accedit & *Pariſ.* 2. in eo enim legitur, *qui ſapientes ſint aut fuerint.* Vulgo *qui ſapiens ſit aut fuerit.* Idem.

6 Nec *tu, Hortenſi*] Malim *&* *tu, Hortenſi,* videlicet neſcis. Vel *atque tu, Hortenſi.* Sunt enim Codices in quibus *neque* legitur. Poſſis etiam *aeque tu* &c. *Idem.*

1 *Ju-*

Num minus haec invidioſe dicuntur? nec tamen nimis eleganter: illa ſubtilius. Sed quo modo tu, ſi nihil conprehendi poſſet, artificia concidere dicebas, neque mihi dabas, id quod probabile eſſet, ſatis magnam vim habere ad artes: ſic ego nunc tibi refero, artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. An pateretur hoc Zeuxis, aut Phidias, aut Polycletus, nihil ſe ſcire, cum in his eſſet tanta ſolertia? [1] Quod ſi eos docuiſſet aliquis quam vim habere diceretur ſcientia, deſinerent iraſci: ne nobis quidem ſuſcenſerent, cum didiciſſent id tollere nos, quod nuſquam eſſet; quod autem ſatis eſſet ipſis, relinquere. Quam rationem, majorum etiam conprobat diligentia: qui primum [2] jurare ex ſui animi ſententia quemque voluerunt: deinde ita teneri, ſi ſciens falleret; quod inſcientia multa verſaretur in vita: tum, qui teſtimonium diceret, ut arbitrari ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet: quaeque jurati judices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta, ſed ut videri [3] pro-
48 nunciarent. Verum quoniam non ſolum nauta

1 Quod *ſi*] Lego *qui*, *ſi eos ----ſcientia, deſinerent* &c. *Davies.*

2 *Jurare ex ſui animi ſententia -----videri pronuntiarent*] De iis, quas *Cicero* memorat, formulis vide *Cujacium* Obſerv. lib. I. cap. 21. & lib. III. cap. 26. ac *Briſſonium* Form. lib. V. pag. 477, 482. nec non lib. VIII. pag. 710, 711. *Idem.*

3 *Pronuntiarent*] *Pronuntiaretur* liber S. Victoris, quæ lectio placet. Sed forte τὸ *ut* ante *videri* Gloſſema eſt. *Ut ea non eſſe facta ſed videri pronuntiaretur.* GUIET. *Ibid.* Nemo, libris non addicentibus, τὸ *ut* deleret, niſi qui perpetuo Gloſſemata ſomniaret; quod *Guieto* contigit. Quod autem vir ille doctus ex uno Codice *pronuntiaretur* reponit, non eſt audiendus; licet accedit huic *Pariſ.* 5. Si movenda eſt recepta ſcriptura, cum *Grutero* potius legendum fuit *pronuntiarentur*, prout edidit Victorius. Et ita ſane dant *Pariſ.* 2. & *Reg.* à prima manu. Sed præſtat vulgata lectio. *Davies.*

1 *Tem-*

tà ſignificat, ſed etiam Favonius ipſe inſuſurrat, navigandi nobis, Luculle, [4] tempus eſſe, & quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum. Poſthac tamen, cum haec quaeremus, potius de diſſenſionibus tantis ſummorum virorum diſſeramus, de obſcuritate naturae, deque errore tot philoſophorum, qui de bonis contrariiſque rebus tanto opere diſcrepant, ut, cum plus uno verum eſſe non poſſit, jacere neceſſe ſit tot, tam nobiles diſciplinas; quam de oculorum ſenſuumque reliquorum mendaciis, & de ſorite, aut pſeudomeno: quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt. Tum Lucullus, Non moleſte, inquit, fero, [5] nos haec contuliſſe: [6] ſaepius enim congredientes nos, & maxume in Tuſculanis noſtris, ſi quae videbuntur, requiremus. Optume, inquam: ſed quid Catulus ſentit? quid Hortenſius? Tum Catulus, Egone, inquit? Ad patris revolvor ſententiam, (quam quidem ille Carneadeam eſſe dicebat) ut percipi nihil putem poſſe, adſenſurum autem non percepto, id eſt, opinaturum ſapientem

4 *Tempus* eſſe, *& quoniam ſatis multa dixi, eſt mihi perorandum*] *Pal.* ſec. *tempus eſt:* quam lectionem probantes *Gruterus* & *Guietus*; ille, octo voces ſequientes additamenta Librariorum cenſuit: Guietus vero hæc omnia, *& quoniam ---- Stoici texuerunt*, pro ſubdititiis habuit. Sed miſere labuntur viri illi docti & de Gloſſemate fruſtra ſomniant; nam tam vulgaris lectio quam verba eis ſuſpecta ſententiæ ſunt neceſſaria. Nihil enim eſt quod vel nauta ſignificet vel Favonius inſuſurret niſi navigandi tempus eſſe; quoniamque Cicero ſat multa dixerat, ea cauſa fuit idonea cur peroraret, nautæque morem gereret ac Favonio. Cur autem reliqua ſpuria eſſe ſtatuerit *Guietus*, nec ipſe docuit, nec ullam cauſam video. *Idem.*

5 *Nos* hæc *contuliſſe*] Pariſ. 4. aliiſque quidam Codd. *hic contuliſſe*. Male. Vide lib. I. Fin. cap. 5. *Idem.*

6 *Saepius* enim *&c.*] Totam ſententiam ſic legerim: *Saepius* autem

P conـ

entem exiſtumem: [1] ſed ita, ut intellegat ſe opinari, ſciatque nihil eſſe, quod conprehendi & percipi poſſit: [2] per ἐποχὴν illam rerum omnium conprobans, illi alteri ſententiae, nihil eſſe quod percipi poſſit, vehementer adſentior. Habeo, inquam, ſententiam tuam, nec eam admodum aſpernor. Sed tibi quid tandem videtur, Hortenſi? Tum ille ridens, [3] Tollendum.

congredientes nos, & maxume in Tuſculanis noſtris, quae videbuntur requiramus: vel, *ſi* placet, *quae videbuntur requiremus.* Davies.

1 *Sed ita, ut intelligat*] *Victoriani* Codices dabant, *ſed ita ut* ſi *intelligat*, eamque voculam *Pal.* etiam ſec. agnoſcit. Lege *ſed ita ut* SIMUL *intelligat*. Error ex ſcripturæ compendio natus eſt. *Idem.*

2 Per ἐποχὴν *illam omnium rerum comprobans*] Fortaſſe legendum *quare* ἐποχήν. P. Manucius.

Ibid. *Epochen enim illam*] Sic nunc edendum curavi. Nam olim verborum ordinem perturbatum eſſe putans, mutaram; nunc, eodem ordine ſervato, pauciſſima muto. Et primum deleo *per*, quod inane eſt & natum ex verbo, quod antecedit, *percipi:* deinde reſtituo particulam *enim*, quæ omiſſa fuit ab imprudente Librario propter ſimilitudinem ſyllabæ poſtremæ vocis *epochen* Latine ſcriptæ. Infra *tollendam* repono pro *tollendum*. *Manutius* ex *per* fecit *quare:* quod non damno. Sed ſic, ut dixi, legi malo. *Lambinus.*

Ibid. *Per* ἐποχὴν *illam omnium rerum comprobans*] Locus in vulgatis ſtella notatus corrigi poteſt, ſi pro *per* legatur *ſemper*, ut eſt in libro MSto. *Urſinus.*

Ibid. *Per* ἐποχὴν] An *inſuper*, id eſt, præterea. *Guietus.*

Ibid. Per ἐποχὴν *illam*] Hoc mendoſum eſſe vident omnes; ſuaſque ſinguli ſententias in notis dixerunt, *Manucius, Lambinus, Urſinus, Faber* & *Guietus*. Ut verum fatear, mihi ſat arridet *Turnebi* emendatio; qui Adverſ. lib. XVI. cap. 18. legit, NEC ἐποχὴν *illam omnium rerum comprobans*. Quam in rem ab eo laudatus *Euſebius* Præp. Evang. lib. XIV. cap. 7. Carneades μόνῳ, inquit, ἐν τῷ περὶ τῆς ΕΠΟΧΗΣ λόγῳ πρὸς αὐτὸν (Ἀρκεσίλαον) διέξεισι, φὰς ἀδύνατον εἶναι ἄνθρωπον ὄντα περὶ ΑΠΑΝΤΩΝ ἘΠΕΧΕΙΝ· διαφορὰν δὲ εἶναι ἀδήλου καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀκατάληπτα, οὐ πάντα δὲ ἄδηλα. Vide & cap. VIII. Noſter ſupra cap. 24. *Licebat enim nihil percipere, & tamen opinari: quod à Carneade dicitur probatum.* Parique fere modo cap. XXX. Poſſis etiam, prioribus verbis τελείᾳ στιγμῇ finitis, legere, *Parum* ἐποχὴν *illam omnium rerum comprobans*. Poſſis quoque, ET ἐποχὴν *illam omnium rerum* INPROBANS. Vel hæc vel illa conjectura, quod Codicum lectioni proxime accedat, præplacet. *Davies.*

3 *Tollendum*] *Turnebus* Adverſ. XVI, 18. reponit *tollendam*, ſcilicet ἐποχήν, cum quo facit *Lambinus*. At eos recte confutavit *Petr. Faber*, & *tollendum* retinet, ſubaudiens *adſenſum*.

Digitized by Google

dum. Teneo te, inquam: nam iſta Academiae eſt propria ſententia. Ita ſermone confecto, Catulus remanſit: nos ad naviculas noſtras deſcendimus.

FRAG-

ſum. Ei ſane nullus aures præbeo, licet forſan à mente Ciceronis non multum aberrarit. Noſter mihi videtur ad geſtum reſpicere Zenonis, qui *digitis extenſis adverſam manum oſtendens, viſum inquiebat ejuſmodi eſſe*. Vide cap. XLVII. Vult igitur Hortenſius manum *tollendam* eſſe: quo nobis quidem eſſe viſa ſignificet; quæ tamen talia ſunt, ut ea nec aſſenſus nec perceptio ſequi debeat. *Tollendam* vero *manum* dixit eo modo, quo *Lucretius* I, 112.

Æternas quoniam pœnas *in morte* timendum.

Vide & vſ. 139, 382. ac alibi. Non aliter *Varro* R. R. lib. I. cap. XXI. Canes *potius cum dignitate & acres pauces* habendum *quam multos*. *Agellius* V, 16. *Sed hac ea*, quæ *non diutius* muginandum. Multa ſunt hujuſmodi, quæ collegerunt Grammaticorum παιδιαῖς. Vide ſis, inter alios, *Caſp. Scioppium* Veriſ. lib. III. cap. 3. *Conr. Rittershuſium* Sacr. Lect. lib. VII. cap. 2. ac *J. Fr. Gronovium* ad *Agellii* IV, 9. Et ad Academica quidem TANTUM. *Idem*.

FINIS.

Digitized by Google

Ex lib. I. ACADEMICORUM ad VARRONEM.

NONIUS in *Digladiari* cap. I. §. 331. Quid autem ſtomachetur Mneſarchus, quid Antipater digladietur cum Carneade tot voluminibus?

Ex lib. II. ACADEMICORUM *ad* VARRONEM.

NONIUS in *Adhamare* cap. II. §. 5. Qui enim ſerius honores * adhamaverunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe.

NONIUS in *Exponere* cap. II. §. 275. Frangere avaritiam, ſcelera ponere, vitam ſuam exponere ad imitandum juventuti.

NONIUS in *Hebes* cap. II. §. 408. Quid? lunae quae lineamenta ſint, poteſne dicere? cur ejus naſcentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua?

NONIUS in *Purpuraſcit* cap. II. §. 717. Quid? mare nonne caeruleum? at ejus unda, cum eſt pulſa remis, purpuraſcit: & quidem aqua tinctum quoddammodo & infectum.

NONIUS in *Aequor* cap. I. §. 332. Quid tam planum videtur, quam mare? ex quo etiam *aequor* illud poetae vocant.

* *Adhamaverunt*] Errat hic Nonius: legendum enim apud M. Tullium *adamaverunt*. LAMBIN. *Ibid.* Error non eſt à Nonio, ſed ab imperitis exſcriptoribus; nam legendum ADAMARE. *Cicero* Acad. lib. II. Qui enim ſerius honores *adamaverunt* &c. Et ita diſerte MS. Coll. Corporis Chriſti apud Cantabrigienſes. *Davies.*

NON.

Nonius in *Alabaſter* cap. XV. §. 17. Quibus etiam alabaſter plenus unguenti putere videatur.

Nonius in *Siccum* cap. IV. §. 426. Alius adultis, alius ſenibus: alius aegris, alius ſanis: alius ſiccis, alius vinolentis.

Nonius in *Urinatur* cap. VII. §. 57. Siquando enim nos demerſimus, ut qui urinantur, aut nihil ſuperum, aut obſcure admodum cernimus.

Nonius in *Perpendiculi* cap. II. §. 718. Atqui, ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.

Nonius in *Gallinas* cap. II. §. 372. Cum ovum inſpexerant, quae gallina perperiſſet, dicere ſolebant.

Nonius in *Concinnare* cap. I. §. 207. Quae cum ſimilitudine verbi * concinnare maxime ſibi videretur.

Ex lib. III. Academicorum *ad* Varronem.

Nonius in *Ingeneraretur* cap. II. §. 417. In tanta animalium varietate homini ut ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſcientiae!

Nonius in *Vindicare* cap. IV. §. 487. Aliqua poteſtas ſi ſit, vindicet ſe in libertatem.

Nonius in *Digladiari* cap. I. §. 331. Digladiari autem ſemper, depugnare cum facinoro-

* *Concinnare maxime ſibi videretur*] Lego *concinere maxime ſibi videntur*, ut habet MS. C. C. C. C. nam hæc ad *concinnare* perperam referuntur. *Davies*.

ſis & audacibus, quis non cum miſerrimum, tum etiam ſtultiſſimum dixerit?

Nonius in *Exſulto* cap. I. §. 335. Et ut nos nunc ſedemus ad Lucrinum, piſciculoſque exſultantes videmus.

Nonius in *Gallinas* cap. II. §. 375. Qui Gallinas alere permultas quaeſtus cauſa * ſolerem.

Diomedes lib. I. col. 373. ed. Putſ. Cicero Academicarum tertio, *Malcho in opera* † *affixa*.

Lactantius lib. VI. cap. 24. §. 2. Quod ſi liceret, ut iis qui in itinere deerraviſſent, ſic vitam deviam ſecutis, corrigere errorem poenitendo, facilior eſſet emendatio temeritatis.

Nonius etiam laudat Academicorum lib. IV. in *Meniana* cap. I. §. 333. in *Natrices* cap. I. §. 334. in *Adſtipulari* cap. II. §. 6. in *Balbutire* cap. II. §. 91. in *Dolitum* cap. II. §. 235. in *E regione* cap. II. §. 263. in *Exanclare* cap. II. §. 303. in *Infinitatem* cap. II. §. 413. in *Pingue* cap. II. §. 719. in *Ravum* cap. II. §. 729. in *Uncinatum* cap. II. §. 923. Sed cum ea loca fere legantur in Academici ſecundi parte poſteriore, mihi non videbantur hoc in loco repetenda.

Ex libris incertis ACADEMICORUM *ad* VARRONEM.

Lactantius lib. III. cap. 15. Mihi autem non modo ad ſapientiam caeci videmur, ſed ad ea ipſa,

* *Solerem*] Lege *ſolerent* cum MSto a. c. e. c. Exſtat Acad. II, 18. *Dav.*
† *Affixa*] Forſan *affixa*. Idem.

quae

quae aliqua ex parte cerni videantur, hebetes & obtuſi.

Augustinus lib. III. contra Acad. cap. VII. Academico ſapienti ab omnibus ceterarum ſectarum, qui ſibi ſapientes videntur, ſecundae partes dantur, cum primas ſibi quemque vindicare neceſſe ſit: ex quo poteſt probabiliter confici, eum recte primum eſſe judicio ſuo, qui omnium ceterorum judicio ſit ſecundus. Fac enim, verbi cauſa, Stoicum adeſſe ſapientem: nam contra eos potiſſimum Academicorum exarſit ingenium. Ergo Zeno, vel Chryſippus, ſi *interrogentur, quis ſit ſapiens; reſpondebit, eum eſſe, quem ipſe deſcripſerit. Contra Epicurus, vel quis alius adverſariorum, negabit, ſuumque potius peritiſſimum voluptatum aucupem, ſapientem eſſe contendet. Inde ad jurgium. Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hominem natum ad nihil eſſe aliud quam honeſtatem: ipſam ſuo ſplendore in ſe animos ducere, nullo prorſus commodo extrinſecus poſito, & quaſi lenocinante mercede: voluptatemque illam Epicuri ſolis inter ſe pecoribus eſſe communem, in quorum ſocietatem & hominem, & ſapientem trudere nefas eſſe. Contra ille, convocata de hortulis in auxilium quaſi libera turba temulentorum, quaerentium tamen, quem incomtis unguibus bacchantes aſperoque ore diſcerpant, voluptatis nomen, ſuavitatem, quietem teſte populo exaggerans,

* Leg. *interrogetur.* Davies.

inſtat acriter, ut ſine ea beatus nemo eſſe poſſe videatur. In quorum rixam ſi Academicus incurrerit, utroſque audiet trahentes ſe ad ſuas partes: ſed ſi in illos, aut in iſtos conceſſerit, ab eis, quos deſerit, inſanus, imperitus, temerariuſque clamabitur. Itaque cum & huc & illuc aurem diligenter admoverit, interrogatus quid ei videatur, dubitare ſe dicet. Roga nunc Stoicum, quis ſit melior, Epicuruſne qui delirare illum clamat, an Academicus, qui ſibi adhuc de re tanta deliberandum eſſe pronuntiat? nemo dubitat Academicum praelatum iri. Rurſus te ad illum converte, & quaere, quem magis amet, Zenonem, à quo beſtia nominatur, an Arceſilam, à quo audit, Tu fortaſſe verum dicis, ſed requiram diligentius: nonne apertum eſt totam illam porticum, inſanam, Academicos autem prae illis modeſtos cautoſque homines viſum iri Epicuro?

AUGUSTINUS lib. II. contra Academ. cap. XI. Talia mihi videntur omnia, quae probabilia vel veriſimilia putavi nominanda: quae tu ſi alio nomine vis vocare, nihil repugno. Satis enim mihi eſt, te jam bene accepiſſe, quid dicam id eſt, quibus rebus haec nomina imponam: non enim vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem.

AUGUSTINUS lib. III. contra Academ. cap. 20. Mos fuit Academicis occultandi ſententiam ſuam, nec eam cuiquam, niſi qui ſecum ad ſenectutem uſque vixiſſet, aperiendi.

HADR. TURNEBI

Digitized by Google

HADRIANI TURNEBI

COMMENTARIUS in ACADEMICORUM LIBRUM PRIMUM.

LIBROS *Academicos* (ſic enim appellat *Cicero*) exiſtimo vocatos eſſe, quod iis nova Academia defendatur: quod genus philoſophandi, ut Socraticum maxime & elegans, minimeque arrogans Cicero ſequebatur. Diſputationem autem fingit habitam in Cumano Varronis. Plinius H. N. xxxi, 3. ſcriptos eſſe ait in Academia Ciceronis: cujus locum adſcribam: *Digna*, inquit, *memoratu villa eſt ab Averno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu & nemore: quam vocabat* Cicero *Academiam, ab exemplo Athenarum; (ibi compoſitis voluminibus ejuſdem nominis) in qua & monumentum ſibi inſtauraverat; ceu vero non in toto terrarum orbe feciſſet. Hujus in parte prima, exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi, perquam ſalubres oculis, celebrati carmine Laurea Tullii, qui fuit è libertis ejus.* Trium autem ſequentium librorum diſputatio fortaſſe non eſt in Cumano Varronis habita. Id intelligi poteſt ex loco quem Nonius ex III. libro affert, *Et ut nos nunc ſedemus ad Lucrinum, piſciculoſque exultantes videmus.*

CAP. I. *In Cumano*] In Cumano tamen habitam epiſtolâ ad Varronem declarat: & illuc uſque ager Cumanus pertinebat.

Pridie veſperi] Pridie quam hæc habita eſt diſputatio.

Longo intervallo] Cum pluſculum temporis in ſalutatione conſumpſiſſemus, eum ſatis longo temporis intervallo in ſuam villam reducebamus. Intervallum enim temporis intellige.

Et ſi quid forte] Si quid novi ipſe afferret Roma. *Ecquid* Manutius legit, cum præſertim ſequatur, *Et quare potius*, ecquid *ipſe novi.* In Bruto, *Quid vos, inquam, Brute & Attice nunc? quid tandem novi?*

Intemperantis] Stulti & prope inſani. Plautus: *Neſcio qua illunc hominem intemperiæ tenent.* Eſt enim intemperantia à tota mente & à ratione defectio.

Sed habeo opus] Intelligit fortaſſe libros qui de lingua Latina inſcribuntur, quorum partes, ut tres primos libros privatim Septimio, aliquot alios Ciceroni, alios Marcello nuncupaverat, opus tamen totum, ut reor, Ciceroni dicarat, quod in multos excreverat libros. Citatur enim à Chariſio Varro ad Ciceronem lib. XXII.

Eum ipſum] Eruditum & diſertum hominem.

Jamdiu expectans] Nam biennio ante Ciceroni denunciarat magnam & gravem [illegible].

Libone] Scribonius Libo Varroni perneceſſarius erat, vir ſane doctus & hiſtoriæ ſcriptor: Liburnicæ autem & Achaicæ claſſi in bello civili præfuit. Ei libros etiam nuncuparat Varro: citatur enim à *Macrobio* Varro ad Libonem.

Noſti ſtudium] Quam literarum & doctrinæ ſit ſtudioſus, quamque ſagaciter iſta odoretur & inveſtiget.

Celare poſſumus] Dum ſemper tractamus, aliis prodimus.

Veterem illam à Socrate ortam] Socrates philoſophiæ moralis auctor fuit, de qua Cicero ſcribebat. Se etiam alias Socraticum dicere ſolet, cum ſe Academicum profitetur, quod Socratis exemplo nova Academia nihil affirmaret: ut in Officiis, *Sed tamen noſtra legens non multum à Peripateticis diſſidentia, quoniam utrique & Socratici & Platonici eſſe volumus.* Nam * Peripatetici Platonici ſunt: Academici Socratici.

Genus hoc prætermittas] De philoſophia nihil ſcribas.

CAP. II. AMAFANII *aut Rabirii*] Quorum philoſophia, quod obſcurum nihil habeat, in vulgus probata eſt. C. autem Amafanius ſententiam Epicuri Latinis literis mandarat ſine omni orationis elegantia, nulla vel dicendi vel differendi arte adhibita. Eum & Catium Cicero *malos verborum interpretes* appellat. Horatius quoque interpretem Catium ſignificat cum ſcribit,

Unde & quo Catius? Non eſt mihi
tempus aventi
Ponere ſigna novis præceptis.

Meminit Amafanii & in Tuſc. IV.

Definiunt] Nullam rationem & viam tradendarum artium ſequuntur. Epicurei autem nec Rhetoricam, nec Dialecticam probabant.

Nihil apta] Nulla rationis conclusione utuntur, quæ in diſputationibus dialecticorum interrogatione efficitur, quam aptam, id eſt, concinnam eſſe vult: in quo ineſt etiam expediti & aſtricti ſignificatio: ut apud Livium, *Profectus apto exercitu:* ſic Horatius, *Et avitus apto Cum lare fundus:* Catullus, *Aptis ſarcinulis, & expeditis:* & *verbis aptus Thucydides* apud Ciceronem.

Utranque vim virtutem] Varro Antiochi diſcipulus erat, qui librum ediderat de concordia Stoicorum & Peripateticorum. Peripatetici autem & Academici iidem prorſus erant. Ergo cum eandem diſciplinam Stoicorum & Academicorum eſſe cenſeret inſtituto magiſtri ſui Varro; quæ Stoici dicunt, qui artes diſſerendi & dicendi virtutes putant, attribuit Academicis, cum ab Academicis omnia Stoici, ut cenſet, mutuentur. Virtutes autem eſſe cenſent, non tantum quia intelligentiam ornent, verum etiam quod ad bene & beate vivendum conferant. Cicero, libro tertio de Finibus, de dialectica & phyſica idem docet his verbis. *Ad eaſque virtutes de quibus diſputatum eſt, dialecticam etiam adjungunt & phyſicam, eaſque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, ne cui falſo aſſentiamur, neve unquam captioſa probabilitate fallamur, eaque quæ de bonis & malis diceremus, ut tenere tuerique poſſimus: nam ſine hac arte quemvis arbitramur à vero abduci fallique poſſe,* &c. Itaque virtutes complectitur dialectica, ἀπροπτωσίαν, ἀνεικαιότητα, ἀνελεγξίαν, ἀματαιότητα, ut aiunt Stoici.

Verbis quanquam novis] Verba novare cogimur, quod non eſt Epi-

* Peripatetici nunquam dicti ſunt Platonici, nec Platonici alii ſunt quam Academici vel Socratici. Locus autem hic Offic. I, 1. corruptus eſt, & hoc modo videtur refingendus: *Sed tamen noſtra leges non multum à Peripateticis diſſidentia: quoniam* utique *&* Stoici *& Platonici eſſe volumus.* Vide Offic. lib. III. cap. 4. *Davies.*

curcis

cureis perinde neceſſe, cum de rebus ante oculos poſitis diſſerant, & in eo vulgari ſermone utantur.

Amafanius] Qui phyſica Epicuri Latine ſcripſerat, &, ut opinor, moralia.

Cauſas rerum] Materiam enim tantum ponit, effectionem tollit & formam Epicurus. *Cauſas rerum efficientium*, id eſt, vim rerum efficientium, cauſas efficientes.

Appellat] Amafanius atomos *corpuſcula* vertit. Sunt autem corpuſcula, individua: cum tamen individuum corpus eſſe geometræ negent.

Effectione] Cauſa efficiente.

Adhibenda] Scis quam noſtra ſint obſcura phyſica: propterea quod adhibenda geometria eſt, cujus figuræ & numeri non ſatis explicari verbis Latinis poſſunt. Plato autem in Timæo Triangula ſcalena & iſoſcelea principia & elementa rerum ponit, ex quibus teſſeram, pyramidem, octahedrum, icoſahedrum & dodecahedrum reliquorum elementorum figuras componit, & animum ex harmonicis comparationibus & numeris componit. Nomen autem Geometriæ etiam Arithmeticam hic complectitur.

Quoniam quibuſnam] In geometria quomodo quicquam Latine enunciare & effari poterimus, & ut enunciaverimus, quomodo tandem ad intelligendum noſtros cives adducemus?

Hæc ipſa de vita] Qualia apud nos ſunt noſti, quæ de morali philoſophia traduntur.

Pecudis] Voluptatem.

Zenonem] Stoicos, qui non multum in rebus bonis diſſident à veteribus Academicis, ut inter eos verborum potius quam rerum contentio eſſe videatur. Nam omnia Zeno mutuatus erat ab Academia, etſi nonnulla corrigebat. Igitur eoſdem prope putat ex Antiochi ſententia, cum Antiochum etiam Cicero germanum prope Stoicum exiſtimet.

Simplex] Non è tribus conflatum generibus, animi, corporis & fortunæ, ſed in ſola virtute poſitum.

Ab honeſtate] Nam ab honeſtate, corporis commoda & fortunæ emolumenta ſejungi poſſunt.

Nec ſuſpicari] Id eſt, ſe ne ſuſpicari quidem. Cicero de Finibus, *Cum ipſam eam voluptatem, quam eodem nomine omnes appellamus, laudat locis plurimis, audet dicere ne ſuſpicari quidem ſe ullum bonum ſejunctum ab illo Ariſtippeo genere voluptatis.* Iterum, *Interdum ita laudat, ut quid præterea ſit bonum, neget ſe poſſe ne ſuſpicari quidem.*

Senſum] Sunt enim etiam Epicuro voluptates in ſtabilitate poſitæ, quæ ſenſum non movent, ſed indolentia quadam conſtant.

Si vero Academiam] Legendum, *ſive Academiam.*

Quam argute] Præter quam quod erit acute & ſubtiliter explicanda ſententia veteris Academiæ, tum etiam erit diſputatio tractanda, quæ plurimum & moleſtiæ & obſcuritatis habet, de rerum expetendarum & fugiendarum generibus, de bonorum & malorum finibus adverſus Stoicos.

Quum erit illa] Academia ſcilicet, id eſt Academiæ ratio.

Conſtantiam quantum] Gravitatem inconſtantiæ & levitati contrariam, quod à Romanis hominibus maximum vitium putabatur.

Ut apud Platonem eſt] In Timæo; Ἐξ ὧν ἐποϱισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔθ' ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Id eſt, Cicerone interprete, *Quibus ex rebus philoſophiam adepti ſumus, quo bono nullum optabilius, nullum præſtantius neque datum eſt mortalium generi deorum conceſſu atque munere, neque dabitur.*

L. Ælii] L. Ælium Stilonem cognomento & Præconinum Varronis

nis præceptorem ſignificat. Male hic *Lælius* vulgo legitur.

Veteribus] Vetus enim erat illud ſatyræ genus & Græcanicum; novum à Lucillio inventum. *Quintilianus* lib. X, 1. *Alterum illud eſt & prius ſatyræ genus, quod non ſola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus.* Sic, ut ſcribit *Ariſtoteles*, Chæremon poema Hippocentaurum ex omni prope verſuum genere miſcuerat. Menippeas autem ſatyras Varro ſcripſit ad exemplum Menippi Cynici. Earum multi tituli à *Gellio* citantur, & multo plures à *Nonio*.

Antiquitatum] Etiam de Antiquitatibus libros Varro ſcripſerat, quos ipſe de lingua Latina citat, citaturque à *Chariſio* Antiquitatum humanarum lib. XII. Videri poteſt hic neſcio quid deeſſe: ſenſus tamen aliquis elici poteſt, ut dicat laudationes ſe inſtituiſſe in nonnullis ſatyris, in quibus ſit philoſophatus, & in Antiquitatum libris procemia philoſophiæ ſcripſiſſe. Erant autem fortaſſe libri Antiquitatum, libri rerum divinarum & humanarum: cum præſertim *Chariſius* Antiquitates humanas citet.

CAP. III. *Tui libri*] Scripſerat enim de vita populi Romani Varro, & rerum divinarum & humanarum XLI. libros ad C. Cæſarem pontificem.

Ætatem] Annos urbis conditæ. Ætatem quoque patriæ poſtea in tertio de re Ruſtica ſcripſit. *Nam in hoc nunc denique*, inquit, *eſt*, *ut dici poſſit*, *non*, *cum ſcripſit Ennius*,

Septingenti ſunt paulo plus aut minus anni,
Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.

Sedem regionum] Nam Roma in regiones quatuordecim diviſa erat. Tacitus lib. XV, 40. *Quippe in regiones XIV. Roma dividitur.*

Locorum] Ut ædium, verbi gratia, ſacrarum, locorum religioſorum, locorum publicorum. Locus in regione eſt. Loca quoque urbis multa memorat de lingua Latina. Apud D. Auguſtinum *ſedium* legitur, non *ſedem*.

Poetis noſtris] In libris de poetis Latinis, in quæſtionibus Plautinis, in quæſtionibus Epiſtolicis.

Omni fere numero] Omni fere genere verſus: nam mixtum erat carminum varietate, ut Quintilianus ait.

Ad impellendum ſatis] Eadem quorundam de Socrate opinio eſſe potuit. Xenophon: *Εἰ δέ τινες Σωκράτην νομίζουσι προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετὴν κράτιστον γεγονέναι, προαγαγεῖν δὲ ἐπ' αὐτὴν οὐχ ἱκανόν.* Id eſt, *Si qui Socratem exiſtimant præſtantiſſimum fuiſſe ad homines ad virtutes impellendos, verum non ſatis idoneum qui ad eam promoveret.*

Sed da mihi nunc] Legendum cenſeo, *ſed eam mihi nunc ſatiſne probas?* Eſt illa quidem probabilis cauſa, mihi tamen non ſatis probata. Vel *da* more Virgilii dixit pro *dic*,

Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis.

Qui non verba] Alii aliqui poetæ qui ſententiam interpretantur, non, ut Pacuvius, Accius, Ennius faciunt, verba explicant; quos de Finibus ſcribit fabellas Græcas ad verbum de Græcis expreſſiſſe, etſi interdum longiuſcule recedebant à verbis, ut Ennius, *&c.*

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
Μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτὲ
Τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
Ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας

Πελίᾳ

Πελίᾳ μετῆλθον· οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.
Neve inde navis incohanda exordium
Cepiſſet, qua nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis Pelia per dolum.
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem,
Medea animo ægra, amore ſævo ſaucia.

Et Accius in Phœniſſis, pro

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν,
Καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα·
Ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
Ἀκτῖν' ἐφῆκας.

Sol qui micantem, candido curru, atque equis
Flammam citatis fervido ardore explicas:
Quam natum adverſo augurio, & inimico omine
Thebis radiatum lumen oſtendis tuum.

Interdum tamen non longe à verbis recedebant. Ennius Medea exule,

Antiqua herilis fida cuſtos corporis
Quid ſic extra ædes exanimata eliminas? pro,

Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς, &c.

Rurſum illud Ennii in eadem fabula,

Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternamne, anne ad Peliæ filias? pro,

Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
Ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας.

Empedoclem] Qui de rerum natura ſcripſerat. Videri poteſt huc irrepſiſſe hoc nomen, cum de poetis tragicis tantum loqui videatur: neque Empedocles, ut opinor, in Latinum converſus eſſet. Tantum enim quoſdam fortaſſe locos imitatus erat Lucretius. Nec in libro ſcripto reperi.

Non ſolum cura] Cum in Rep. gerenda meum quoddam munus, meæ quædam partes & adminiſtratio erat: nunc ut mea quædam ſit Reip. cura, nulla tamen procuratio eſt, cum omnia unius ditione & poteſtate teneantur. Sic procurationem dicit libro tertio de Legibus, *Sed quare quid reapſe ſit turpius quam ſine procuratione ſenator.*

Conſtrictum] Ductum ab illis qui vinculis conſtricti ſunt.

Obſoleſcerent] Vetuſtate in deſuetudinem & oblivionem mihi abirent. Sumptum ab iis quæ nitorem & ſplendorem vetuſtate amittunt: quæ obſoleta dicuntur.

Legendo] Nullam enim tum literam, niſi forenſem, facere poteram.

Fortuna] Mortua Tullia, quæ in matrimonio Dolabellæ ex partu deceſſerat.

Adminiſtratione] Cum Cæſaris unius ditioni & imperio civitas pareat.

Doloris] Quam ex filia amiſſa capio.

Otii] Quia Reip. adminiſtratione liberatus ſum.

Brutus] Jam enim ad Ciceronem librum de virtute ſcripſerat.

Græcia deſideret] Legendum cenſeam, *à Græcia deſideres*, id eſt, ut

non deſideres Græcorum philoſophorum ullos libros.

Sententiam] Veterem Academiam ſequitur.

Ariſtum] *Plutarchus* in Bruto Ariſtonem vocat Antiochi fratrem & *Cicero* V. Tuſculana, niſi mendoſi codices ſunt: hic tamen & in Lucullo Ariſtum.

CAP. IV. *Veterem*] Academiam, quam ſequebaris cum Antiochum audiebas.

In domum] Nam Antiochus Philonis auditor fuerat, diuque novam Academiam & defenderat, & coluerat.

Philo] Philo libros duos ſcripſerat, quibus unam tantum eſſe Academiam contendebat: Antiochus in magiſtrum librum edidit nomine Soſum.

Immo vero] Ciceronis verba ſunt, non Varronis.

Aqua abſumptam diu] Quæ velut diluvione quadam hauſta eſt. Ita loquitur, quaſi jamdiu obſoleverit à nova obſcurata, Tranſlatio eſt à locis depreſſis, quojuſmodi erat Academia ubi Plato docebat: ſunt enim obnoxia diluvioni. Cicero ad Q. Fratrem. *Roma & maxime Appia ad Martis, mira alluvies. Craſſipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquæ uſque ad piſcinam publicam.* Hic alii emendant, *A qua abſum tam diu*, quod nondum ſatis probo.

Infirmus] Hinc illud, *Niſi de via feſſus eſſet.*

Ex Antiocho] Atticus audierat Antiochum, à quo *pene ex Epicuri convulſus hortulis fuerat*, ut libro primo de Leg. ipſe dicit.

Socrates] Primus philoſophiæ moralis auctor Socrates fuit, cum ante eum in rerum naturalium inveſtigatione ſe philoſophi occuparent, quarum rerum inquiſitionem & obſcuram, & ad bene vivendum non neceſſariam omiſit. *Cicero* in proœm. Tuſc. IV.

Rebus occultis] Nihil enim obſcurius eſt, nihil occultius quam naturæ cognitio.

Cœleſtia] In quibus multo maxima & obſcuriſſima naturæ pars verſatur.

Perſcripti] A Platone, Æſchine, Xenophonte.

Refellat alios] Cum ætas illa magnum ſophiſtarum proventum tuliſſet, omnia ſe ſcire prædicantium, & falſa ſcientiæ perſuaſione juventutem imbuentium; contrariam inſtitit viam Socrates, ſe nihil ſcire profeſſus, utque errore homines liberaret, nihil affirmavit, ſed alios refutavit, ἐλεγκτικὸν λόγον, ut inquit *Plutarchus*, ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον, id eſt, *oratione refutatrice, tanquam purgante medicamento utens.* Idque erat quod Socrati à deo imperatum fuerat, ut aliis obſtetricaretur, ut ſcribitur in Theaeteto.

Niſi id ipſum] Quod nihil ſciat.

Ab Apolline] Id apud Platonem in Apologia dicit Socrates. Oraculum autem illud Chærephonti Socratis ſodali editum fuerat.

Platonis autem auctoritate] Duæ ſectæ auctorem habuere Platonem, Academici veteres & Peripatetici: ſic enim auctoritas hic accipitur.

Xenocratem] Qui Speuſippo mox ſucceſſit in Academia, cum is diu non tenuiſſet.

Lycio] Lycium, Cynoſarges, Academia, Athenis gymnaſia erant extra urbem, ubi juventus corpora exercebát.

Inſtituto] More Platonis, ut Plato: illic enim Plato docuerat. *Cicero* in Bruto, *Is tamen inſtituto Lælii Panætium audierat*, id eſt, ut Lælius.

Diſciplina] Certam quandam philoſophandi rationem in moribus, oratione, & natura deſcripſerunt, quam mox explicabit. Id autem

Digitized by Google

nec Socrates, nec Plato fecerant. *Formulam* dixit, à formulis actionum & ſtipulationum ducta metaphora.

Facta eſt diſſerendi] Illud *Diſſerendi* tollendum videtur eſſe: officit enim ſenſui.

Idem fons] Idem auctor, eadem origo.

Fugiendarumque] Nam ex philoſophia morali ſectæ philoſophorum diſtinguuntur potiſſimum, ut, cum in ea nihil inter eos differret, eadem ſecta fuiſſe videatur.

Minervam] Doctos & eruditos docet.

CAP. V. *Noſtra atque noſtros*] Latina & Latinos.

Quid me, inquam] Delectari, cum audio iſta Latine dici? adjuvor enim ad id quod profeſſus ſum me ſcripturum.

Jam accepta à Platone] Nam etſi non eſt apud Platonem ars philoſophiæ, nec rerum ordo, nec deſcriptio diſciplinæ: tamen omnes philoſophiæ partes jam apud eum reperiebantur.

A natura] Ut omnes fere philoſophi, qui à natura ſummum bonum eſſe ducendum putant.

Extremum] Finem bonorum.

E natura] Secundum naturam: id enim *e* ſignificat in hoc genere.

Vita] Fortunæ bonis ad vitam degendam neceſſariis.

Valetudinem] Hæc à Cicerone explicantur pluribus libro quinto de Finibus.

Impreſſionem] Τύπον vel τύπωσιν dicit, ut lingua nec balba nec blæſa ſit, ſed formam & impreſſionem diſertam & eloquentem verbis reddat, explanateque loquatur. Atque hinc fortaſſe intelligi poteſt qui dicantur à juriſconſultis *Atypi*. Huc etiam pertinet *preſſe loqui*.

Ad comprehendendam] Ad complectendam virtutem animorum, quæ animi virtutem continerent.

In naturam] Quæ *ſuapte natura ingenerantur, nec voluntaria ſunt*, ut Cicero lib. V. de Finibus ait.

Mores] Quæ voluntariæ virtutes ſunt.

Celeritatem ad diſcendum] Εὐμάθειαν, quam *docilitatem* lib. V. de Finibus vocat.

Mentis] Nam virtutes voluntariæ, quæ morales dicuntur, in mente non ſunt, ſed in animi parte quæ perturbationibus obnoxia eſt. Zeno tamen, ut infra dicet, eas etiam in ratione ponit. Sunt & aliæ voluntariæ morum virtutes quæ in ratione ſunt, ut ſcientia, prudentia, ars, ſapientia. Mores enim hic latius accipimus.

Ingenii] Nam qui docilitate & memoria præſtant, ingenioſi dicuntur.

Studia] Exercitationem & aſſiduitatem cum diſciplina, qua parati virtutis habitum volebant. Huc pertinet illa quæſtio à *Platone* in Menone diſputata, Quibus rebus virtus pararetur, naturane, an arte, an exercitatione. Sed exercitatio virtutis moralis potiſſimum videtur: ratio & doctrina ejus quæ mentem exornat, ut prudentiæ, ſcientiæ, artis, quas ad mores etiam hic refert.

Ratione] Doctrina & diſciplina (id enim ſæpe *ratio* ſignificat,) ut virtus moralis ſtudio & doctrina pariatur. Ea enim fuit, ut ex hoc loco apparet, veteris Academiæ ſententia, non tamen Platonis, ut ex Menone perſpici poteſt, ubi cenſet divino quodam munere hominibus tribui.

Philoſophia] Philoſophia moralis: ita enim ſæpe nomen philoſophiæ uſurpatur.

Progreſſio] Προκοπὴ, qua de re extat libellus *Plutarchi*. Nam Stoici in ea re hærebant, cum omnes qui nondum perfectam virtutem conſecuti erant, à virtute tantun-

Digitized by Google

dem abeſſe cenſerent. In quo merito reprehenduntur.

Vita] Vita rerum fortuitarum, quæ ad uſum virtutis valeant, modicam ſuppeditationem & naturæ congruentem complectitur: ne quis divitias, opes, gloriam eſſe putet. Itaque mox iſta ad augendum & tuendum naturæ bonum pertinere dicet, non in naturæ bonis eſſe. Eodem modo loquitur libro primo de Leg. cum ſcribit, *vita modica & apta virtute perfrui*, id eſt modice bonis ſuppeditata: quanquam alibi aliter explicavi.

Jam virtus animi] Quædam ſunt animi bona, non tam naturæ quam beatæ vitæ adjuncta, ut auguſta illa ſapientia, & præſtans alicujus rei ſcientia. Nam his naturæ bona ſuperantur, ut memoria & docilitas, omniſque adeo moralis virtus. Itidem in bonis corporis, naturæ bonum eſt, celeritas pedum, robur corporis: propemodum tamen ſupra naturam iſta in Lada & Milone Crotoniate fuerunt, ut eo nomine beati magis fuerint, quam bonis naturæ præditi.

Civitatis] Stoicis mundus communis eſt deorum & hominum civitas: & Socrates ſe mundanum eſſe reſpondit, interrogatus cujus eſſet. Sic veteres Academici homines eſſe cenſent κοσμοπολίτας. In eo tamen Stoicos irridet Cicero libro quarto de Finibus, *At quanta conatur: mundum hunc omnem oppidum eſſe noſtrum. Incendit igitur eos qui audiunt. Vide quantam rem agas, ut qui Circeis habitet, totum hunc mundum ſuum municipium eſſe exiſtimet.*

Ut divitias] Nam hæc bona naturalia non ſunt.

Ut opes] Potentiam.

CAP. VI. *Omnia*] Animi, corporis, fortunæ.

Maxima] Virtutes.

Beatiſſimam] Illis enim vita beata gradus habet, ut in virtute beata vita ſit, in virtute & aliis bonis beatiſſima.

Ex hac deſcriptione] Ex illa deſcriptione rerum expetendarum, & his bonorum finibus naſcuntur officia Academicis; quæ quidem philoſophi quidam, ut *Cicero* docet in Officiis, *propoſitis bonorum & malorum finibus pervertunt*, ut Epicurei.

Hinc gignebatur] Ut ea conſequeremur & conſervaremus quæ natura præſcribit, & honeſtum.

Forma] Formæ appellantur delineationes & exemplaria futuri operis. Cicero ad Atticum. *Formam igitur mihi totius Reipub. ſi jam es Romæ, aut cum eris, velim mittas.* Et alio loco, *Videre formam, & ex ea quale ædificium futurum ſit cognoſcere.* Eodem modo hic *formam* dixit. Eſt & ſutoris forma quam muſtricolam vocant. Horatius.

Si ſcalpra & formas non ſutor ---

CAP. VII. *Efficiens*] Forma.

Se præbens] Materia. Legendum autem cenſeam, *Ex qua efficeretur*. Alii *ea qua* legere malunt.

Cohærere] Conſtare.

Sine aliqua] Neque forma eſſe ſine materia poteſt.

Alicubi] Nam Platoni & Platonicis materia locus eſt. Id ex Timæo intelligi poteſt.

Et quaſi qualitatem] Ποιότης, id eſt qualitas, vulgi non eſt, ſed philoſophorum verbum. In hac vero ſignificatione Stoicorum proprium, quorum, ut opinor, vocabulis etiam Academici utebantur. Stoicis autem cum qualitates corporatæ ſint, idcirco, ut opinor, materiam corporatam qualitatem vocabant: quanquam non tam ſæpe ποιότητα quam πεποιωμένην dicere ſolebant. Alexander Aphrodiſieus contra Stoicos diſſerens, Λέγω δὲ περὶ τῶν ἐνεργείᾳ σωμάτων,

ποιωμένων, καὶ ὥς φασιν αὐτοὶ πεποιωμένων, εἴη ἂν καὶ ἡ ψυχὴ αἰσθητή· οὐ γὰρ δὴ ἄποιόν γε σῶμα αὐτὴν ἐροῦσιν· ἔσται γὰρ ὕλη. Id eſt, *Loquor autem de corporibus quæ reipſa ſunt, & , ut ipſi loquuntur, qualitate affecta ſunt, animus ſenſu percipietur: non enim eum corpus eſſe dicent qualitate vacans: eſſet enim materia.* Niſi ſi qualitatem Cicero per metonymiam hic vocet qualia, id eſt τὰ πεποιωμένα, quod potius reor. Stoica etiam nonnulla prope Academicis hic attribuit.

Atque id in multis] Nam alia etiam multa vocabula philoſophi novarunt.

Suis] Propriis, quibus vulgus non utitur.

Cap. VIII. *Earum igitur qualitatem*] Prima quædam corpora ſunt, ut elementa: alia ex iis orta, ut reliqua. Stoicis qualitates formæ ſunt, ut dixi, rerum corpore non carentes: quorum vocabulo utitur Plutarchus περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων· Καίτοι πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς ποιότησιν ἀποφαίνουσι· τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα, ἔνιοι δὲ καὶ τόνους ἀερώδεις, οἷς ἂν ἐγγίνονται μέρεσιν εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν.. Id eſt, *Quanquam ubique materiam ipſam ignavam ſuapte natura & immobilem qualitatibus ſubjici prædicant: qualitates autem ſpiritus, nonnulli vigorem aerium quibuſcunque ingeneretur partibus, eas formare & fingere.*

Unius modi] Ut aer unius modi & generis, & aqua & reliqua.

Gignuntur è terra] Id eſt, ſtirpium & herbarum. Sic ſæpe loquitur lib. II. de Natura deorum.

Multiformes] Πολυειδεῖς. Ut in vocabulo novato & prope poetico, *quaſi* addidit.

Illa initia] Ariſtoteles & Plato initia ab elementis diſtinguunt, ut initia ſint materia & forma: elementa ignis, aqua, terra. Hic nulla diſtinctio eſt.

Accipiendi] Id eſt, ferendi. De Nat. deorum, *Quod effugiat aliquid accipiendi extrinſecus, id eſt, quaſi ferendi & patiendi neceſſitatem.*

Aer & ignis] Qualitates principes Ariſtoteli efficiunt, calor & frigus: patiuntur humor & ſiccitas. Proinde Ariſtoteli aer patitur, propterea quod humidus eſt: aqua magis agit quam patitur, quia frigida. Stoici contra cenſent, aeri primum frigus ineſſe. Sed id videri poteſt ita deſcripſiſſe ex agilitate & mobilitate, quæ major eſt in igne & aere.

Quintum genus] Eandem de quinta natura Platonis quam Ariſtotelis ſententiam fuiſſe ſcribit *Proclus* in Timæum his verbis, Τί γὰρ διαφέρει πέμπτον στοιχεῖον καλεῖν, ἢ πέμπτον κόσμον καὶ σχῆμα πέμπτον, ὡς ὁ Πλάτων ἐκάλεσε. Id eſt, *Quid enim intereſt quintum elementum vocare, aut quintum mundum & figuram quintam, ut Plato vocavit?*

E quo eſſent aſtra] Cælum quintum elementum vocat Ariſtoteles.

Menteſque ſingulares] Animi ſingulorum. Hujus rei in prima Tuſcul. meminit. *Ariſtoteles* autem lib. II. de Procreatione animalium cenſet omnem animi poteſtatem etiam in mutis animantibus corporis eſſe cujuſdam participem nobilioris quam elementa: idque eo præſtantius eſſe, quo animus ſit præſtantior. Quo quidem in loco Ariſtoteles vehiculum ætherium attingit à Platone animis attributum. Id cum legiſſet apud Ariſtotelem *Galenus*, ſcripſit eum cogi animum fateri corporatum. D. quoque *Auguſtinus* Ariſtotelis ſententia animum materiatum & corporatum dicit eſſe. Ariſtoteles tamen corpus illud attributum animo, animum eſſe fortaſſe non diceret.

Sed

Sed ſubjectam] Nam illis materia prima omni forma & qualitate caret: id eſt quod aiunt, ὕλη ἄποιός ἐστι

Expreſſa atque effecta] Legendum puto *effecta*, ut ſuperius, *Quam fingit & format effectio.*

Tota omnia accipere poſſit] Elementa & materia omnia quæcunque gignuntur accipiunt, omniumque rerum formas induunt: aut quicquid gignitur, elementa & materiam accipit, eaque formis mutat & novat. Alii *poſſit* & *mutari* legunt, ac de materia intelligunt, quæ à *Platone* in Timæo idcirco ὑποδοχὴ καὶ πανδεχὴς vocatur, quod omnium receptaculum ſit.

Mutare] Novare, aliis atque aliis ſubinde advenientibus formis.

Non in nihilum] Quia materiam habent, non poſſunt in nihilum interire, verum in materiam, licet non primam, reſolvuntur, ſed forma alia novatam, ut in elementa, quæ ipſorum partes ſunt.

Qua infinite] Id corporibus omnibus convenit, ut in infinita poteſtate ſecari poſſint, ut Academici & Peripatetici, adeoque Geometræ omnes cenſent, repugnantibus Epicureis, qui corpuſcula quædam individua ponunt rerum primordia.

Intervallis] Motus ſpatia habet, quæ eodem modo ut corpora infinite dividi poſſunt, ut *Ariſtoteles* ſcribit: cumque tempus numerus ſit motus primi globi cœleſtis, eodem modo ejus partes infinite ſecari poſſunt.

Moveatur illa vis] Ut enim forma materiam movet, ita viciſſim ab ea mota movetur. Plato. Σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτὴν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν. Id eſt, *Concuti quidem ab illis eam, motam autem viciſſim illa concutere.* Vel potius *cum moveatur*, fuerit, cum agat in materiam, & in ea movenda verſetur.

Qualia] Τὰ ποιὰ vel πεποιωμένα.

Natura cohærente] Mundus ex partibus coagmentatus eſt conjunctis & continentibus inter ſe, non disjunctis, nec diſtractis, ut natura una continuata contineri poſſit. Cicero lib. II. de Nat. deorum. *Quæque converſione rotunda circum medidium feruntur, ea continentem mundi efficiunt unamque naturam.*

Nulla pars] In Timæo. *Earum autem quatuor rerum, quas ſupra dixi, ſic in omni mundo partes omnes collocatæ ſunt, ut nulla pars hujuſce generis excederet extra: atque in hoc univerſo ineſſent genera illa univerſa.*

Natura ſentiente] Nam aliis quibuſdam philoſophis vis eſſe videtur ſenſus & rationis expers. Natura autem illa ſentiens fuerit animus mundi qui à *Platone* dicitur. *Cicero* libr. II. de Nat. deor. *Secunda autem qua docet res omnes ſubjectas eſſe naturæ ſentienti.* Hæc ſententia etiam Stoicorum fuit, qui vim divinam in ratione eſſe poſitam, & univerſæ naturæ animo atque mente cenſuerunt: legem etiam naturalem vocarunt, & legem perpetuam & æternam.

Sempiterna] Mundi natura, ut proinde mundus ſempiternus ſit.

Quam vim] Naturæ ſentientis.

Animum mundi] Nam *Plato* in Timæo, mundum animantium perfectiſſimum eorum cenſet qui ſub aſpectum cadunt.

Deum appellant] Non eſt Platoni ſummus deus mundi animus: deus tamen eſt, cum etiam ab eo mundus deus nominetur: velut in Atlantico, Τῷ δὲ πρὶν μὲν ποτε ἔργῳ, νῦν δὲ λόγοις ἄρτι θεῷ γεγονότι. Loquitur enim de mundo.

Quaſi prudentiam] Πρόνοιαν ſignificat, quæ non tantum ſit ſupremi dei, verum etiam animi mundi, qui cœleſtia maxime procurat: in quibus nulla mutatio eſt, ſed conſtans & ratus ordo. Atque hæc

Digitized by Google

etiam à Stoicis dicuntur. *Cicero* lib. II. de Nat. deor. *Talis igitur mens mundi cum ſit, ob eamque cauſam vel prudentia, vel providentia appellari recte poſſit,* &c.

Quæ pertinent] In terris major viciſſitudo eſt & perturbatio, providentia tamen cum in orbe terrarum omnia reguntur, tum quæ ad homines pertinent maxime.

Neceſſitatem] Fatum. Duobus autem modis fatum à Platone dicitur, ut *Plutarchus* ait, vi & eſſentia. In poſteriore autem ſignificatione animus eſt mundi, tres in partes diſtributus, globum inerrantem, globum errantem, & plagam cœlo ſubjectam. Verba Plutarchi ſunt: Ἡ δὲ κατ᾽ οὐσίαν εἱμαρμένη ἔοικεν εἶναι σύμπασα ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ τριχῆ διανεμηθεῖσα, εἴς τε τὴν ἀπλανῆ μοῖραν, καὶ εἰς τὴν πλανᾶσθαι νομιζομένην, καὶ εἰς τρίτην τὴν ὑπουράνιον τὴν περὶ γῆν ὑπάρχουσαν. Id eſt, *Fatum autem quod in natura eſt, eſſe videtur totus mundi animus trifariam diſtributus, in partem inerrantem, & in eam quæ errare cenſetur, & in tertiam plagam cœlo ſubjectam, terræ adjunctam.* Iſta autem inſignem habent apud Platonicos diſtinctionem, præſertim animus mundi & deus, quæ tamen Stoicis ſunt eadem.

Fortunam] Cicero in Topicis cap. 17. *Cum enim nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum eſt fortuna eventus, obſcura cauſa, quæ latenter efficitur.* Sed neſcio quo modo vis adfertur vocabulis, & eorum notiones conturbantur. Ita enim efficitur, ut cum fatum & fortuna plurimum differant, unum tamen idemque eſſe videantur. Itaque Alexander Stoicos, qui idem de fortuna dicunt, ſic reprehendit. Τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν οἱ τὴν τύχην καὶ τὸ αὐτόματον ὁριζόμενοι, αἰτίαν ἄδηλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἢ τύχης τι σημαινόμενον ἴδιον εἰσάγουσί τε καὶ νομοθετοῦσιν. Id eſt, *Quid enim aliud faciunt qui fortunam & caſum definiunt cauſam humano ingenio obſcuram, quam quod fortunæ novam quandam ſignificationem introducunt & ſanciunt?*

In ratione] *In oratione* legendum fortaſſis eſſe videatur.

CAP. IX. *Quanquam*] Veri diſceptatio & dijudicatio dialectices propria eſt: ad veri autem notionem duo comparata ſunt, quæ κριτήρια dicuntur, ſenſus & mens. Plato tamen ſenſui quam minimum tribuit, ac prope nihil: plurimum menti.

Oriretur] Nam quandiu in hoc corpore incluſus eſt animus, ſenſuum miniſterio & ſervitio utitur ad rerum cognitionem, qui tamen ea tantum percipiunt quæ nunquam vere ſunt, ſed eſſe videntur.

Id quod ſemper] *Plato* in Timæo, *Quid eſt quod ſemper ſit, neque ullum habeat ortum: & quod gignatur, nec unquam ſit? quorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, quod unum atque idem ſemper eſt: alterum quod affert opinionem ſenſus rationis expers, quod totum opinabile eſt, id gignitur & interit, nec unquam eſſe vere poteſt. Mens igitur rerum ſpecies quæ ſimplices ſunt & uniuſmodi (nihil enim in eis compoſitum, multiplex, varium, ut in iis quæ creata ſunt) percipit.*

Aut ita mobiles] In Theæteto & Timæo id à *Platone* pluribus tractatur: atque hac in re, ut *Laertius* ait, Heracliti ſententiam ſequebatur, omnia mobilia & fluxa eſſe profluentis more cenſentis. Plato in Timæo. Φεύγει γὰρ οὐχ ὑπομένον τὴν τοῦ τόδε, καὶ τὴν τοῦτο, καὶ τὴν τῷδε, καὶ πᾶσαν ὅση μόνιμα ὡς ὄντα αὐτὰ ἐνδείκνυται φάσις. Id eſt, *Fugit enim non expectans hoc & hujus & huic, & omnem quæcunque ſtabilia quaſi ſint indicat ſignificationem.*

Eidem] Ut nihil unum cuiquam ineſſet conſtanter & fideliter.

Laberentur] Cicero in oratore ad Bru-

Digitized by Google

[illegible] cap. 3. *Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato; eaſque gigni negat, & ait ſemper eſſe, ac ratione & intelligentia contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu.*

Opinabilem] Quod enim rationis eſt expers, quodque in ſenſu conſiſtit, opinabile eſt, ut ait Plato: opinionem enim creat, non firmam ſcientiam.

Motionibus] Animi agitationibus: nam in cogitando animus Platoni movetur. Alii *notionibus* legunt, quæ explicantur definitionibus & etymologiis, ut rationes argumentatione.

Definitiones] Semper enim Platoni in omni inſtitutione proficiſci placet à definitione.

Verborum] Qua de re plurima Plato differit in Cratylo. Notatio autem vim & notionem verbi declarat.

Rerum notis] Quaſi ſignis & indiciis. Metaphora eſt.

Ad probandum] In probationibus & concluſionibus, quas ratiocinationes vocant.

Ratione] Ratiocinatione: nam συλλογισμὸν Stoici λόγον vocare ſolebant, & eorum more alii. Dialectica autem poſita eſt in probationibus & concluſionibus: illæ argumenta habent, hæ argumenta in ratiocinationes includunt.

Oratoria vis dicendi] *Dicendi* expungendum eſt, ut gloſſema. Id autem ab Ariſtotele ad Theodectem dicitur, Ἡ ῥητορικὴ ἀντίστροφός ἐστι τῇ διαλεκτικῇ, quod hic interpretatur, *quaſi ex altera parte adhiberi:* In Oratore ad Brutum, *quaſi ex altera parte reſpondere dialectica.* Nec ea videtur Platonis, ſed Ariſtotelis ſententia fuiſſe. Plato enim oratoribus iniquior, vim dicendi uſu quodam comparari, non artificio conſtare putat. Ariſtoteles eum perſtringens, arte informari poſſe docet: nec ut Plato obſoniorum apparationi, ſed dialecticæ reſpondere cenſet, vocabulumque Platonis uſurpat, ἀντίστροφον, quod Cicero melius multo interpretatur quam Græci interpretes: quod intelligi poteſt ex Platone ſic ſcribente: Τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ, πολιτικὴν καλῶ· τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι· μιᾶς δὲ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικὴν, τὴν δὲ ἰατρικήν· τῆς δὲ πολιτικῆς, ἀντὶ μὲν γυμναστικῆς τὴν νομοθετικὴν, ἀντίστροφον δὲ τῇ ἰατρικῇ τὴν δικαιοσύνην. Id eſt, *Unam in animo, civilem voco: alteram in corpore, quam unam ſic nominare non poſſum: unius autem corporis cultus duas partes dico, unam exercitatricem, alteram medicinam: civilis autem prudentia pro exercitatione legiſlatricem, medicina è regione reſpondentem juſtitiam.* Sic enim iſta partitur, ut tanquam ex altera parte ſimilia ſimilibus quadam ratione objaceant, non aliter quam in plauſtro obverſantur rotæ: vel quod ſibi ſic mutuo reſpondeant, ut quæ appellantur in canticis antiſtropha, velut ſtrophe & antiſtrophe. Iterum, Ὃ μὲν οὖν ἐγώ φημι τὴν ῥητορικὴν εἶναι, ἀκήκοας· ἀντίστροφον ὀψοποιίας ἐν ψυχῇ, ὡς ἐκεῖνο ἐν σώματι. Id eſt, *Quid igitur dicam eſſe rhetoricam, audiſti è regione reſpondentem obſoniorum apparationi in animo, ut illam in corpore.* Itaque ſententiam Ariſtotelis *Cicero* magis percepit & expreſſit, quam interpretes Græci. Hujus me rei admonuit Georgius Bucananus.

Perpetua] Orationis continentis. Dialecticorum enim oratio in interrogationibus poſita eſt & diſputationibus: quod veteribus magis credendum eſt, qui dialecticos & oratores viderunt, quam quibuſdam hujus ætatis ab illis diſſentientibus, & notiones vocabulorum conturbantibus, cum hodie nec dialecti-

cum

Digitized by Google

rum nec oratorem habeamus, & alioqui ſatis ipſum nomen dialecticæ id oſtendat, cujus eadem eſt quæ dialogi origo. Itaque verſatur in interrogando & reſpondendo: quod & à Platone lib. VIII. de Rep. & ab Ariſtotele initio Rhetorices ad Theodecten dicitur.

Prima] Ratio, in qua poſteriores aliquid mutaverunt, ut mox dicet.

Diſputationes] Quæ in diſputationem vocentur & contentionem; de quibus diſſenſio ſit.

Auctoritas] Quarum rerum auctores fuerunt, quæque eorum fuerit ſententia.

Cap. X. *Ariſtoteles*] In his quæ inſcripſit μετὰ τὰ φυσικά. Plato autem ſpecies induxerat ad diſputationum definitiones, ut ait Ariſtoteles. Itaque ea de cauſa à *Cicerone* idea dialecticæ hic attributa eſt.

Theophraſtus] Qui ante Tyrtamus dicebatur: deinde de orationis divinitate Theophraſtus vocatus eſt: quod tamen *Seneca* non placet ita ſcribenti lib. VI. N. Q. cap. 13. *In hac ſententia licet ponas Ariſtotelem & Theophraſtum ejus diſcipulum, non ut Græcis viſum eſt divini, tamen & dulcis eloquii virum, & nitidi ſine labore.*

Et ita moderatus] *Et vita moratus*, quidam legunt.

Fregit] In lib. de beata vita, ut *Cicero* ait in V. Tuſcul. & in Calliſthene, in quo illam laudavit ſententiam, *Vitam regit fortuna, non ſapientia:* Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', ἐκ εὐβουλία.

Strato] Lampſacenus, phyſicus appellatus, quod in ea philoſophiæ parte diligenter verſatus eſſet. *Seneca* N. Q. VI, 13. *Straton ex eadem ſchola eſt, qui hanc partem philoſophiæ maxime coluit, & rerum naturæ inquiſitor fuit.*

Auctoritatem] Sententiam, ut paulo ante, *Fregit quodam modo auctoritatem veteris diſciplinæ.*

Et peracute moveretur] Valde ſolers & acutus eſſet in excogitando. Sic lib. primo de Oratore: *Nam & animi & ingenii celeres quidam motus eſſe debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque ſint uberes.* Subtilis enim & acutus erat diſputator Zeno.

Diſciplinam] Veterem.

Cap. XI. *Inciderit*] Alii legunt, *Incideret:* omnia autem in virtute Zeno ponebat, eamque ſolam in rebus expetendis boniſque numerabat.

Omnia quæque] Alii *quæ* legunt. Scripti libri *quæque* habent pro *quæcunque*; ut pro Seſtio, *Hæc qui defendunt optimates ſunt cujuſque ſint ordinis:* id eſt, cujuſcunque ſint ordinis.

Simplex] Non duplex, aut multiplex, ſed uniuſmodi: non enim ex multis conflatum eſſe putabat, ſed in una virtute poſitum.

Alia ſecundum naturam] Alia commoda, alia incommoda ponebat.

Interjecta] In quibus nihil neque commodi, neque incommodi eſſet.

Neutra autem] Ut digitum extendere vel contrahere, pares aut impares in capite pilos habere.

Sumenda] Non expetenda, ut ſuperiores, ſed ſumenda cenſebat.

Præpoſita] Προηγμένα.

Rejecta] Ἀποπροηγμένα, quæ omnia fuſiſſime in libris de Finibus explicantur, & à Diogene Laertio.

Non tam rebus] Quia commoda quam bona, incommoda quam mala appellare malebat.

Inter recte factum] Κατόρθωμα, quod officium perfectum eſt, ut juſte depoſitum reddere.

Officium] Quæ inchoata quædam eſt virtutis actio, & commune officium, ut depoſitum reddere. Cicero in Officiis I, 3. *Perfectum officium Rectum, opinor, vocemus, quod Græci κατόρθωμα:*

Digitized by Google

θωμα: hoc autem commune καθῆκον vocant: atque ea ſic definiunt, ut rectum quod ſit, id perfectum officium eſſe definiant: medium autem officium id eſſe dicant, quod cur factum ſit ratio probabilis reddi poſſit. Sunt autem perfecta officia ſapientis, reliqua aliorum. Id libro quoque tertio de Finibus explicatur.

Natura aut more] Quæ enim natura perfectæ ſunt, ab illis in ratione ponuntur, ut docilitas, memoria: quæ more, fere in ea animi parte quæ per ſe rationis eſt expers, perturbationibuſque agitatur: quanquam rationi paret.

In ratione] Nam Zenoni virtus nihil aliud eſt quam perfecta ratio, vel quam conſtans & perpetua ratio vitæ. Has definitiones à Stoicis lib. I. Legum Cicero mutuatus eſt. Quinetiam Zeno perturbationes in opinione & judicio poſuit.

Poſſe arbitrarentur] Neque enim quiſquam Academicorum & Peripateticorum, ut cenſet *Cicero*, affirmavit, qui virtutem unam haberet, eum omnes habere. Id adeo vitæ docent exempla. Nam fere prudentia timidior eſt, & philoſophi libentius in lectulo quam prælio moriuntur: multoſque abſtinentiſſimos & innocentiſſimos videmus, qui ut injuriam non faciunt, ita, cum infertur aliis, minime propulſant. Stoici non putant ſejungi poſſe. Laertius: Τὰς ἀρετὰς φασὶν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν. Id eſt, *Virtutes aiunt ſeipſas mutuo ſequi, ut qui unam habeat, omnes habeat.* Eorum ſententiæ etiam aſtipulatur Alexander Ariſtotelis interpres, diſſeritque ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, libro ſecundo de Animo.

Uſum] Qui virtutis laudem omnem verſari in actione cenſent.

Nec tamen cuiquam] Laertius: Τὸν ἐνάρετόν φασι θεωρητικόν τε εἶναι καὶ ποιητικὸν τῶν πρακτέων. Id eſt, *Eum qui virtute præditus ſit aiunt rerum agendarum non ſolum prudentem, verum etiam actorem.*

Condoleſcere] Quatuor attingit generales perturbationes, ægritudinem, cupiditatem, metum, lætitiam.

Contraherent] Nam in perturbationum mediocritate ſitam eſſe virtutem cenſent.

Antiqui] Academici & Peripatetici, quos etiam lib. I. de Legibus veteres appellat.

Rationis] Eas enim collocant in ea animi parte quæ ratione vacat.

Opinioniſque judicio] Merito à *Galeno*, in libris de decretis Hippocratis & Platonis, Stoicorum de perturbationibus ſententia exagitatur & vexatur exiſtimantium eas rationis & judicii eſſe, cum motiones quædam ſint partis à ratione averſæ. Sed & eam opinionem ante Galenum Poſidonius Stoicus damnarat, & Platonis auctoritatem approbarat. *Galenus* autem ſic Stoicorum ſententiam explicat, Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ἀποδεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη· Ζήνων δ᾽ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς, ἀλλὰ τὰς ἐπιγινομένας αὐταῖς συστολὰς καὶ λύσεις, ἐπάρσεις τε καὶ τὰς πτώσεις τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη· ὁ Ποσειδώνιος δὲ ἀμφοτέροις διενεχθεὶς, ἐπαινεῖ τε ἅμα καὶ προσίεται τὸ Πλάτωνος δόγμα, καὶ ἀντιλέγει τοῖς περὶ Χρύσιππον, οὔτε κρίσεις εἶναι τὰ πάθη δεικνύων, οὔτε ἐπιγινόμενα κρίσει, ἀλλὰ κινήσεις τινὰς ἑτέρων δυνάμεων ἀλόγων. Id eſt, *Itaque Chryſippus in primo de Perturbatoinibus oſtendere nititur perturbationes judicia quadam eſſe rationis: Zeno autem non judicia, ſed judiciis adjunctas contractiones & ſolutiones, elationes & collapſiones animi exiſtimabat perturbationes eſſe: at Poſidonius ab utroque diſcrepans laudat & approbat Platonis ſententiam, Chryſippumque oppugnat, oſtendens perturbationes neque judicia eſſe neque quâ judicio ſuperveniunt, ſed commotiones*

quaſdam

quaſdam alterius poteſtatis ratione carentis. Cum autem Stoici judicia quædam eſſe rationis exiſtiment perturbationes, idcirco nullas eſſe in brutis, quod ratione careant, dicunt. *Cicero* IV. Tuſculana cap. 14. *Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt. Itaque in hominibus ſolum exiſtunt: nam beſtiæ ſimile quiddam faciunt, ſed in perturbationes non incidunt.* Hic autem, ut ex Galeno apparet, Cicero magis Chryſippi quam Zenonis ſententiam explicat, fortaſſe quia nihil aut non multum ei differre videbantur.

Cap. XII. *Quintam*] Quatuor tantum elementa Zeno ponit, quintam autem naturam non agnoſcit: cœlum enim igneum eſſe putat.

Ignem eſſe] *Cicero* lib. II. de Nat. deorum. *Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat ignem artificioſum eſſe ad gignendum progredientem via.*

Mentem atque ſenſus] Mens enim, ſenſus, animus, Stoicis ſpiritus eſt calidus qui refrigeratione animatur, & ex natura in animum commutatur concepta quadam acie & firmitate. Plutarchus: Τὴν ψυχὴν οἱ Στωϊκοὶ πνεῦμα θερμὸν ἔλεγον: id eſt, *animum Stoici ſpiritum eſſe calidum dicebant.* Alio loco. Γίνεσθαι μὲν γάρ φησι τὴν ψυχὴν ὅταν τὸ βρέφος ἀποτεχθῇ, καθάπερ στομώσει, τῇ περιψύξει τοῦ πνεύματος μεταβαλόντος. Id eſt, *Gigni enim ait animum cum fœtus foras editus eſt, ſpiritu ipſo perfrigeratione tanquam quadam aciei firmitate commutato.*

Ab ea quæ expers eſſet] Natura ſcilicet. Aliis natura, quæ vis eſt efficiens, corpore vacat, Zenoni corporata eſt, ignis ſcilicet: proinde & animus qui ex ea gignitur: nec ſolum natura, ſed qualitates etiam omnes illis corporatæ ſunt, extatque in Stoicos hac de re libellus *Galeno* aſcriptus: & hi ab Alexandro graviter oppugnantur. Quo autem proceſſerint eorum nugæ, ex Plutarcho operæ precium eſt cognoſcere. Ἄτοπον γὰρ ἂν μάλα τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, πρὸς δὲ ταύταις τὰς τέχνας καὶ τὰς μνήμας πάσας, ἔτι δὲ φαντασίας. καὶ πάθη, καὶ ὁρμὰς, καὶ συγκαταθέσεις, σώματα ποιουμένους ἐν μηδενὶ φάναι κεῖσθαι, μηδὲ ὑπάρχειν, τόπον δὲ τούτοις ἕνα τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ στιγμιαῖον ἀπολιπεῖν, ὅπου τὸ ἡγεμονικόν. Id eſt, *Ineptum enim valde eſt cum virtutes, vitia, ad hæc artes omneſque recordationes, præterea viſa, perturbationes, appetitiones, & aſſenſiones corpora faciant, ea nulla in re dicere collocata eſſe & inhærere: locum autem eis unum relinquere in corde puncti inſtar, ubi animi principatus eſt.* Mox ait ab his *Plutarchus* non ſolum corpora exiſtimari, verum etiam animalia.

Animum eſſe] Corporis expertem.

Senſibus] In quibus judicium veri veteres eſſe nolebant, ſed in mente: cum Zeno judicium veri in eorum comprehenſionibus poſuerit.

Junctos] Actio ſentiendi, quam etiam ſenſum Stoici dicunt, ex quadam impulſione viſorum conſtat & componitur, ut cenſet Zeno. Sic alio loco, *Junctum ex multis partibus* Cicero dicit.

Oblata] Objecta.

Viſum] Hoc nomen impoſuit ab acerrimo ſenſu oculorum. Hujus autem viſi & comprehenſionis veteres non meminerant.

Aſſenſionem] Συγκατάθεσιν.

In nobis poſitam] Veteres enim nonnulli, ut *Cicero* docet in libro de Fato, cenſuerant aſſenſiones vi & neceſſitate fieri.

Non adjungebat] Non aſſentiebatur.

Declarationem] Significationem & notam. In hac re omne certamen Acade-

Digitized by Google

Academicis novis cum Zenone fuit, nataque ſunt odioſæ diſputationes: quæ veram philoſophiam perturbaverunt.

Prenderentur] Nam manus proprium eſt comprehendere, à cujus comprehenſione vocabulum duxerat Zeno, quod ſenſibus percepta ſic tenerentur, ut quæ manu prehenſa ſunt.

Senſum] Stoicis ſenſus eſt ſpiritus à parte animi, in qua principatus eſt, ad ſenſus perveniens, & ſenſuum comprehenſio, quam hic Cicero *ſenſum* in neutro genere dicit, & ſenſuum actio. Auctor Laertius.

Ex qua] Inſcientia.

Cum falſo] Opinamur enim in falſis & iis quæ non ſunt nobis cognita. Itaque ſapiens Zenoni non opinatur, & ab eo in rebus malis opinio numeratur.

In rectis] Scientiam enim Zeno in laude ponit, opinionem & inſcientiam in vitio, comprehenſionem inter utramque collocat, neque in rebus bonis aut malis numerat.

Senſibus fidem] Cum veteres menti tribuerent.

In re comprehenderet] Non enim ſenſuum comprehenſio vim totam rei ſine prætermiſſione complectitur, cùm exteriora tantum lineamenta attingat, eaque quæ ſub ſenſum quemque cadunt, ut ſub aſpectum colores, ſub auditum ſoni.

Cadere in eam] Comprehenſionem.

Principium ſui] Comprehenſionem ſenſibus factam.

Notiones] Notitiæ.

Non principia] Quæ comprehenſiones ſunt.

Sed latiores] Notitiæ quædam & præceptiones univerſæ, quæ ex comprehenſionibus oriuntur: ſunt enim hæ intelligentiæ fundamenta quædam ſcientiæ. Ἐννοίας καὶ προλήψεις Stoici vocant.

Errorem] Non eſt, ut cenſet Zeno, ſapientis errare, temere aſſentiri, ignorare, opinari, ſuſpicari, nec iſta in ſapientem cadunt.

Aliena] Sic *Alienaque patis eorum* dixit Lucretius.

CAP. XIII. *Antiquorum*] Veterum Academicorum & Peripateticorum.

Novata] Innovata ab Arceſila, qui auctor Academiæ novæ fuit, nihilque comprehendi, nihil ſciri poſſe cenſuit. Nunquam autem eſſet iſta nova Academia nata, niſi Zeno ſupervacanea & odioſa ſubtilitate veterem philoſophiam correxiſſet. Nam cum eo certamen omne ſibi Arceſilas inſtituerat. Itaque merito utraque ſecta à poſteritate damnata exolevit & extabuit, florente nunc Academia vetere & Lycio.

Socratem] Qui apud Platonem nihil fere affirmat, refellit alios.

Veluti amantes] Illam Socratis dubitationem ante Socratem natum jam approbantes & amplexantes. Alii emendant, *Velut jam ante Socratem:* ut Socratem non hujus rei auctorem laudet, ſed ſuperiores phyſicos: quam tamen lectionem non probo.

Democritum] Omnium doctorum eſſe ſententiam in Theæteto Plato ſcribit, Protagoræ, Heracliti, Empedoclis, Epicharmi. Democritum nunquam Plato ſuis in libris nominat: eum enim oderat, ejuſque libros abolere tentaverat.

Anguſtos] Arctos eſſe & minutos ſenſus, ut tantam rerum magnitudinem capere non poſſint. A ſenſibus autem oritur cognitio.

Imbecillos] Infirmas mentes, quæ falſo plerumque ſuccumbant.

Brevia curricula vitæ] Cum rerum cognitio multo diuturnioris temporis indigeat. Eo nomine de brevitate

Digitized by Google

vitæ cum rerum natura Theophraſtus expoſtulat.

In profundo] *Cicero* in Lucullo: *Naturam accuſa, quæ in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſerit.* Simile eſt illud Senecæ N. Q. VII, 32. *Vix ad fundum venietur, in quo veritas poſita eſt, quam nunc in ſumma terra, & levi manu quærimus.* Verba ſunt Democriti, * Αἰτίης οὐδὲν ἴσμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. Id eſt, *Ex cauſa nihil novimus. Nam in profundo veritas.*

Sibi reliquiſſe] Hoc enim unum ſe ſcire Socrates prædicabat, quod nihil ſciret.

Intelligi] Ratione & intelligentia cognoſci, ut *cerni*, percipi ſenſu: ſunt enim κριτήρια duo, ſenſus & intelligentia.

Aſſertione] Approbationem & aſſenſionem tollebat Arceſilas, quam ponebat Zeno, contrariamque inducebat retentionem, quam ἐποχὴν appellabat. *Aſſertio* autem eſt affirmatio. Ductum ab iis qui in aſſertione hominem vel liberum vel ſervum affirmabant & vindicabant.

Deducere] Ductum à filo, quod *deduci* proprie dicitur, ut illud, *Et tenui deducta poemata filo.*

Novam] Immo vero ne Academia quidem erat, niſi vocabulo, cum revera eſſet Pyrrhonis ſtultiſſima ſecta, ut Numenius ait. Itaque à Timone Pyrrhonio Arceſilas Pyrrhonius appellatur & Scepticus.

Quartus ab Arceſila] Audivit enim Hegeſinum, Hegeſinus Evandrum, Evander Lacydem diſcipulum Arceſilæ. Auctor Cicero in Lucullo. Evandrum tamen auditorem Ariſtippi fuiſſe, Ariſtippum Lacydis ſcribit *Euſebius.*

Zenone] Zeno Sidonius, philoſophus Epicureus, quem Athenis Cicero auctore ipſo Philone ſæpe audiebat. Eum Philo Epicureorum coryphæum ſolebat appellare. Hic autem *Cicero*, ut opinor, ſcribebat Carneadem acerrimum Stoicorum oppugnatorem fuiſſe, & reliquorum Academicorum ſeriem attexebat.

* Leg. ἐτεῇ, *vere*: quod dudum monuerunt eruditi. *Davies.*

R PETRI

Digitized by Google

PETRI FABRI

IN

LIBROS ACADEMICOS

CICERONIS COMMENTARIUS.

Digitized by Google

PETRUS FABER

ARVERNUS LECTORI S. P. D.

HENRICO *Caſtellionio donaveram roganti vel potius flagitanti conjecturas in Lucullum Ciceronis, quarum ille ſimile quid, cum eſſet in hac urbe, domumque meam quaſi mihi in diſciplinam traditus quotidie ventitaret, apud me animadverterat. Quippe rogabat is qui me prope in parentis loco vereretur & coleret: quem ego ardentem magnarum omnium rerum atque artium ſtudio cernerem: cujus ingenii magnitudo ea eſſet, ea ad virtutem indoles, quæ illum ad ſumma omnia natum facillime oſtenderet. Hujuſmodi bonis igitur incitatus & gloria majorum tam illuſtri loco natus adoleſcens, cœpit, cum eſſet natus annos paulo plus ſedecim, de re militari deque laude ex ea comparanda, cujus aliquem guſtum etiam ante ceperat, cogitare vehementius. Erant in Gallia recens omnia pacata. Erat ipſe regi invictiſſimo ac prudentiſſimo carus imprimis. Ergo clam Rege in Batavos ad bellum, quod in ea Galliæ parte de religione maxime geri cenſeret, profectus, quantum gloriæ eſt conſecutus pæne puer? Declarat ſatis illius obitus tam acerbus ac tam defletus non ſolum noſtris ſed etiam exteris hominibus & gentibus: quo vel ſolo Oſtenda obſidione illa in perpetuum memorabili nobilitatum oppidum nimis nobile futurum fuit. Verum illi Deus, cum tam præclaro exitu tam mature ex hac colluvione ipſum adſcivit in cœlum, optime conſuluit. Et Rex publicos honores omnes quibus illum ornarat, contulit in ipſius fratrem* GASPAREM CASTELLIONIUM: *cujus item adoleſcentis fortiſſimi & optimi virtus in hoc eodem bello iis jam laudibus, ea fama celebratur, ut majorum veſtigiis inſiſtere illum omnes intelligant. Sed nunc redeo ad* HEN-

Digitized by Google

RICUM. *Illi conjecturas quas dixi, quaſi non ſibi uni donatas, verum omnibus, curæ fuit quam primum in vulgus edere. Id factum eſt Lugduni Batavorum. Ibi additæ etiam inſcriptiones, illa quidem à minus attendentibus,* In Libros Academicos Ciceronis editionis primæ Commentarius: *cum ego me ad unum Lucullum Ciceronis ea adnotare nominatim dixiſſem, & ita hunc librum debere inſcribi docuiſſem. Quin illud additum* Commentarii *nomen hic alicui videatur plura fortaſſe requirere. Cætera fuerunt edita item nimis mendoſe: quamvis eam culpam ego non tam in librariorum indiligentiam retulerim, quam in litterulas meas atque lituras, quas is cui dederam tamen facillime legeret. Itaque de illis iterum edendis cum agerent mecum docti atque amici viri, hortarenturque ſimul, ut etiam in Academicum primum, ſi quid ejuſmodi haberem adnotatum, iis adjungerem; ſum aſſenſus. Librariorum tamen commodum expectandum fuit, uſque dum* CLAUDIUS MORELLUS *ſtudium ſuum atque operam obtulit, pollicituſque eſt daturum operam ut ea nunc ederentur emendata maxime. Jam ad Academicum primum notas quod attinet, ſi quid in iis interpretationi* ADRIANI TURNEBI *præceptoris mei fuerit additum, id ego tribui maxime velim illius Commentarioli brevitati, quæ poſt obitum viri ſummi non potuit alios à corrigendo multa in hoc libro mutandove deterrere. Tum Græcorum ſcripta quædam, ſicut in Lucullo feceram, contuli hic cum Latinis: quæ velim adoleſcentibus ſtudioſis eſſe non ingrata, ut locis obſcurioribus alioquin non paucis intelligendis ea ſenſi magno mihi quidem adjumento fuiſſe. Vale. Rupellæ Kal. Sextilibus, anno ſalutis* CIↃ. IↃC. XI.

Digitized by Google

PETRI FABRI

COMMENTARIUS in ACADEMICORUM LIBRUM PRIMUM.

ACADEMICARUM *Quæſtionum ſecundæ editionis liber primus*] Hæc verba *Academicarum Quæſtionum* in Lucullo ſatis oſtendiſſe videor non eſſe Ciceronis: ut neque illa, *ſecundæ editionis.* Cum enim Cicero Quæſtionem omnem Academicam duobus libris expoſuiſſet Catulo, & Lucullo, antequam hi duo in vulgus ederentur, mutato conſilio de duobus fecit quatuor, ut eſt in epiſt. 13. lib. XIII. ad Attic. Illorum autem deſcribendorum Attico homini amiciſſimo & quaſi alteri ſibi copiam fecerat, quos ſcribit in eadem epiſtola fruſtra deſcriptos eſſe: poſtea tamen iis quatuor, quos Varroni tribuit, jam editis aut certe confectis, credo, quod aliquâ de duobus illis quid emanaſſe intelligeret, nova iis, ut eſt in epiſt. 32. ejuſdem libri, procœmia addidit, quæ certe poſterior editio fuerit neceſſe eſt. Jam ipſe quatuor iſtos, quos Varroni dedit, libros Academicos appellare ſolet, de quibus primus hic tantum ſupereſt, nec tamen integer, cum is primæ parti Catuli reſponderet, ut ejuſdem poſteriori ſecundus, qui cum Catulo periit, ut perierunt tertius, & item quartus: quorum duorum jactura eo minor eſt, quod Lucullus, qui in illos erat tranſlatus, etſi minus emendatus, ad nos tamen uſque pervenit. Ego Nonium, qui tam ſæpe recitat librum primum & ſecundum, & tertium, & quartum Academicorum, ipſam Ciceronis inſcriptionem recitare hic exiſtimo, ut ſit declinatum nomen *Academica Academicorum*, ut ipſe item vocavit epiſt. 29. ejuſdem libri: *Hæc Academica*, inquit, *ut ſcis, cum Catulo, Lucullo, Hortenſio contuleram* &c. & ita vocabant Græci, ut apud Diogenem Laërtium in Bione, Παρῃτεῖτο τὰ Ἀκαδημαϊκά. Numenius apud Euſebium lib. XIV. præparationis ad Evangelium de Lacyde, Αὐτὸς, inquit, ἐςωϊκεύετο πρὸς τοὺς παῖδας· τῶν παίδων δὲ τὰ Ἀκαδημαϊκὰ ἰσχυριζομένων, & quæ ſequuntur. Ἀκαδημαϊκὰ autem, Plutarcho interprete in Colotem, eſt λόγος Ἀκαδημαϊκὸς, qui etiam λόγοι interpretatur alibi ex Ariſtotele μάθησιν, ut Clemens Alexandrinus διδασκαλίαν, atque ita *ratio* Academicorum, *ratio* Stoïcorum, Cynicorum, aliorum à Cicerone ſæpe dicitur pro diſciplina illorum atque doctrina. Tu quidem, dixerit fortaſſis aliquis, hic multa verba feciſti de verbo; At rationem quî nobis probare poteris homo Chriſtianus iſtorum hominum, qui volunt nihil eſſe veri, nihil certi, nihil cogniti? in quos reliqui prope omnes philoſophi tam vehementer invecti ſint? in quos, ut alios mittam, Auguſtinus (atquam ſtudioſus Ciceronis) libros e-

eruditiſſimos tres ſcripſerit? De verbis quod dicunt, reſpondeam, ne res quidem abſque verbis poſſe intelligi vel unus Plato teſtis fuerit ſatis opinor locuples; apud quem Socrates Cratyli ſententiam ſic excipit, Εἴπερ μὴ ἔστι τὰ πράγματα μαθεῖν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν ὀνομάτων, &c. & ſunt, ut ait Cicero ipſe, *verba rerum nota*. De ratione autem Academicorum & conſuetudine diſputandi adverſus omnia recte reprehendunt, ſi conſuetudinem illam adverſus ſcripta Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt adverſus Deum, admittimus: præſertim cum Academicus Cotta in II. de Natura Deor. *conſuetudinem diſputandi contra Deos malam & impiam eſſe* dicere non dubitat, *ſive id ex animo fiat, ſive ſimulate*. Quanto igitur magis impie faciunt illi, qui ita de Deo ipſo deque Dei verbo diſputant in contrarias partes, ut opinionum commenta de religione vel æquare illi, vel majore auctoritate defendere eſſe non dubitent? Quid enim relinquitur in religione omni, quid in fide, quæ Dei verbo debetur, qua nititur omnium ſalus, ſi à verbo Dei receditur? Sed in philoſophia permittamus quantum volent Academicis ſequi maxime veriſimilia, ſive quod, ut ait idem Auguſtinus lib. II. in Academicos, illi in iis, quæ ad Philoſophiam pertinent, duntaxat negant ſcientiam homini poſſe contingere: ſive quod ex illa hæreſi videmus extitiſſe ſcriptores, exempli gratia, duo pæne divinos Ciceronem & Plutarchum, qui quæ ſcribunt non minus probent nobis omnibus, quam qui Academiæ fuerunt vel infenſiſſimi. Itaque doctiſſimus Galenus Academicorum rationi non nimis, ut leviſſime dicam, indulgens, in lib. IX. de Decretis Hippocratis & Platonis, ubi de judicio veri diſputat, nihil referre ſcribit illorum rationem ſequamur an eorum qui id ſenſibus, aut menti aut comprehendenti phantaſiæ tribuunt, quos cum memoraſſet, Διαφέρειν μὲν φασίν, inquit, ἀλλήλων δοκοῦσιν αἱ εἰρημέναι λέξεις, εἰ δ' ἐπιμελέστερόν τις σκοποῖτο, τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν.

CAP. I. *Studiis iiſdem*] Fuerit iſte, ut nobilis poëtæ verbis utar, *in tenui labor*: tamen quia *eiſdem* hic pro *iiſdem* ſcribi debere viſum eſt doctiſſimo viro; in eoque ego non dubito quin Ciceronem ipſum auctorem habere ſe crediderit, vix, opinor, quiſquam mihi vitio vertat ſi eum locum Ciceronis indicavero. Ille igitur in Oratore cap. XLVII. ait Ennium dixiſſe, *In templis iſdem*, quibus ipſe verbis addit, *probavit. At iiſdem erat verius, nec tamen* eiſdem *opimius: male ſonabat* iiſdem: ex illis verbis, inquam, *male ſonabat* iiſdem, eſt illa nata correctio, quod *iiſdem* illic à Cicerone male ſonare dicitur. At non dicitur non eſſe Latinum, neque id alibi male ſonare hic idem fortaſſe dixerit. Uſu certe optimorum ſcriptorum nihil poteſt eſſe tritius quam horum utrumque. Itaque Priſcianus ubi de hoc pronomine diſſerit, *Regula*, inquit, *exigit per duas* i. *vel per* e. & i. *tam nominativum pluralem maſculinum, quam dativos & ablativos omnium pluralium ſcribi, id eſt*, iidem *vel* eidem, *&c.* Sed hæc ipſa nimium multa. Itaque nihil hic adderem niſi locus ille quem citavi ex Oratore eſſet, quamvis in uno tantum verbo *eiſdem*, tam valde mendoſus. Ibi ſcriptum eſt, *nec tamen* eiſdem *opimius:* quod cum videret idem Lambinus ferri hic non poſſe, delevit. Verum ad hanc rationem extremam confugere illi meo judicio neceſſe non fuit: quis enim non videat, ſi rem ipſam ſatis attenderit, *iſdem* illud quod Romanis hominibus tum probavit Ennius, cum *eiſdem*, quod Cicero verius hic putat, comparari; deque

deque duobus his *eiſdem* quam *iſdem* opimius eſſe? id enim ſignificat hic uſitata illa figura orationis quæ vocatur à *Græcis* ἀντίφρασις. *Opimius* autem eſt pinguius Lucilio, ubi is apud Velium Longum *ei* quam *i*, pinguius eſſe dicit in hoc verſu, *Hac illi fecere: adde* e *ut pinguius fiat*: quo nomine pro *plenius* aut *pleniore ſono* in illo doctiſſimo de Orthographia libello ſuo ſæpius uſus eſt idem Longus, atque id exili ac tenui ibidem oppoſuit. Jam *iſdem* illud Ennianum ex *iiſdem* contractione factum eſſe vel cuivis notum, & addit ibi Priſcianus, *Solent autem auctores etiam per Synæreſim unam* i *ponere pro duabus*, &c.

Atque illum complexi, ut mos amicorum eſt, ſatis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus.] Hæc verba, *ut mos amicorum eſt*, ſuſpecta Lambino fuerunt, quæ, illum ſecuti alii docti viri, item adventitia eſſe edere non dubitarunt. Quæ mihi non minus videntur eſſe Ciceronis, nec minus probari debere quam quod in tertio de finibus eſt item in congreſſu Ciceronis cum Catone, *Surrexit ſtatim, deinde prima illa quæ in congreſſu ſolemus, Quid tu, inquit*, &c. Aut in II. de Orat. in amiciſſimorum item congreſſu, *Qui cum inter ſe, ut ipſorum uſus ferebat, amiciſſime conſalutaſſent* &c. Sed illud, *Satis eum longo intervallo ad ſuam villam reduximus*, obſcurius fortaſſis, non tam ambiguitate nominis *intervallum*, quod origo ipſius proprie de loco dici declarat cum dicatur non minus de tempore, quam re atque ſententia. Doctiſſimus Enarrator Adrianus Turnebus optime de tempore dictum accipit, *Cum pluſculum temporis*, inquit, *in ſalutatione conſumpſiſſemus, eum ſatis longo temporis intervallo in ſuam villam reducebamus*. Intelligit videlicet intervallum interjectum inter ſalutationis tempus, cum paullum abeſſent à Varronis villa, & illud cum in villam perventum eſt. Id videndum, ſitne æque probabile, *ſatis longum intervallum temporis* tam brevi itineris & loci ſpatio definiri: an etiam probabilius ſit illud intervallum intelligi ab eo tempore quo Varronem illi antea viderint, puta Romæ, aut ubicunque id factum ſit, ad hanc ipſorum congreſſionem. *Longo intervallo* plenius quidem dicitur addita præpoſitione *poſt*, ut in Oratione pro Cluentio, *Longo intervallo poſt iterum advocantur*. Sed hoc idem præciſe vel ſæpius dicitur ſine præpoſitione; ut in epiſt. ad Caſſium, *Ut te tanto intervallo viderem*, &c. ut ſimilibus in locis prope infinitis. Idque eo magis conſiderandum, quod anteceſſit, *nullam moram interponendam putavimus, quin videremus hominem*, & quæ ſequuntur. Tum autem hanc dubitationem etiam magis augeat, quod in Charmide Platonis, cujus Dialogi principium hic in principium ſui dialogi hujus eiſdem verbis intulit, Socrates cum Potidæa ſe adveniſſe diceret, item ut hic Roma Varro, ἧκον μὲν τῇ προτεραίᾳ ἑσπέρας ἐκ Ποτιδαίας, adiretque ad illos ſodales ſuos quibuſcum ibi loquens inducitur, Οἷον δὲ, inquit, διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἀσμένως ᾖα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβάς, &c. Διὰ χρόνου verſum aperte *longo intervallo*. Ni quis etiam malit pro *eum* legere *enim*, ut ſit parentheſis (*ſatis enim longo intervallo*, ſcilicet *videremus*) quod Ciceroni æque fuerit in promptu ſumere ex ejuſdem Platonis nobiliſſimo principio illo libri primi de repub. ubi item cauſam eandem reddit Socrates, cur ſit diutius cum Cephalo collocutus, Διὰ χρόνου γὰρ καὶ ἑωράκειν αὐτόν. Utraque tamen ſcriptura conſtare poſſit. Hoc igitur illi plene διὰ πολλοῦ χρόνου, præciſe etiam διὰ χρόνου & διὰ μακροῦ, ſolent dicere. Sed ab auctoritate ma-

ximi viri non recedo. Fuerint hic illi, ut utar Comici verbo, *Spiſſigradiſſimi*, ſermo quidem ſit ſatis longus habitus ante quam ex hac ambulatiuncula conſederint.

Percunctantibus nobis, & ſiquid forte Romæ novi.] Dionyſius Lambinus & alii doctiſſimi viri delent *ſi* poſt verbum *percunctantibus*, quaſi ea vox ubicumque ſic occurrat, rejicienda ſit. Mihi non videtur locutio ſic probata maximis ſcriptoribus ejici debere è ſermone Latino. Primum, ſi Latina deeſſent, potuit Cicero magnus imitator Græcorum Græcos hic imitari, qui verbis, ἐρωτᾷν, πυνθάνεσθαι, & ſimilibus particulam εἰ ſolent plerumque poſtponere, ut hoc ex eodem initio Charmidæ, Ἐγὼ αὐτὸς ἀνθρώπων εἴ τινες ἐν αὐτοῖς διαφέροντες, &c. Quid? non etiam parentem ipſum elegantiæ Latinæ Comicum in Pœnulo legerat? qui, *Conſetis*, inquit, *hominem interrogem, meus ſervus ſi ad eum venerit, nec ne*, &c. Non apud eundem in Milite, *Sed volo ſcire eodem conſilio, quod intus meditati ſumus, ſi gerimus rem?* Quid? quod Livius locutionem hanc Ciceronis videtur affectaſſe de induſtria, ut in lib. XXXIII. *Percunctatus ſi conſilium non utile ſolum, ſed etiam ſalutare admittere auribus poſſet*, &c. & lib. XXXVI. *Percunctatus ſi ſe interim, quæ defeciſſent ab ſocietate Romana, urbes recipere vellet*, &c. Atque idem ſcriptor hanc particulam ſolet verbo *quærere* plerumque ſubjicere: ne quis dicat ea tantum Juriſconſultos è Græcorum conſuetudine ſic uti ſolere. Quin etiam hanc formulam veterem retulit Cicero in II. de Divinat. *Dicito ſi ſilentium eſſe videtur, & dicito ſi paſcantur aves*; ut ſi diceret, *dicito an*, aut *dicito nunquid:* ut Plautus in Mercatore, *Dic mihi an boni quid uſquam eſt*, &c. Et Menæchm. *Dic mihi, nunquid tu vidiſti tabulam*, &c. Sed nimium exemplorum.

Atticus, omitte iſta, quæ nec percunctari, nec audire ſine moleſtia poſſumus, quæſo, inquit.] Lambinus, Puto legendum, inquit, libris omnibus invitis, *Atticus autem iſta*, &c. Sed hic idem Atticus ab hoc eodem Varrone in Dialogo ſecundo de Re Ruſtica cap. 2. abſque *autem* ſic inducitur loquens, *Atticus, qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Cæcilius cognomine eodem, Ego opinor, inquit, incipiam primus.* Et in cap. 5. *Atticus Murrio, Narra iſti, inquit, eadem; qui ſermones ſint habiti*, &c. & cap. 9. ejuſdem lib. *Relinquitur, inquit Atticus*, &c. Et alibi tam ſæpe utitur ea formula Varro, ut nimis odioſus ſim, ſi, quot locis, enumerem: & lege Ciceronis Dialogos de Legibus, in quibus etiam Atticus inducitur: lege item alios, ejuſdem non pauciora exempla ſimilia reperies.

Intemperantis enim eſſe arbitror] Optimus enarrator *Intemperantis* hic interpretatur *ſtulti, ac prope inſani:* confirmat etiam loco Plauti, in quo intemperies inſaniam ſignificet: addit è Cicerone ipſo, *Eſt enim intemperantia à tota mente, & à ratione defectio*, quæ ſunt è lib. IV. Tuſcul. Diſputat. Sed ibi *intemperantia* quæ deſcribitur, ut ibidem etiam ſubjicitur, ea eſt, quæ perturbationes omnes inflammat atque excitat, quæ Græcis ἀκρασία & ἀκολασία dicitur, ut eſt etiam in Gloſſis veteribus. Et idem Cicero in eodem lib. cum dicit, *intemperans militaris in forti viro gloria*; de illa intemperantia certe non intelligit, ſed de ea potius quam ἀμετρίαν appellat Plato lib. VII. de repub. ut alii ſæpiſſime; ut Temperantiam contra vetus idem Gloſſarium recte interpretatur συμμετρίαν. Itaque magis huic loco putem convenire illud è procem. lib. I. Tuſcul. Diſput. *Sed mandare quemquam litteris cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis*

Digitized by Google

minis eſt intemperanter abutentis & otio, & litteris. Et initio primi de finibus ubi de ſuo ſtudio, & tractatione philoſophiæ reſpondet reprehenſoribus, *Qui autem*, inquit, *moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam poſtulant:* quod ibidem interpretatur cum ſubjicit, *Ut propemodum juſtioribus utamur illis qui omnino avocent à philoſophia, quam iis qui rebus infinitis modum conſtituant.* Erit igitur etiam hic *intemperantis* dictum quaſi modum non adhibentis, qui ne ea quidem, quæ ſcriberet, occultare ſibi temperaverit, aut quæ vellet occultata ſcriberet. Nam quod Lambinus pro *eſſe arbitror*, annotat è cod. vet. *arbitror eſſe*, ut item paulo poſt mutat ipſe *te intermittere*, idemque facit aliis in locis pluribus, ubi concurſus ejuſmodi vocalium occurrerit; fortaſſis etiam alii in eadem quoque opinione ſint ex eo quod à Cicerone cum aliis in locis, tum in Oratore cap. 44. præcipitur his verbis, *Proſpiciet quid ſequatur, ne extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus aut hiulcas voces efficiat aut aſperas*: ubi cum ſic uſus eſſet his verbis quæ dixi; paulo poſt, hæc refert, *Quod quidem Latina lingua, ſic obſervat, nemo ut tam ruſticus ſit, qui vocales nolit conjungere.* Id valet quoties vocales concurrunt, quaſi de duabus unam facere, &, ut paulo poſt dicit, *contrahere*; ubi idem præcipit cujus contrarium eſt *diſtrahere. Nobis*, inquit, *ne ſi cupiamus quidem, diſtrahere voces conceditur.* Eſt igitur hic *conjungere*, & *contrahere* Græcis συναλείφειν, à quo eſt συναλοιφὴ, quod Euſtathius κρᾶσιν & συναίρεσιν recte interpretatus eſt: *diſtrahere* autem διαιρεῖν & συγκρούειν & διασπᾶν. Utriuſque rei luculentum exemplum eſt apud Demetrium in aureolo libro illo περὶ ἑρμηνείας, ubi διαιρεθέντα δὲ καὶ συγκρουσθέντα, inquit, ἀφωνότερα, οἷς τὸ, πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν εἰ δὲ συναλείψας εἴποις, καλά 'στιν. Hoc eo dixi quod Victorius in variis lectionibus & commentariis in hunc Demetrium, & qui Victorium ſequitur Lambinus, corrigunt, & legunt in Cicerone, *Nemo ut tam ruſticus ſit, quin vocales nolit conjungere.* Video quid velint: quod ſi illis conceditur, quid fuerit Cicerone ipſo ruſticius? In ipſo ingreſſu primæ epiſt. ad Lentulum, *Ego omni officio ac potius pietate erga te*, & quæ ſequuntur; ut mittam alia ejuſmodi infinita. Quid igitur fiet? Cato conjungebat, id eſt συνήλειφεν, eamque, conjunctionem, ut oſtendit hic Cicero, nota quadam indicabat; ut cum M littera vocalem ſic antecederet, quod ſcribit Quintilianus lib. IX. *Et illa Cenſorii Catonis die' hanc*: aut ſi nota illa non adhiberetur in ſcribendo, quid prohibuit ita pronuntiando ac legendo contrahere? cum utriuſque rationis ſcribendi & exempla in libris ac monumentis veteribus, & auctores ſint. Quid? quod licuit id quod prohibetur illic ſeverius, in genere dicendi ſummiſſo prope negligere ipſe in eodem libro ſcripſerat, hac ratione addita, *Habet enim ille tanquam hiatus*, inquit, *concurſu vocalium molle quiddam.* Hoc Demetrius, quod etiam recitavi paulo ante, ſic extulerat, Διαιρεθέντα δὲ καὶ συγκρουσθέντα ἀφωνότερα. Jam epiſtolarum ſcribendarum genus atque rationem in hoc ſummiſſo ac tenui genere verſari notum: Ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ, ait idem Demetrius, δεῖται ἰσχνότητος. &c. Hic Cicero in epiſtola ad Pætum, *Epiſtolas*, inquit, *quotidianis verbis texere ſolemus.* Ut hoc eodem auctore ſic liceat impune vel ſcribendo vel pronuntiando aliquando voces diſtrahere. Ac prope eram oblitus Lambinum pro *vocum* & *voces* ibidem reponere *vocalium* & *vocales*. Certe immerito, ſic enim vocalis *I* in Auſonii monoſyllab. *vox*, & à Terentiano *E*, *vocula*

Digitized by Google

cula dicitur: & ſic Poëta vetus apud Athenæum in griphis lib. x. Τὸ ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, &c. quippe quod ex litteræ, ut ait Plato in Theæteto, cum de vocalibus diſputaret, φωνὴν μόνην ἔχουσι.

Et artibus antecedat.] Lambinus corrigit è veteri libro ac legit *antecellat*: non neceſſario certe, ſi Plautus in Pſeudolo Latine dicit, *Siquidem iſthac opera, ut prædicas, perfeceris, Virtute regi Agathocli anteceſſeris*, aut Terentius Phormione, *Verum ei hac anteceſſit*, quomodo Donatus interpretatur. Quibus in locis quis ſit, qui velit quicquam corrigi?

CAP. II. *Itaque non multum hæſitans reſpondebo.*] Lambinus ait ſe delendam curaſſe vocem *multum*, non repertam in libris veteribus: neque ea erat in Victorianis impreſſis. Credo quod eadem erat proxime poſita. Ego cæteros impreſſos non auſim damnare, & ſic interpretor, ut interpretatur apud Maronem Chariſius in illis, *Multum ille & terris jactatus & alto*, non diu hæſitans. Idem enim valet utrumque adverbium: ut contra *parumper hæſitans* dicitur à Livio, qui lib. XLV. *Obſtupefactus*, inquit, *tam violento imperio parumper cum hæſitaſſet*, &c.

Vides autem eadem ipſe, didiciſti enim non poſſe nos Amafanii aut Rabirii ſimiles eſſe.] Hæc locutio conturbavit eruditiſſimum ac diligentiſſimum Lambinum, & fortaſſe non immerito; ac videndum an commode includi poſſint nota parentheſis hæc duo verba *didiciſti enim*, *eadem* autem ſit adverbium ex ablativo caſu: *eadem* ſcilicet ratione aut opera, aut via, ut exponit Chariſius. Et ſic loquitur ipſe Cicero in epiſt. lib. XV. ad Attic. *Interea narrat eadem Baſſi ſervum veniſſe, qui nunciaret legiones*, &c. ut apud Plautum Bacchid. *Eadem biberis; eadem dedero tibi*, &c. Aliiſque in locis infinitis & hic, & alii veteres in eadem ſignificatione utuntur. Amafanius autem hic ita appellatur etiam ab Hieronymo præfatione in Amos prophetam.

De rebus ante oculos poſitis vulgari ſermone diſputant.] Videtur hic reſpexiſſe ad verba Socratis item de voluptate diſputantis in Philebo, Οὐκοῦν τὰ δημόσιά πυ καὶ σαφῆ ῥᾶϛον συννοεῖν.

Nihil apta interrogatione concludunt.] Doctiſſimus ennarrator *interrogationem* hic optime interpretatur rationis concluſionem, *qua in diſputationibus*, inquit, *Dialecticorum interrogatione efficitur.* Hoc videatur alicui dici obſcurius, dum brevius dicitur. Etſi Plato, ut alios mittam, dixerat in Cratylo, Τὸν δὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστάμενον ἄλλο τι σὺ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν. Sed hic de mera concluſione rationis, nulla nec interrogatione adhibita nec reſponſione, intelligitur. Fortaſſe ſumptum eſt è conſuetudine Stoicorum, qui Dialectici per excellentiam appellati ſunt. Cicero quidem interrogatiunculas illorum ſæpe ſolet in ea ſignificatione dicere, ut verbum *interrogare*, ſicut illi ἐρωτᾶν, pro rationem concludere. Clarum exemplum eſt in libro de fato ex Stoicis, cap. 12. *Sic enim interrogant, Si fatum tibi eſt hoc morbo convaleſcere, ſive medicum adhibueris, ſive non, convaleſces.* Item, *Si fatum tibi eſt ex hoc morbo non convaleſcere*, &c. ubi etiam ἀργὸν λόγον interpretatur *interrogationem ignavam*. Et ſic Seneca magnus Stoicus in Epiſt. 83. & ſic in multis aliis locis utitur. Græci ſic uſi fuerant, ut dixi, verbo ἐρωτᾶν, ut in diſputatione adverſus Stoicos refert Plutarchus de Chryſippo loquens, Ἐν δὲ ταῖς ἀποδείξεσι τοιούτους ἠρώτηκε λόγους· ubi ſic multa argumenta continenter Chryſippus abſque ulla interrogandi nota concludit: in quam ſignificationem Plu-

tarchus

ſarchus ipſe, & Galenus, & illa ætas utitur ſæpiſſime. Neſcio qui de vetuſtioribus primus uſurpaverit; ut neque idem verbum pro verbis παρακαλεῖν, διδάξ, ἱκετεύειν, quo ſenſu ſæpe utuntur Apoſtoli. Hermogenes negat in ea ſignificatione eſſe hoc ſatis commodum aut Græcum verbum, ſed hoc ipſo ſatis indicat fuiſſe veteribus non inauditum.

Nos autem præceptis Dialecticorum & oratorum, quoniam, &c.] Hic erat addita vox *etiam* ante *quoniam* in impreſſis quibuſdam libris, ut in veteribus Lambini; quæ ſcriptura ſi verior eſt, ut puto veriorem eſſe, particulam *etiam* addidit quod exiſtimaretur omnium judicio Oratoria laus in ſchola Stoicorum magnopere non vigere. Stoicos enim intelligit, ut mox vocat *noſtros:* quod Antiochus, quem Varro ſequitur, cum migraſſe diceretur in Academiam veterem è nova, germaniſſimus tamen, ut in Lucullo legimus, erat Stoicus.

Quoniam utramque vim, unam eſſe noſtri putant.] In impreſſis Turnebi & Victorii eſt, *Quoniam utramque vim virtutem eſſe noſtri putant.* Quam ſcripturam magis probo, quod ea Stoicorum eſt propria ſententia: cum ſi legatur *Unam*, non magis ſignificare quis putet Stoicorum ſententiam quam Ariſtotelis, ut utraque ab ipſo Cicerone in Oratore exponitur, qui locus in promptu eſt & notus omnibus.

Verbis quanquam novis cogimur uti.] *Cogimur uti verbis quanquam ea nova ſunt.* Quid eſt hoc? mendum eſt profecto. Lambinus pro *quanquam* reponit *aliquando:* vidi etiam in margine libri, qui fuit Nicolai Grucchii magni ingenio atque doctrina viri ſcriptum ipſius manu, *legend. quandoque aut quoque.* Viderunt mendum doctiſſimi viri, ſed mutatio tanta literarum in eo corrigendo cui facile probari poſſit, eſſe vix putem. Tum difficultatem in iis artibus explicandis, quam Cicero vult quantum poteſt hic augere, extenuet potius profecto quam augeat: non enim aliquando aut quædam duntaxat verba novavit Zeno princeps illius diſciplinæ, quod illis objicitur à tam multis: & Cato ipſe maximus Stoicus in lib. III. de finibus, *Etſi habet*, inquit, *hæc Stoicorum ratio difficilius quiddam & obſcurius. Nam cum in Græco ſermone hæc ipſa quondam rerum nomina novarum nova videbantur quæ nunc diuturna conſuetudo trivit, quid cenſes in Latino fore?* Hoc eſt dicere, quam nova cenſes in Latino ſermone viſum iri? Et ſane quid dicatur nunc aptius huic item loco & illis interrogationibus quæ ſequuntur continenter, quam ſi legatur, *verbis quam novis cogimur uti?* Demonſtratum eſt alibi quam ſæpe ingeminanda ſit aut detrahenda eadem littera aut ſyllaba, aut etiam eodem verbo librarii peccaverint. Itaque ſic in lib. II. de Finibus pro *Quamquam hæc ſunt contraria*, lego, *quam hæc ſunt contraria?* quem locum omnem qui legerit atque attenderit, eum tardiſſimum oporteat eſſe, ſi non ita legendum cenſeat. Et ſic in Truculento Plauti Act. IV. Sc. IV. in verſu, de quo amplius quærendum cenſuerunt ubique ſtellulam addiderunt doctiſſimi viri, (ut hic etiam moneam eos qui plurimis veſtigiis antiquitatis & ſermonis elegantia ducantur modo, repudiatis illis, in quibus theatri flagitia reprehendit graviſſime Cicero) in illo igitur verſu eſt, *Ubi id audivit quanquam penes eſt mea omnis res & liberi*; lego *quam* pro *quanquam*, addita interrogandi nota poſt *liberi*. Id docet & verſus & multo magis antecedens & conſequens ſcriptura. Verba ſunt Dinarchi cujus nomen huic verſui DIN. præponendum eſt, ut ſequenti proximo præponendum PHR. Nihil

Digitized by Google

hil amplius. Atque hoc exempli ſatis fuerit à librariis plerumque ſic falſo geminari ſyllabas. Et tamen in hoc ipſo libro Ciceronis non longe ab extremo ſimilis geminationis exemplum item luculentum eſt: ubi orationem antecedentem claudit verbum *dixerat*, ſequentem incipit vox *at*, perſpicue additiția, & ex antecedente ſyllaba ſic uti dixi repetita. Quare Lambinus illam rectiſſime ſuſtulit.

Cum cauſas rerum efficientium.] Lambino videtur legendum *efficientes*, quamvis *efficientium* ſit in libris. Non offendiſſet illum hæc ſcriptura, ſi in mentem veniſſet illud Horatii, *Aut lapathi brevis herba*, aut quod eſt apud Ciceronem ipſum in Oratione pro Flacco, *Qui arborem fici nunquam vidiſſet.* In Topicis ſic appellavit, *Proximus eſt locus rerum efficientium, quæ cauſæ appellantur.* Hanc autem diviſionem exponit item aliis locis pluribus.

Ex effectione.] Efficiendi vim appellat alibi, ut τὸ ποιεῖν Græci. Effectio autem videtur hic dici, ut ab Ariſtotele ἐνέργεια, lib. VII. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, quod ibidem etiam dicitur λόγος & μορφὴ & ἐντελέχεια. Solet equidem illa formula nominum actio plerumque ſignificari. Auctor vel ipſe Varro lib. IV. de ling. Lat. *Corpus eſt*, inquit, *at curſor: locus, ſtadium, qua currit: tempus, hora qua currit: actio, curſio.* Sed hoc Latina lingua non perpetuo ſic obſervat ut ſatis apparebit infra in definitione virtutis, ubi pro Græco τελειότης & ἀκρότης *perfectio*, ut alibi *abſolutio*, dicitur.

Adhibenda enim Geometria eſt, quoniam quibuſnam quiſquam enuntiare verbis, aut quem ad intelligendum poterit adducere?] Hæc verba omnia doctiſſimus Turnebus includit nota parentheſis. Lambinus totam periodum, aut adeo periodos tranſpoſuit, ac pro voce *Geometria* vult legi *ea materia*: ubi certe videtur aliud egiſſe vir diligentiſſimus. Quid enim erat notius quam Platonem veteris Academiæ patrem, quam ejus diſcipulos Ariſtotelem, &c, ut mittam alios, Xenocratem qui mathematicas artes aiebat, ut eſt apud Plutarchum & Diogenem, λαβὰς τῆς φιλοσοφίας, quam totam illam familiam & ſectam, quam is, quem hic exprimit Varro, ſequi ſe profitetur Antiochus, libros Geometricorum præceptorum aut exemplorum impleviſſe? Geometriam autem hic ut ſæpe alibi appellavit potiſſimum, quod ea eſt, ut apud Plutarchum in Sympoſiacis à Philone dicitur, ἀρχὴ καὶ μητρόπολις τῶν ἄλλων. Hoc apertum: nec obſcure tamen notatur hic Epicurus qui cum Democritum ſequeretur in Phyſicis, virum in Geometria perfectum, ut eſt in lib. I. de Finibus, Geometriam non didicerit. Quod autem de Geometricis dicit hic difficile eſſe illa explicare Latine, dicit item de Geographicis in Epiſt. lib. II. ad Attic. *Et hercule*, inquit, *ſunt res difficiles ad explicandum*, & quæ ſequuntur. Sane velim, ut iſti Doctores etiam diſcant hic à principibus viris, barbaries, quam ipſi propemodum amplectuntur, quantopere fugienda ſit: quod idem ſic jubet Cæſar in lib. de Analog. I. tanquam ſcopulum fugere nos verbum inauditum atque inſolens. Sed redeo ad illa, *Quoniam quibuſnam quiſquam* &c. ubi magnum eſt & grave mendum, & libri impreſſi Victorii cura, & quos uterque Stephanorum fratrum impreſſerunt, erant ſtellulā notati, quæ mendum oſtenderet. Id uno ego in verbo eſſe ſentio, quod, ſi quidem pro *quoniam* legam, ut lego fidenter, *quam jam*, videor mihi omne ſuſtuliſſe. Primum leviſſima mutatio facta eſt. Oſtendi alibi ob ſimilitudinem V & A ut ſæpe librarii ſcripſerint *quum* pro *quam*, & contra *quam*

pro

pro *quum*, pro quo veteres *quom*; deinde *jam* pro *denique*, ut etiam interpretatur apud Maronem Servius in illis, *Quæ jam finis erit, conjux?* Quid uſurpari poterat hic aptius? Poſtremo quid magis poſtulent interrogationes continuatæ quæ ſequuntur? Niſi me animus fallit, vix paullo humanior fuerit quiſquam, cui non hæc ſcriptura jam videatur optima & pleniſſima.

Hæc ipſa de vita, & moribus, de expetendis fugiendiſque rebus: illi enim, &c.] Hæc item ut ſunt diſtincta notis, non video quî poſſint intelligi. Profecto addenda eſt interrogandi nota poſt nomen *rebus*. Continuatur enim interrogatio ab illis verbis, *quam jam quibuſnam*, &c. *Hæc* autem *ipſa* dicit, quod ea quæ ſunt de moribus, nota nobis & proxima ac velut ante pedes poſita ſunt: Illa autem de natura cœleſtibuſque rebus, à noſtro ſenſu atque intelligentia remotiſſima.

Quod bonum quale ſit, negat omnino Epicurus ſine voluptatibus ſenſum moventibus nec ſuſpicari] In correctione eſt *vel ſuſpicari*. Id ſi ſequimur, quid illis fiet in tertio de Finibus, *Quanquam negant nec virtutes nec vitia creſcere?* Similia ſunt infinita apud hunc, apud alios, præter illa etiam quæ notavit in Commentariis linguæ Græcæ doctiſſimus Budæus, aut quæ obſervarat apud Maronem Servius, ubi certe mutationi locus eſſe non poteſt. *Ipſe diem noctemque negat diſcernere cœlo, Nec meminiſſe viæ media Palinurus in unda*, &c.

Et ad vitæ conſuetudinem & conſtantiam] A libris impreſſis à Rob. Stephano aberant hæc duo verba *conſuetudinem &*, quam ſcripturam Turnebus & Lambinus ſequi maluerunt. Ego putem tutius nihil delere. *Conſuetudinem* accipit, ut infra in hoc ipſo lib. *morum autem putabant ſtudia eſſe & quaſi conſuetudinem: quam partim exercitationis aſſiduitate formabant, in quibus erat philoſophia.* Ubi quis mendum eſſe dixerit?

In Græciam mitto, id eſt ad Græcos ire jubeo] Lambinus putabat illa verba, *Id eſt ad Græcos ire jubeo.* adventitia eſſe. Sed ea de induſtria addidit Varro, id eſt ipſe Cicero, ne quis putaret Athenas aut Rhodum aut Græcas alias longinquas urbes hic intelligi, cum poſſent illi etiam Romæ Græcis magiſtris operam dare. Mittam exempla infinita Horatius profitetur Iliadem ſe Romæ didiciſſe, *Romæ nutriri mihi contigit atque doceri, Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles.* Jam ad formulam quod attinet, ſimiliore hujus non poterat uti hic Cicero quam uſus eſt in Bruto, ubi cum de Græcis quædam dixiſſet, ſubjicit cap. 46. *Sed domum redeamus, id eſt, ad noſtros revertamur.*

Quæ quo facilius minus docti intelligerent jucunditate quadam ad legendum invitati] Hæc, ut nunc ſunt, ſatis video ne conſtare quidem. Et quis non videat hic articulum *quæ* redditionem poſtulare quæ nulla ſequitur? Et quid apertius quam ex illo altero *quæ* ante *Menippum* proxime præcedente hæc etiam pendere? Librarius non attendit ſatis, qui illum eundem articulum tam importune repetivit. Ego deleo, & locum omnem lego & diſtinguo ſic; *Et tamen in illis veteribus noſtris quæ, Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, quo facilius minus docti intelligerent, jucunditate quadam ad legendum invitati.*

In laudationibus, in iis ipſis antiquitatum prooemiis, philoſophia ſcribere voluimus.] Doctiſſimus enarrator veretur ne deſit hic aliquid: & ſane obſcurum eſt, quas laudationes intelligat, ni quis ſuſpicetur lauda-

dationes

laudationes mortuorum ſcripſiſſe illum inſtituto veteri, ut Porciæ laudationem ait ſcripſiſſe Cicero in lib. XIII. epiſt. ad Attic. Nam ſatyris Menippeis laudationes illas adnumerare, aut illi adeo, quæ inſcribitur *περὶ ἐξωμίων*, nulla ratio eſt, cum ſuis hiſtoricis libris illas adnumeret; quorum librorum diviſionem & argumenta ſingulorum Auguſtinus (quem operæpretium fuerit hic legere) exponit accuratiſſime in lib. VI. de civit. Dei. *Philoſophice* autem hic optime reponit Lambinus, & confirmat liber vetus Urſini, neque *Philoſophia* hic extare poteſt.

CAP. III. *Nos in noſtra urbe peregrinantes errranteſque tanquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt.*] Lambinus ſuſpicatur legendum *reduxerunt*, & ita Turnebus quoque legerat, & legitur apud Auguſtinum in eo quem citavi libro. Ego *deduxerunt*, quod eſt in Ciceronis libris impreſſis mutari nolim, quia multo magis convenit cum verbis *hoſpites*, *peregrinantes*, *errantes*, denique patet latius.

Tu ſedem regionum & locorum.] Apud Auguſtinum legitur, *ſedium*, *regionum*. Malo ut hic: minus ambiguum eſt. Et *ſedem regionum & locorum* dixerit, ut alibi *ſedes urbis*, & *ſedes Capitolii* ab eo dicitur, & ſi quæ ſint ſimilia.

Sed da mihi nunc: ſatiſne probas? immo vero, &c.] Doctiſſimi viri pro *da mihi*, malint legere *eam mihi*, ut etiam habuit ſcriptus liber Car. Stephani. Ego *da mihi*, quod eſt in libris impreſſis pro *dic mihi*, ut apud Terentium in Heautontim. *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo*: Et apud Maronem, *da Tityre nobis*: & in Rhetor. ad Herenn. lib. 2. dicit Cornificius, *Si ergo pollicitus ſum me daturum cauſam qua inductus Ulyſſes*, &c. haud ejiciendum putem.

Quia non verba ſed vim Græcorum expreſſerunt Poetarum.] Cur ergo, quærat aliquis, ejuſmodi fabellæ dicuntur in primo de Finibus ad verbum de Græcis expreſſæ? Dicam modo quod à Gellio dicitur in lib. IX. expreſſæ ad verbum in multis eſſe, ſed etiam in multis expreſſæ non eſſe. Exempla ſubjecit doctiſſimus Turnebus, & poſſit plura, ſi quis velit, in quibus utrumque ſatis appareat. *Vim* porro bene Lambinus hic interpretatur *ſententiam*. In re quidem haud perobſcura, dicat alius. Eſto: verum potuit metuere, hujus nominis tam varia notio nè quem deciperet: potuit illi venire in mentem ejus quod eſt in lib. III. de Orat. c. 7. *Subtilitatem Lyſias*, *acumen Hyperides*, *ſonitum Aeſchines*, *vim Demoſthenes habuit*: ubi, ut in aliis multis locis, *vis Demoſthenis* non ea notione dicitur qua *vis poetarum* in hoc loco; ſed ea potius quam in ſecundo illorum librorum lenitati, ut genus dicendi quod Græci *παθητικὸν*, cui vim illam tribuit ipſe, generi dicendi, quod idem *ἠθικὸν*, cui tribuit lenitatem, oppoſuit. Quam vim vocavit etiam ibidem *animum*: ubi, *Influendum eſt*, inquit, *aliquid animi illi lenitati*: ſic enim eſt in libris. Aperte mendoſe: & Lambinus pro *influendum* reponit *infundendum*: ſed vera ſcriptura in margine librorum olim impreſſorum à Badio remanſerat, *Inflandum eſt aliquid animi*, &c. Id valet, *inſpirandum eſt aliquid animi*, metaphora vel aptiſſima, ut illud, *ἐμπνεῦσαι μένος*, ſæpe uſurpatum ab Homero, quod alibi doceo pluribus. Sed ad *vim* redeo, cujus me quoque nominis inſignis ambiguitate apud Livium locus hic admonet ut faciam mentionem ſui. Ibi *vis*, ut eſt in aliis libris, de illa vi quæ juri inimiciſſima dicitur in Ciceronis oratione pro Cæcina, ut in aliis contra de vi & poteſtate atque ef-

fectu

fectu juris ipſius intelligitur. Is locus eſt de diſcordia patrum & plebis in creando novo rege poſt interitum Romuli in illius hiſtoriæ libro primo cap. 17. *Patres*, inquit, *decreverunt, ut, cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent: hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem jus vi ademptum. Priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum eventum comitiorum Patres auctores fiunt.* Sic legunt in ſuis notationibus doctiſſimi viri Sigonius & Lipſius. Verum ut intelligi poſſit *Idem jus uſurpari*, nempe jus illud quod hic ſibi reſervabant Patres, ut tum demum ratum eſſet quod populus juſſiſſet, cum id ipſi confirmaſſent, & idem jus vi ademptum eſſe illis poſtea in ipſorum cum plebe contentionibus, neque id ab iis, ut eſt in Oratione pro Plancio, teneri potuiſſe; ego tamen *vi adempta*, quod erat in libris impreſſis vetuſtiſſimis à Badio Lutetiæ, & Venetiis ab Aldis, quos hic habebam, & ita eſſe in uno ſuo codice nos admonuit ipſe Lipſius, ut apertum, ita verum eſſe exiſtimo. Accipio ut in Ciceronis epiſtola ad M. Craſſum, *Has literas velim exiſtimes fœderis vim habituras eſſe, non epiſtolæ:* & ut in ſecundo de Divinat. *Quarundam radicum vim & effectum* conjuncte dixit idem. Sed nihil opus exemplis: quid enim hic declarat aliud explicatio quam Livius addidit, *Priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum eventum comitiorum Patres auctores fiunt.* Nihil igitur muto in illis veteribus impreſſis: nam qui magis potuit eſſe hoc illorum decretum ſine vi atque ſine effectu, quam cum illi ante comitia decernerent, ut quicunque eorum eſſet futurus eventus, id quod populus juſſiſſet ratum fore. Mera ſpecies eſt hæc & uſurpatio vetuſtatis abſque ulla vi: & non jus, ſed imago juris, ut in lib. XLI. loquitur ipſe Livius: ubi cum quædam expoſuiſſet, in quibus legi parere viderentur ſocii, cum parerent verbis, non ſententiæ legis, *Poſtea*, inquit, *his quoque imaginibus juris ſpretis promiſcue ſine lege*, &c. Et ſic imaginarios faſces Decemvirum, non veros aut juſtos, dicit idem in lib. III. Et apud JCtos multa hujuſmodi, *imaginaria emptio, imaginaria venditio*, quæ etiam *nuda* dicitur à Paulo in leg. 59. de contrah. empt. *Nuda*, inquit, *& imaginaria venditio pro facta non eſt.* Etſi Pomponius in leg. 66. de jure dot. in quodam uſufructu oſtendit hanc imaginem non debere rejici, *Quidam*, inquit, *remedii loco recte putaverunt, ut vel locet hunc uſumfructum mulieri maritus, vel vendat nummo uno*, &c. Ut ſit nuda, velut inanis dixiſſet Paulus. In qua ſignificatione hoc item à Cicerone ipſo plerumque dicitur, nullo videlicet pretio conſtituto. Et nulla emptio, ait Juſtinianus, ſine pretio eſſe poteſt, & nulla eſt conductio quæ eſt in uno nummo, ut eſt in leg. 10. de acquir. poſſeſſ. quod utrumque ſignificet & nudam & imaginariam. Sic enim malo quam quomodo ſunt interpretati illi JCti apud Paulum in Notis Charondæ, ut *nuda* intelligeretur quæ ſit abſque conſenſu. Atque hoc demum erit illud *dicis cauſa*, & *dicis immo*, quæ antiqua eſſe Varro dicit in lib. V. de ſermone Latino: & Gloſſarium vetus, *dicis cauſa* & *dicis gratia*, proprie interpretatur apud JCtum Caium νόμου χάριν, & λόγου χάριν. Cæterum *dicis immo*, quod Varro conjuncte dixit cum *dicis cauſa*, vix puto eſſe qui ſic intelligat, quid ſit. Itaque pro *immo*, lego eiſdem litterarum ductibus omnibus *numo*, conſuetudine ſcribendi eorum qui non geminabant conſonantes: & ſæpius ita occurrit in veteribus inſcriptio-

nibus:

nibus; ut uſurparint veteres illi & JCti potiſſimum in ea ſignificatione & formula *dicis numo*, & intelligatur nummus ille *qui dicis cauſa* adhibebatur quaſi pretii loco, ut quæ donatio eſſet re, ea imagine eſſet venditio. Hinc eſt illud *addicere nummo, addicere nummo ſeſtertio*, apud Valerium, apud Vitruvium, apud Suetonium, ut expoſuit etiam Budæus in ſuo libro de Aſſe pluribus: quo pertineat item aſſis ille qui in mancipatione adhibebatur, ut à Boëtio in Topica ex Caio JCto pluribus exponitur; ne quid addam hic exemplorum amplius. Immo tu quam multa, quam longe petita hic addidiſti, dicat non indiligens aliquis. Longior fui: ſic fit, cum aliud ex alio: & putabam alicui non tam perito, quam ſtudioſo harum rerum, illa, cuicuimodi eſſent, haud ingrata fore.

Fortunæ graviſſimo percuſſus vulnere.] In notis Lambini erat, *in al. perculſus vulnere.* Perculſus eſſet gravius, velut abjectus, proſtratus; quæ plerumque conjuncte à Cicerone ponuntur, ubi ad ἐπεξήγησιν alterum eorum alteri additur. Indicat proverbium, *Plauſtrum perculit*; & Gloſſarium vetus *perculit* interpretatur κατέβαλεν, & *perculſus*, ἀπωσμένος; cum *percuſſus* ſit etiam eidem ἐκπλαγὶς & ἀπόπληκτος, &c. Cicero ſæpe declarat hunc caſum ſuum. Ex locis vix puto intelligi utrum verbum huic loco fuerit accommodatius.

Noſtros civeis] Civeis & Cives in ſimilibus exemplis vulgo ſine reprehenſione dici ſcribit Varro in lib. de ling. lat. VII. ſed & *civis* & *cives* dici ſolitum docet Chariſius, ut etiam Priſcianus in lib. VI. cap. de accuſat. plurali tert. declinat. Et quam earum ſcripturam ſequamur hic parum retulerit. In iis autem quæ ſequuntur proxime, *Nihil ut iiſdem de rebus à Græcis deſideres*, in Victorianis erat, *Græcia deſideret*, pro quo doctiſſimus enarrator, *Legendum cenſeam*, inquit, *à Græcia deſideres.* In Lambini etiam notis eſt alios legere *Græca deſideres.* Verum ſi quis vim verbi *deſideres* propius attenderit, nihil mutabit in hac ſcriptura. Id præter cætera valet ἐπιζητεῖν, ut recte interpretantur Gloſſæ veteres Græcæ atque Latinæ. Et quod exemplum poſſit afferri melius aut aptius, quam quod apud hunc ipſum Varronem eſt prooemio libror. de re ruſtic. *Ad cujus libros* (de Sibylla ibi loquitur) *tot annis poſt publice ſolemus redire: cum deſideramus quid faciendum ſit nobis ex aliquo portento.*

CAP. IV. *Relictam à te veterem jam, inquit, tractari autem novam.*] Doctiſſimus enarrator ſubaudit *Academiam*, ut illum item ſecutus Lambinus. Res eſt facilis. Verumtamen qui proxime *ſententiam* nominarat, ubi *eandem ſententiam* aperte *eandem diſciplinam* ſignificaret, ut in Lucullo item ſignificare docui, nihil fuerit periculi *ſententiam* hic repetere. In eo autem quod ſubjicitur, *quid ergo inquam*, quod Lambinus addit interrogandi notam poſt articulum *quid*, ut fere ſolet, ubi is occurrit alibi, diſtinguere, non video qui id poſſit in hoc Horatii verſu lib. de Arte, *quid ergo? Ut ſcriptor ſi peccat idem librarius uſque*, &c. aut in hoc Satyr. I. lib. I. *Quid enim? concurritur horæ Momento aut cita mors venit*, &c.

Quamquam negarit in libris.] Etiam in impreſſis Victorianis erat *negaret.* Utrumque Latine dicitur: ſatis docet Diomedes in lib. I. in cap. de verbor. qualitatib. Et illud *duas Academias eſſe.* caret mendo. Et duas eſſe ipſe Cicero dicet in hoc libro in extremo. Quanquam Græcorum alii tres faciunt, ut Plutarchus

chus in Bruto. Alii etiam quinque, ut Sextus enumerat & Euſebius.

Et totam veterem Academiam à qua abſum tam diu] In libris Victorianis eſt *Aqua abſumptam* duobus verbis: quam ſcripturam ipſe Turnebus ſequitur & interpretatur, *qua velut diluvione quadam hauſta eſt.* Addit etiam exempla, in quibus tranſlatio, quam hic notat ſumptam à locis depreſſis, haud facile notari poſſit: & Cicero non hic Academiæ nomine locum ſed hæreſim ipſam intelligit, ut tanto durior illa Metaphora futura ſit. Lambinus teſtatur libros veteres habere, *Aqua abſumtam jam diu.* *Jam diu* verum eſt quod eſt in his impreſſis, & convenit cum præcedentibus, *relictam à te veterem jam:* & cum iis quæ repetet inferius idem Varro, *Tua ſunt*, inquit, *nunc partes qui ab antiquorum ratione nunc deſciſcis.*

Mihi vero, inquit ille] Lambinus ait in vetere codice legi, *Mihi vero ille, quid eſt enim*, &c. Hoc etiam rectum ſit: exempla ſunt apud ipſum Varronem, ut ſupra ad initium libri docui, innumerabilia. Sed quæ ſubjiciuntur hic, *in conſpectu conſedimus omnes;* Lambinus ſuſpicatur eſſe legendum, *Omnes in conſpectu conſedimus.* Offendit, credo, continuatio tot pedum verſus Heroïci in fine. Et ſane Cicero ipſe in Oratore, *Verſus*, inquit, *ſæpe in oratione per imprudentiam dicimus, quod vehementer eſt vitioſum, ſed non attendimus*, &c. Et Quintilianus in lib. IX, 4. *Verſum in oratione fieri multo fœdiſſimum eſt totum, ſicut etiam in parte deforme: utique ſi pars poſterior in clauſula deprehendatur, aut rurſus prior in ingreſſu.* Hoc illi: ſed Livius tantum abfuerit ut hic aliquid corrigeret, ut ab illo verſu, quo claudit orationem in hoc loco Cicero, nec paucioribus pedibus continuatis hiſtoriam inceperit, *Facturuſne operæ pretium ſim*, &c. Quod idem Quintilianus notat in eo quem dixi loco: verum notat, non corrigit. Et qui conati ſunt in aliorum oratione reprehendere, eos in hoc ipſo conatu conſtat imprudentes in idem vitium incidiſſe, ut teſtatur in eodem libro illo Cicero, ut fuerit hunc finem verſus notaſſe tutius quam correxiſſe: cum præſertim id eum non declinaſſe veteres obſervaverint. Docet etiam Capella nominatim lib. V. *In conſpectu* autem abſolute, ſi quis hoc etiam quærit, ut à Græcis ἐν ὄψει item abſolute dicitur.

A rebus occultis & ab ipſa natura involutis] Vir Doctiſſimus Fulvius Urſinus cenſet delendam præpoſitionem *ab*, eamque abeſſe dicit à ſcripto ſuo libro. Verum Cicero ita loquitur ad initium Timæi de Publio Nigidio, *Acer & diligens inveſtigator earum rerum quæ à natura involuta videntur.* Et in primo de Offic. *Corporis noſtri natura ipſa magnam videtur habuiſſe rationem* cum dixiſſet; addit poſtea, *Quæ autem partes corporis ad naturæ neceſſitatem data adſpectum eſſent deformem habitura, eas contexit atque abdidit.* Et paulo poſt, *Quæ enim natura occultavit*, &c. De qua re item in ſecundo de Natur. Deor. *Ut in ædificiis*, inquit, *architecti avertunt ab oculis & naribus dominorum ea, quæ profluentia neceſſario tætri eſſent aliquid habitura: ſic natura res ſimiles procul amandavit à ſenſibus.* Quem locum Cicero eiſdem fere verbis exprimit, ut hoc etiam addam hic, ex illo Xenophontis loco lib. I. de dictis Socrat. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποτρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. In eo differre videatur quod ibi Dei providentiæ hoc opus dicit eſſe Socrates, quod Cicero naturæ tribuit. Sed idem eſt. Unus hic Plutarchi locus è libro de repugnantiis Stoïcorum ſatis docere

Digitized by Google

poſſit, Ὅτι δὲ ἡ κοινὴ φύσις, καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ πρόνοια, καὶ Ζεύς ἐστιν, οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε.

In quibus omnes ante eum philoſophi occupati fuerunt] In libris Victorianis, etiam in iis quos Turnebus edidit, eſt, *In quibus omnibus.* Sed *omnes* verius: apparet, vel ex eo quod Socrates hic, ut in v. Tuſcul. Diſput. itemque alibi, primus ab illis deſciviſſe, ac de vita & moribus quæſiviſſe dicitur, cum illi ſuperiores omnes uno Phyſici nomine fuerint appellati.

Cæleſtia autem vel procul eſſe à noſtra cognitione cenſeret] Libri editi à ſummis ingenio atque doctrina viris Victorio & Turnebo noſtro habent, *Procul eſſe à natura cognitione.* Non video qui fieri poſſit. Et *procul eſſe à noſtra cognitione*, cum iis quæ de iiſdem rebus dicit apud Xenophontem Socrates, Ταῦτα ἀδύνατόν ἐστι τοῖς ἀνθρώποις εὑρεῖν, optime & planiſſime conſentiat. *Cæleſtia* quæ vocet & hic & alibi ſatis explicat optimus enarrator, quippe in obſcuritate naturæ ea pars eſt omnium obſcuriſſima. Socrates ipſe in Apologia apud Platonem ὑπουράνια & μετέωρα appellare ſolet. Et Socratem Ariſtophanes in Comœdia, quam ob id ipſum Νεφέλας inſcripſit, dicit ἀεροβατεῖν. Et in Theæteto ſcribitur Thalem Phyſicum ἀστρονομοῦντα καὶ ἄνω βλέποντα, &c. Eodem pertinent quæ pluribus ſcripſit Xenophon in lib. I. de Dictis Socrat. Res nota.

Perſcripti varie, copioſe ſunt] *Varie & copioſe* erat etiam in impreſſis Victorianis & Turnebi, neque erat cauſa, cur copula deleretur. Hæc autem, *Ita diſputat ut nihil affirmet ipſe, refellat alios*, objicit Socrati apud Xenophontem in lib. IV. de Dictis illius Hippias his verbis, Τῶν ἄλλων καταγελᾷς, inquit, ἐρωτῶν καὶ ἐλέγχων πάντας, αὐτὸς οὐδενὶ θέλων ὑπέχειν λόγον, οὐδὲ γνώμην ἀποφαίνεσθαι περὶ οὐδενός. Quæ eiſdem verbis hic expreſſit: ut & quæ Diogenes è ſuperioribus item retulit, Εἰδέναι δὲ οὐδὲν πλὴν αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι, *Nihil ſe ſcire dicat niſi idipſum* & quæ ſequuntur ibidem ex Apologia Platonis item fere ad verbum. Unde apparet in illis, *ſapientiſſimum eſſe dictum* (quo in loco Lambinus ſuſpicatur *judicatum* pro *dictum* eſſe legendum) nihil eſſe mutandum verius eſſe, & verbum *dictum* ex Platonis verbis λέγει & φάσκει veriſſime eſſe converſum, ἐνθυμούμην οὑτωσὶ, inquit Socrates, τί ποτε λέγει ὁ θεὸς φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι. Quin *oratio* Latinis oraculum adſignificat, ut in Topicis, *Divina hæc fere ſunt teſtimonia, primum orationis. Oracula enim ex eo ipſo appellata ſunt, quod eſt in his Deorum oratio*, &c. ut in ſecundo de Nat. Deor. ex Pacuvio: *Grajugena de iſto aperit ipſa oratio.* Sic enim lego potius quam ut edidit Lambinus *ipſa ratio*, qui tamen teſtatur in quodam libro veteri eſſe ſcriptum *ipſa oratio*, ut eſt etiam in ſcripto meo, & in impreſſis pluribus, atque id poſtulat modulus Senarii hujus; & verbo *aperit* proprie uſus eſt hic poeta, ſicut utitur Maro in lib. VI. --- *magnam cui mentem animumque Delius inſpirat vates aperitque futura.* Ut autem *dictio* in ea ſignificatione dicàtur, notius quam ut exemplis egeat. Et ſic Græcis quoque veteribus ῥῆσις pro eo quod χρησμὸς aut μάντευμα dicitur, videndum apud Suidam & Heſychium in voce ῥησίαρχος, utque illud nomen alii θέσφατα, ἀλήθειαν alii interpretati ſint. Sed multus hic etiam ſum.

Quod hac eſſet una omnis ſapientia] Lambinus addita adſpiratione vult legi *hominis ſapientia.* Cujus conjecturam confirmare videantur verba Socratis in eadem Apologia, ὥσπερ ἂν εἴποι ὁ θεὸς, ὅτι ὑμῶν, ὦ ἄνθρωποι, σοφώτατός ἐστιν ὅς τις, &c.

Non

Non enim dicit, *ἁπάντων ὕμμες*, ſed tantum *ὕμμες ὦ ἄνθρωποι*. Non tamen auſim mutare: quod hæc de nulla alia Sapientia, ſic dicta, poſſint intelligi.

Quæ cum diceret conſtanter, & in ſententia permaneret, omnis ejus oratio tum in virtute laudanda & omnibus hominibus ad virtutis ſtudium cohortandis conſumebatur] Hæc ut ſunt quis explicari poſſe confidat? & profecto non ſunt integra. Lambinus, ut eſſet quod redderetur verbo *tum*, pro *&* poſt verbum *oratio* reponit *tum*. Ego ſperem nihil mutando totum locum poſſe corrigi. Primum in Victorii & Turnebi libris impreſſis eſt *quum* pro quo malo *cum* ut eſt in hoc libro, ut puto longe verius. Deinde ubi hic habet *in ſententia*, illi habebant in *ea ſententia*, plenius & commodius. Poſtremo virgula delenda ante *omnis*, quæ poſt *oratio* ponenda eſt. Nihil præterea movendum ſit ut optime voculæ *cum* vocula *tum* reſpondeat. *Oratio* autem *in ea ſententia permanere* dicatur non diſſimili metaphora, atque alibi *verſari*, *ingredi*, *egredi & digredi* dicitur. In illis porro impreſſis eſt *exhortandis*; in hoc autem *cohortandis*: puto *cohortandis* eſſe ex correctione, quod illud in ea ſignificatione rarius occurreret; cum habeat in his verbis utraque præpoſitio vim augendi. Utriuſque Priſcianus unus exempla multa ſuppeditet. Veteres Gloſſæ Latinæ *exhortor* interpretantur *ἀποτρέπω*, id valet *dehortor*. Sed exempla non memini, & libri in quibus invenirentur fortaſſe perierunt. Verum in ſignificatione illa altera *cohortandi* multa occurrunt etiam in verſibus, ubi corrigi non poſſit. Lucretius in lib. VI. — *inſignem conſcendere currum Ventorum exhortantur ſpes.* Et apud Ovidium præter cæteros, quantum meminiſſe poſſum, plurima.

Nam cum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi heredem reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Ariſtotelem Stagiritem: qui erant cum Ariſtotele Peripatetici dicti ſunt] Magni nominis in literis viri Urſinus & Ciacconus conjiciunt hic pro *quaſi heredem reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos*, legendum, *ex aſſe heredem reliquiſſet, ſecundos autem præſtantiſſimos*, &c. Capta ſcilicet conjectura à formula teſtamentorum notiſſima: quid enim in jure civili præſertim Romanorum notius aut tritius? At in Platonis teſtamento quod à Diogene eſt integrum editum, neque hereditatis philoſophiæ, neque heredis Speuſippi, nedum ſecundorum heredum illorum, ulla mentio eſt. Speuſippum autem hic *quaſi heredem philoſophiæ* dicit præpoſito adverbio *quaſi*, ut molliret metaphoram, quod is diceretur etiam à Græcis ejus philoſophiæ magis proprie *διάδοχος* quam *κληρονόμος*. Deinde poſſetne ſi vellet Speuſippus ingratus eſſe tam impie in avunculum, virum tantum, tam bene de ſe meritum, ut illius ſuprema juſſa ſic irrita haberet, hereditatem, quam his duobus ille reliquiſſet, ipſe uni Xenocrati tradere? Aut hoc leges ullæ ſinerent? Adde quod antequam Plato moreretur, cum præeſſet etiam ſcholæ, ab illo diſceſſerat Ariſtoteles, de quo notum eſt Platonis illud, Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισεν, &c. Prope dicit ut ille apud Plautum, *Apolactizo omnes inimicos.* Neque porro verendum eſt, quod videntur illi veriti, ne verbum *reliquiſſet* non optime cohæreat cum *præſtantiſſimos*. Non minus convenit quam ſi quis interroganti, cujuſmodi diſcipulos illos reliquiſſet, reſpondeat, præſtantiſſimos: aut quam illud in Moſtellaria, ubi ſenex, cum redit peregre, quærit è ſervulo peſſimo, cui

velut magiſtro diſcedens filium commiſerat, *Loquere cujuſmodi reliqui, quem hinc abibam, filium.* Debuit reſpondere optimum: hoc enim illi ſervus domino fidelis alius jam antea objecerat in jurgio, *Corrumpe herilem filium Adoleſcentem optimum*; reſpondet homo nequiſſimus, *Cum pedibus, manibus, cum digitis. auribus, oculis, labris.* Nihil pluribus opus eſt.

Ariſtotelem Stagiritem] *Stagiriten* reponit Lambinus; quæ declinatio Græca eſt, ut Latine *Stagiritem.* Priſcianus in lib. VI. cap. de accuſat. ſing. primæ declinat. tam multa exempla affert è Latinis ſcriptoribus, ut, utra forma ſit uſitatior in lingua Latina, ratio vix iniri poſſit. Quod ſequitur, *qui erant cum Ariſtotele*, verſum è Græco eſt, & *qui erant*, valet οἱ συνόντες, id eſt, μαθηταί: quare etiam à Græcis appellantur συνουσιασταί, ὁμιληταί, γνώριμοι, φοιτηταί, &c. Quod autem ſequitur, *Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes*, varie interpretantur veteres. Hermippus apud Diogenem, Ariſtotelem ait ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ, ubi illum dicit ἀνακάμπτοντα τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. Cum alii ſic dicerent appellatum, ὅτι ἐκ νόσου περιπατοῦντι Ἀλεξάνδρῳ συμπαρὼν διελέγετο ἄττα.

Certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt] Doctiſſimus enarrator, *Id*, inquit, *nec Socrates nec Plato fecerant.* Recte ſcilicet accipit. Aliquis tamen quæſierit, qui id poſſit in Platonem convenire (nam in Socrate apertum, qui unam modo philoſophiæ partem excoluit) cum Plato ſit omnes partes philoſophiæ perſecutus, deque illis ſeparatim libros ediderit. Id exponitur multis apud Diogenem in illius hiſtoria: & exponit Galenus multis in lib. IX. de Decret. Hippocrat. & Platon. cur hæc Platoni jure tribuatur philoſophiæ deſcriptio. Quamquam Diogenes Zenonem primum ait ita diviſiſſe, & Plutarchus in lib. I. de Placitis illam tribuit item Stoïcis. Verum Sextus egregie totam rem explicat, qui illius diviſionis Platonem auctorem facit re & ſententia, non tamen ſic expreſſim verbis ut Xenocratem & Peripateticos. In quo illi convenit optime cum iis quæ paulo ante Cicero dixit, *Platonis autem auctoritate una & conſentiens duobus vocabulis Philoſophia forma inſtituta eſt.* Et dicet infra paulo poſt, *Fuit ergo jam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex:* ubi participium *accepta* qui delet ut ſupervacaneum vir doctiſſimus, ex his omnibus apparet ut illum opinio fefellerit.

Illam autem Socraticam dubitationem] Ne hic quidem probare poſſim correctionem Ciacconi, qui delet *dubitationem* & copulam *&.* Quid enim magis convenit Socratis diſputationibus? qui etiam profitetur ſe nihil ſcire.

Ita facta eſt differendi, quod minime Socrates probabat, ars quadam philoſophia] Eruditiſſimi viri magno conſenſu verbum *differendi* hic cenſent eſſe delendum, neque video qui ferri poſſit. *Sed ars quadam philoſophia* quod mutat Lambinus & legit *philoſophia*, neceſſe non puto. In ſimilibus exemplis multis oſtendi ſupra ad illa verba *Cauſas rerum efficientium.*

CAP. V. *Qui philoſophiam jam profeſſus ſim populo noſtro exhibiturum*] Lambinus hic addit accuſativum *Me* ante verbum infinitum. Sed Budæus in Commentariis linguæ Græcæ docuerat ſæpe à Latinis, ut à Græcis, hunc caſum ſolere ibi prætermitti, & facile ſubaudiri, idque multis exemplis.

Quid verum & quid falſum, quid rectum in oratione pravumve] Lambinus

Digitized by Google

binus ſuſpicatur legendum, *quid verum aut quid falſum.* Credo quod ſequeretur *ve* poſt *pravum.* Sed non modo Grammatici veteres, verum etiam Paulus JCtus, ut ſæpe conjuncta pro disjunctis & disjuncta pro conjunctis accipiantur, docet exemplis pluribus in tit. de verbor. ſignificat. leg. 53. & 29. Jam *verum* & *falſum* quod ait Cicero, id intelligit in ſumptionibus; ut *rectum* & *pravum* (quod alibi dicit, *recte concluſum & vitioſe concluſum*) in concluſione. Ubi ordinem ſequitur, quem Ariſtoteles in iis, quæ ad judicium pertinent, apud quem διὰ τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν, ut verbis utar Diogenis, τὰ λήμματα κρίνεται, διὰ καὶ τῶν ὑστέρων ἡ συναγωγὴ ἐξετάζεται. Sed ad ſummam Dialecticæ quod attinet, Cicero reſpicit potius hic ad rationem Stoïcorum, qui & Dialectici κατ' ἐξοχὴν appellati ſunt, ut legimus etiam in Topicis & in ſecundo de Oratore; & hanc partem illius artis, quæ eſt de judicando, unam excoluerunt.

Adeptum eſſe omnia è natura] *E natura*, id eſt, *ſecundum naturam, id enim ſignificat in hoc genere*, ait Enarrator doctiſſimus. Recte ſcilicet: ea namque forma hic dicitur qua alibi dicit hic ſcriptor, *è dignitate, ex conſuetudine, ex voluntate*, &c. Ut ſit *è natura* idem quod, *ut vult natura, ut poſtulat natura.* Et ſic κατὰ φύσιν interpretatur Alexander, ut Epictetus κατὰ τὸ βούλημα τῆς φύσεως.

Claritatem in voce] Λαμπρὰν φωνὴν vocat Ariſtoteles in libro περὶ ἀκουστῶν; ut illud, *In lingua etiam explanatam vocum impreſſionem*, exprimit idem ibidem his verbis, σαφεῖς δὲ μάλιστα αἱ φωναὶ γίνονται παρὰ τὴν ἀκρίβειαν τῶν φθόγγων· ἀδύνατον γὰρ μὴ τελέως τούτων διηρθρωμένων τὰς φωνὰς εἶναι σαφεῖς. Optimus enarrator *impreſſionem* interpretatur τύπωσιν. Recte. Hoc verbum hic valde frequens oſtendit etiam Pollux in lib. II. Quod autem addit idem, quamquam verecundius, hinc intelligi poſſe qui dicantur à JCtis *atypi*; eodem pertinet quod Gloſſarium vetus *Atubus* interpretatur μογιλάλος. Retulit autem ille ſcriptor *Atubus* pro *Atypus*, puta ex Ennio, aut aliquo ejus ætatis eadem ratione & ſono litterarum, quo illi *Burrus* pro *Pyrrus*, ut alia item quæ notat in Oratore Cicero.

Animi autem quæ eſſent ad comprehendendum ingenii virtutem idonea] Lambinus profert è vet. cod. *ingeniis* pro *ingenii*, quæ ſcriptura nihil hic adjuvat: niſi forte eo valet, ut ſuſpicionem augeat, utrumque & *ingenii* & *ingeniis* eſſe addititium: cum præſertim magnas illas & veras ac proprio nomine appellatas virtutes, quas in hac eadem diviſione quam pluribus exponit V. de finibus, ſic omiſerit Cicero: quod vitium graviſſime reprehendit ipſe in Epicuri diviſione in primo de Finibus. Sic enim fiat ut pars in genere numeretur. In illo autem lib. V. quem citavi loco, virtus ingenii ad naturam dumtaxat refertur, non etiam ad mores, ad quos hîc ea referri debeat: ſi hæc ſcriptura vera ſit potiſſimum. Illic enim, cum virtutum animi duo prima genera feciſſet, ſubjicit, *unum earum quæ ingenerantur ſuapte natura, appellanturque non voluntaria: alterum earum, quæ in voluntate poſita, magis proprio nomine appellari ſolent.* Et poſt illa, *Prioris generis quæ fere omnia appellantur uno ingenii nomine: eaſque virtutes qui habent, ingenioſi vocantur. Alterum autem genus eſt magnarum verarumque virtutum, quas appellamus voluntarias, ut Prudentiam, Temperantiam, Fortitudinem, Juſtitiam*, &c. Atque illius primi generis virtus, id eſt, *ingenii*, ab Ariſtotele vocatur in lib. VI. ad Ni-

Digitized by Google

ſtomachum φυσικὴ ἀρετή, ut alterius generis eſt ἡ κυρία ἀρετή. Et Plato illam ingenii virtutem εὐφυΐαν, & ejus partes εὐμάθειαν καὶ μνήμην virtutes appellat. Sed ὁμωνύμως, ut in libro de illius philoſophia ſcribit Alcinous. Quas ob res ego nomen *ingenii* aut *ingeniis* hic addititium crediderim, aut pro hoc nomine, ut in diviſione partes illæ tantæ non omittantur, ſcripſerim *animi*, in cujus locum fuerit è quadam interpretatione illud à librario ſuffectum. Quod ſi etiam *ingenii* retinere cogimur, *comprehendere* fuerit opinor hic accipiendum, ut apud Maronem in illo--*comprehenditque in fomite flammam.* Quo pertineat illud è V. Tuſcul. diſput. *Tardis mentibus virtus haud facile committitur.* Et illud vel apertius è IV. de Finibus, *Si nihil in homine perficiendum eſt, præter motum ingenii quendam, id eſt rationem; neceſſe eſt huic ultimum eſſe ex virtute vitam fingere. Rationis enim perfectio eſt virtus.* Et in eodem libro de Zenone dicit, *Cumque ſummum bonum poſuiſſet in ingenii præſtantia, quam virtutem vocamus,* &c. Atque ita *virtus ingenii* hic, & *virtus animi* æque late pateat, idemque ſignificet.

Morum autem ſtudia eſſe & quaſi conſuetudinem] Studia, *exercitationem & aſſiduitatem cum diſciplina, qua parari virtutis habitum volebant*; inquit doctiſſimus Enarrator. Gloſſarium vetus *ſtudium* vertit ἐπιτήδευμα: id definiunt Stoïci apud Stobæum in Ethicis, ὁδὸν διὰ τέχνης ἢ μέρους ἄγουσαν ἐπ' ἀρετήν: quod genus illi dicunt, ἐν ἕξει εἶδος φιλομουσίαν, φιλογραμματίαν, &c. quem locum omnem Cicero in Partitionibus exprimit ſic, *Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quaſi præculti & præparati rectis ſtudiis & artibus, ut ſtudia litterarum, ut numerorum ac ſonorum,* & quæ ſequuntur. *Quaſi conſuetudinem* addit hic velut explicandi cauſa: ut Plato etiam conjuncte poſuit ἐπιτήδευμα & ἔθος. Et Ariſtoteles in ſecundo ad Nicomach. (quod etiam alibi dicit) Ἡ δὲ ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.

In quibus erat philoſophia] Philoſophia moralis; ſic enim ſæpe philoſophiæ nomen uſurpatur: ait Enarrator doctiſſimus. Potuit, ſi id illi fuiſſet propoſitum, addere ſic uſurpaſſe etiam Græcos, & adnotare Simplicium ad Ariſtotelem in Phyſic. lib. II. Ubi enim ille dixit duobus modis dici τὸ οὗ ἕνεκα addit, εἴρηται καὶ ἐν τῷ περὶ φιλοσοφίας: hoc ille. Etſi Ariſtoteles ipſe in I. libro de Animo, Ὁμοίως δὲ, inquit, καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διώρισται, ut ibidem Simplicius & Philoponus explicant, cum libros intelligit quos alio nomine inſcripſit περὶ τ' ἀγαθοῦ, &c. In quo non ſatis convenit illis in numero librorum, quod Cicero tertium de illis citat in primo de Natura Deor. & tres numerat Diogenes in hiſtoria Ariſtotelis, & primum illorum recitat in proœmio ejus operis: cum apud Suidam in voce ἀγαθὸν, & apud Philoponum ſcribatur in numero ſingulari βιβλίον, quod de illo opere omni Ariſtotelis intelligitur. Fortaſſe aliter ab aliis hoc opus diviſum eſt. Sed hoc fortaſſe nihil ad rem: ni quis ex eo intelligat locos Ariſtotelis eſſe conſiderandos attentius.

Id eſt virtus, quaſi perfectio naturæ] Lambinus legi vult, *& quaſi perfectio naturæ:* itaque eſſe ait in veteri codice. Ego hic conjunctionem addendam eſſe non puto: non enim diverſæ res virtus & definitio virtutis, quæ hic exponitur. Verum vox *quaſi* non æque ſit fortaſſis in promptu dicere cur hic addita ſit, neque addit ipſe ubi illam definit, *rationis abſolutionem & perfectionem:*

Neque

Digitized by Google

Neque Galenus in lib. V. de Decret. Hippocrat. & Platon. cum refert eiſdem verbis ex veteribus, Ἡ ἀρετὴ τελειότης ὄζι τῆς ἑκάςου φύσεως· ut apud Plutarchum item definiunt veteres ἀκρότητα τ λογικῆς φύσεως, & ut definit Hippodamus Pythagoreius, Ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάςω φύσιος ἀκρότας καὶ τελειότας ἐντί. Non tamen auſim id adverbium hic delendum eſſe dicere: ut neque poſt paulo, ubi dicet, *Hominem eſſe cenſebant quaſi partem quandam civitatis.* Quod ex Ariſtotele eiſdem verbis expreſſum eſt. *Quaſi* autem & *quandam* addit ſuo more ut molliret ſcilicet illorum cauſa, quibus eſſent illa inſolentia, aut certe minus cognita.

Vita autem adjuncta (*hoc erim erat tertium*) *quæ ad virtutis uſum valerent*] Externa intelligit, ut optimus Enarrator explicat ex illis primi libri de Legibus, *Vita modica & apta virtute perfrui:* quæ Cicero ſumpſiſſe videtur ex Ariſtotele, ubi de iis adjunctis vitæ cum ſcriberet in X. ad Nicomach. addit, καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναιτο ἄν τις πράττειν κατὰ τ ἀρετὴν, &c. Sed quod illa quæ ſequuntur hic, *Jam virtus animi bonis & corporis cernitur in quibuſdam, quæ non tam naturæ, quam beatæ vitæ adjuncta ſunt*, idem Turnebus interpretatur, *Quædam ſunt animi bona, non tam natura, quam beata vita adjuncta, ut auguſta illa ſapientia, & præſtans alicujus rei ſcientia: Nam his natura bona ſuperantur, ut memoria & docilitas, omniſque adeo moralis virtus. Itidem in bonis corporis, natura bonum eſt celeritas pedum, robur corporis: propemodum tamen ſupra naturam iſta in Lada & Milone Crotoniate fuerunt, ut eo nomine beati magis fuerint, quam bonis natura præditi.* Sic ergo interpretatur ille & ingenioſe & erudite, ſicut omnia. Verum tamen hoc etiam conſiderandum videtur, quoniam in his Ciceronis verbis non ullum exempli, aut adeo verbi hujuſmodi veſtigium apparet, quod eo valere poſſit: & quæ ſubjungit exempla bonorum, *Hominem eſſe quaſi partem civitatis, & eſſe conjunctum cum hominibus, humana quadam ſocietate*, quæ in lib. V. de Finibus Peripateticorum item ratione exponenda pluribus expoſuit: eamque ſocietatem natam à primo ſatu dicit qua nati diliguntur à procreatoribus, totaque domus: deinde ſequuntur cognationes, affinitates, amicitiæ, & cætera, quæ perſequitur etiam diligentiſſime Stobæus in eorundem Peripateticorum diſciplina, ut Ariſtoteles ipſe nominatim de Domeſtica & civili ſocietate in primo libro de Repub. multiſque aliis in locis, ut in lib. ad Nicomach. VIII, 1. de omnium hominum conjunctione inter ipſos & charitate, Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐν ταῖς πλάναις ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον: & quæ ibidem pluribus de Amicitia dicit, cujus fontem & ortum à natura Cicero ſolet eſſe dicere. Hanc igitur conjunctionem & communicationem utilitatum quoniam, in ſuperiore bonorum diviſione, neque in animi neque in corporis bonis numerarat neque in vitæ: magis eſſe videtur in proclivi illa bona intelligi eſſe quidem à natura, ſed valere multum ad uſum virtutis, atque ad vitam, ad eamque vel majores extrinſecus utilitates adferre. Itaque ad omnia ſuperiora genera tria bonorum animi & corporis, quæ maxime ad naturam pertinent, & vitæ quæ ſunt externa, hæc bona referenda erunt, in quibus animi virtutes corporiſque cernantur. Virtutes enim animi & corporis ipſe vocat in lib. IV. de Finibus de ſententia veterum illorum, ut ſæpius in lib I. de Rhetorica vocat Ariſtoteles. Eritque hyperbatum non inſolens, ubi dicatur ordine directo, *Jam virtus animi & corporis cernitur quibuſ-*

dam in rebus, &c. Poſtremo quod bonis illis deſcribendis hic dicitur *Hominem eſſe cenſebant quaſi partem quandam civitatis*, exprimitur eiſdem verbis ex illis Ariſtotelis ut ſunt in lib. VIII. de repub. cap. I. Μόριον γὰρ ἕκαστος τῆς πόλεως. Ne quis putet ſententiæ hujus Stoïcos auctores & principes, ut neque eorum quæ de ſocietate hominum inter ipſos, de quibus antea diximus. *Non tam autem*, &c. accipio ut pro Deiotaro *Cæſaris dextram* dicit *non tam in bellis & in prœliis quam in promiſſis & fide firmiorem*,

Cætera autem pertinere ad id putant aut ad agendum, aut ad tuendum, ut divitias, ut opes, &c.] In libris impreſſis Victorii & Turnebi ipſius erat *ad augendum* pro *ad agendum*: & ita reponit Lambinus è quodam ſcripto libro Memmiano. Mihi vix videtur diviſionem tam ſæpe uſurpatam ab Ariſtotele, quem tam ſæpe hic exprimit Cicero, prætermiſiſſe. Ille enim multis locis & ad Nicomachum & ad Eudemum & alibi notum ut bonorum alia faciat ποιητικά, alia φυλακτικά: & in primo de Rhetorica in hac definitione beatæ vitæ, εὐθηνία κτημάτων καὶ σωμάτων μετὰ δυνάμεως φυλακτικῆς τε καὶ πρακτικῆς, quæ verba optime cum his Ciceronis conveniunt, ut, in quibus libris eſt *agendum*, nihil mutandum eſſe videatur, neque aliud ſit hic *agere* quam efficere aut facere, ut apud Lucretium in lib. I. *Præterea per ſe quodcumque erit aut faciet quid, Aut aliis fungi debebit agentibus ipſum*, & quæ ſequuntur.

CAP. VI. *Communis hæc ratio*] Hæc diviſionis bonorum ratio nobis etiam ſatis conſtat, ut mirum ſit inventos eſſe tum qui Peripateticorum eam tantum eſſe dicerent. Eſt equidem illa apud Ariſtotelem prope locis infinitis; ſed Academicorum quoque veterum Xenocratis & Polemonis eam eſſe docet vir doctiſſimus rerum Græcarum Clemens Alexandrinus in Stromate ſecundo; & Plato ipſe, qui fons erat utriſque, ita diviſerat in epiſt. VIII. itemque aliis in locis. Itaque illam diviſionem tribuit illi apud Diogenem in ejus hiſtoria ipſe Ariſtoteles.

Adipiſci quæ eſſent prima in natura] In Victorii & Turnebi libris eſt *in prima natura*: quod genus haud ſcio an ſit inuſitatum Ciceroni, qui tam ſæpe tamen hoc uſurpat in libris de Finibus ubi *prima in natura*, ut hic eſt, vertere ſolet πρῶτα κατὰ φύσιν, id eſt, *quæ natura poſtulat*. Id quod ante docui his verbis ſignificari. Illa autem Ciceronis, *adipiſci quæ eſſent prima in natura*, Plutarchus ſæpe extulit eiſdem verbis, τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν.

Niſi adjungerentur & corporis] In correctione erat *etiam* pro *&*. Sed Budæus in Commentariis linguæ Græcæ *&* pro *etiam* ſolere dici ſatis multis exemplis oſtenderat.

Voluptatumque contemtio] Sic in ſua orthographia vult ſcribi Victorinus. Priſcianus autem in lib. IX. & X. in *tempſi* & *temptum* à *temno*, ut in *emptum* ab *emo* & in ſimilibus, M ante T ſine P. negat inveniri. Cui potius aſſentior: quoniam tam ſæpe idem repetit, cum præſertim in libro Pandectarum vetuſtiſſimo illo ſemper ita ſcriptum ſit, itemque in aliis libris & inſcriptionibus vetuſtiſſimis pluribus.

CAP. VII. *De natura autem ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera eſſet efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens*] Hæc diviſio Platonis eſt: exponit etiam Ariſtoteles in lib. I. Phyſic. Ille ſequebatur Timæum Locrum; poſtea ſecuti ſunt Stoïci, quos ejus diviſionis auctores facit Plutarchus lib.

I. de

I. de Placitis cap. III. & Diogenes in Zenone, & noſter Athenagoras, & alii. Efficiens autem ut ſit, quomodo interpretatur Enarrator doctiſſimus, ſic docet Seneca in epiſt. LXVI. ubi cum dixiſſet, *Univerſa ex materia & Deo conſtare*, deinde, *potentius autem eſt quod facit, quod eſt Deus*, inquit, *quam materia patiens Dei: quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod eſt illic materia, id nobis corpus eſt.* Plutarchus etiam in eo quem proxime dixi loco illam cauſam priorem conjuncte vocat τὸ ποιητικὸν καὶ εἰδικὸν, ut materiam τὸ παθητικόν τε καὶ ὑλικόν. Quod ſequitur, *altera quaſi huic ſe præbens*, ex Platonis Timæo expreſſum eſt ex illis ἕδραν δὲ παρέχον. Sed quod addit, *ea, qua efficeretur aliquid*, in Victorianis impreſſis eſt *eaque*. Doctiſſimi viri Turnebus & Lambinus legendum putant, *ex qua*, &c. Hæc ſcriptura, *qua efficeretur aliquid*, me non offendit: neque aliter dicitur poſt, *in eo autem quod efficeretur:* & ſic locutus erat Zeno, quod Achilles in Aratum ſic refert, Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀρχὴν εἶναι λέγει τῶν ὅλων θεὸν καὶ ὕλην· θεὸν μὲν τὸ ποιοῦν, ὕλην δὲ τὸ ποιούμενον. Et Plutarchus in libro in quo diſputat utrum ſit utilius Ignis an Aqua, cum commemoraſſet elementa quatuor, quomodoque iis uteretur effector mundi Deus, addidit, Γῆ μὲν καὶ ὕδωρ ὑποβέβληνται δίκην ὕλης ποιούμενα καὶ πλαττόμενα, &c. *Et materiam quandam* quod dicit hic, eo dixiſſe videtur quod Plato λογισμῷ τινι νόθῳ μόγις πιστὸν eſſe dixerat.

Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur] Lambino videntur hæc verba non eſſe Ciceronis; non dicit qua conjectura: & mihi Ciceronis eſſe non minus videntur quam illa Platonis è Timæo, quæ hic exprimit, καί φαμεν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ. Id quomodo intelligi debeat exponit pluribus præter cæteros Simplicius ad initium lib. IV. Phyſic. Ariſtotel. A Stoïcis quidem valde apertum, qui ὄντα μόνα, ut Plutarchus ait, τὰ σώματα καλοῦσι.

Et qualitatem nominabant] Ut in ſcripto codice Lambini, ſic erat in Victorii quoque & Turnebi libris impreſſis *& quaſi qualitatem*. Non improbo: ſic enim *quaſi* molliet duritatem verbi inſolentioris, & ſic ſupra *quaſi perfectio naturæ* dixit, cujus adverbii ſimile nullum Græci addiderant in eadem definitione. Plutarchus in libro adverſus Stoicos in extremo, Τὰς δὲ ποιότητας αὖ πάλιν καὶ σώματα ποιοῦσι· & ſic appellari ab his dicit Galenus in lib. II. φυσικῶν δυνάμεων, & Alexander qui in lib. II. de Animo adverſus illos de ea re totum caput conficit, cujus inſcriptio eſt, ὅτι αἱ ποιότητες οὐ σώματα. Sed hoc durius quod ait Varro, veteres illos corpora qualitates nominaſſe; cum in hoc uno Stoïci, ut ait ibidem Galenus, deſciverint à decretis illis Phyſicis, ὧν πρῶτος μὲν Ἱπποκράτης ἦν, δεύτερος δὲ Ἀριστοτέλης, τρίτων δὲ τῶν Στωϊκῶν, ἑνὸς μόνου μεταθεμένου τοῦ τὰς ποιότητας σώματα εἶναι. Sed in hoc, ut in aliis multis, dicendum fuerit, Antiocho, quem vulgo dici ſolitum ferunt τὰ Στωϊκὰ φιλοσοφεῖν ἐν Ἀκαδημίᾳ, magiſtro ſuo Varronem acceptum ferre voluiſſe.

Bene ſane facis] Hæc non magis offendere debuerunt diligentiſſimum virum, quam illa Catonis in lib. III. de Finibus eadem re proponenda, *Bene facis*, inquit, *quod me adjuvas*.

Quod ipſum (ποιότητας intelligit) *non eſt vulgi verbum*] Hoc vide ut expreſſerit è Platonis Theæteto, Ἴσως δὲ ἡ ποιότης ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, &c.

Et id quoque commune omnium fere artium] Lambinus pro *quoque* reponi

ponit *quidem*, & ſic erat in Victorii & Turnebi libris: fortaſſis è correctione; cum apud veteres *quoque* pro *quidem*, ut Gellii verbis utar e lib. XVII. fuerit celeberrimum. Quare neutrum in hoc loco rejiciendum.

Ut effeciſti] In correctione Lambini eſt, *ut feciſti*. Et ſane Donatus in Andriam *efficere* ait eſſe *faciendo perficere:* quod ſit videlicet præpoſitio *ex* intentiva, ut Priſcianus loquitur. Verum hoc diſcrimen ſimplicis & compoſiti verbi hujus non ſic religioſe à Cicerone ſervatum eſt paulo ante, cum *cauſam efficientem* quod Græci vocabant τὸ ποιοῦν, ut quam illi τὸ πάσχον, *qua efficeretur*, diceret; ut nec infra in hoc libro, ut mittam alia exempla, cum dicet, *Nec vero aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, poſſe eſſe non corpus:* quod idem Lucretius verbo ſimplici, *At facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res.*

CAP. VIII. *Itaque aër quoque (utimur enim pro Latino) ignis*, &c.] Urſinus delet *quoque*: & ex libro ſcripto ſic ait eſſe legendum. Ego librum illum non auſim anteponere cæteris libris omnibus. Multa enim alia Græca nomina paulo ante uſurpavit, quibus conſuetudo uteretur pro Latinis. Addita autem vox *quoque* erit pro eo quod eſt *etiam*, quaſi diceret, ut illud etiam Græcum verbum uſurpem. Sed quod addit *utimur enim pro Latino*, quod etiam repetit in lib. II. de Nat. Deor. id eſt propemodum veniam petere, aut excuſare quaſi inopia Latini verbi coactum ex Græco mutuari. Conſiderandum. Mitto *animam* quo Latino pro Græco illo veteres præſertim Poëtæ tam ſæpe ſunt uſi. Plinius in lib. II. cap. V. cum dixiſſet quatuor elementa, & ſummum igneum, *Proximum*, inquit, *ſpiritus, quem Græci noſtrique eodem vocabulo aëra appellant.* Ille igitur *ſpiritum* pro aëre vult eſſe nominatum, ut item πνεῦμα apud Græcos dicitur, ab Anaximene in lib. I. de Placit. apud Plutarch. cap. III. & utitur Plutarchus ipſe, & Plato in Philebo & in Timæo, Cicerone etiam interprete. Et videndum an hic Varro ipſe in lib. I. de re ruſt. cap. LVII. ſic *ſpiritum* uſurpaverit; ubi cum oſtendiſſet quoſdam granaria habere ſub terris, addit his verbis, *Horum ſolum paleis ſubſternunt, & curant ne humor aut aër tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum: quo enim ſpiritus non pervenit, ibi non oritur curculio:* aperte enim hic *ſpiritus* pro aëre redditur. Ut fortaſſis accipitur in ejuſdem libri cap. LIX. vbi, *Servantur mala punica in arenâ jam decerpta, ac matura, ut dixi, & etiam immatura, cum hærent,* inquit, *in ſua virga, ſi demiſeris in ollam ſine fundo, eamque ſi conjeceris in terram, & obteris circum ramum, ſi extrinſecus ſpiritus afflet.* Cui conjecturæ videatur obſtare alicui verbum *afflet*. Sed & *ſpiritus duci* & *aër duci* non multum diſſimili metaphora à Cicerone ipſo ſæpe dicitur. Cæterum locus hic Varronis eſt inſignis mendo, & miror quod à præcellentibus ingenio atque doctrina viris prætentus eſt. Quid enim erat, *obteris circum ramum?* Conjiciebam igitur legendum *obleris* pro *obteris*, ut in cap. ejuſdem lib. XLI. utitur, cum in inſitione præcipit, *ne imbres noceant aut nimius calor, ſurculum argilla oblinendum.* Poſtea comperi nihil opus eſſe conjectura; Plinium retuliſſe locum integrum in lib. XV. cap. XVII. cum ſcribit de eiſdem malis punicis, *M. Varro in doliis harena ſervari jubet,* inquit, *& immatura obrui terra in ollis fundo effracto, ſed ſpiritu excluſo ac ſurculo pice illito.* Hanc igitur Plinius tam longo intervallo hic ferat opem Varroni; cui aliam addam e-

plana.

Digitized by Google

tiam, quando nunc illius quoque memini, haud minus inſignem. Hoc vitium ſit libri Victorii ſcripti illius tantopere laudati. In eodem igitur lib. I. de re Ruſt. cap. XXIII. ſic Varro, *Itaque lupinum cum necdum ſiliculam cepit & nonnumquam fabalia, ſi ad ſiliquas non ita pervenit ut fabam legere expediat, ſi ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent.* Hic liber antiquus ille pro *necdum ſiliculam cepit*, quod veriſſimum erat in libris impreſſis, habebat *cum dominus ſiliculam cepit.* Quid abſurdius, niſi hic etiam *quando minus* pro illo *quum dominus* ſuſpicemur poſſe legi? At Plinium item in lib. XVII. cap. IX. ubi de eadem ratione ſtercorandi ſcribit, cum *inter omnes conſtat*, inquit, *nihil eſſe utilius lupini ſegete priuſquam ſiliquetur*, quid apertius quam ex hoc loco Varronis ad ſententiam certe, & puto etiam ad verba quod attinet, errorem omnem ſuſtuliſſe. Quem Theophraſtus in lib. VIII. hiſtor. plantar. etiam tollere potuit. De Faba quidem de qua dicit ille eiſdem fere verbis, Κοπρίζειν δοκεῖ τὴν γῆν, deinde, διὸ καὶ οἱ περὶ Μακεδονίαν καὶ Θετταλίαν ὅταν ἀνθῶσι ἀναστρέφουσι τὰς ἀρούρας. Dicit ὅταν ἀνθῶσι, quod aperte ſignificat idem tempus atque illud, *cum necdum ſiliculam cepit.*

Initia, ut è Græco vertam, elementa] Ut Lambini v. c. habebat, *& ut è Græco vertam*, ſic etiam erat in iis quos Victorius & Turnebus ediderunt. Utrumque commodum, & prope æque facile. Sed quod ſubjicit, *Quintum genus, è quo eſſent aſtra, menteſque ſingulares, eorum quatuor, quæ ſupra dixi, diſſimile Ariſtoteles quoddam eſſe rebatur*, magis conſiderandum putet aliquis cur tribuat uni Ariſtoteli; cum Simplicius in illius octavum librum Phyſic. illud idem de Platone magiſtro illius ſcribat ſic, Πέμπτην αὐτὸ καὶ ἄλλην οὐσίαν τὴν τοῦ οὐρανοῦ φησιν. Nec ſolum ita dicat, ac doceat ipſe, verum addat, ἔτι δὲ τοῦτο σαφέστερον πεποίηκε Ξενοκράτης ὁ γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος ἀκροατῶν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Πλάτωνος βίου, &c. In quibus ille eaſdem cauſas attulerat quas Simplicius retulit. Et ſane Plato ipſe in Epinomide (ſi quidem hic germanus eſt liber Platonis: nam de hoc etiam dubitatum eſt) cum quatuor illa memoraſſet ordine, & nominatim ſingula, addidit πέμπτον δὲ αἰθέρα. Sed ille videlicet apertius expoſuerat.

Sine ulla ſpecie] Id eſt, verbum de verbo, ἀνείδεον, ſicuti *carentem omni qualitate* ἄποιον, ut ex Platone ſimul & Ariſtotele refert Plutarchus in lib. I. de Placit. cap. IX. Jam in eo quod dicit *materiam quandam ex qua omnia effecta atque expreſſa ſint*, doctiſſimi viri malunt legere *efficta*. Commodum ſit utrumque, & exprimat quod de materia illa dixerat Timæus, καὶ δεῖ ἀναμαξαμένην ἀποτελεῖν τὰ γεννώμενα.

Quæ tota omnia recipere poſſit] Timæus, Δεξαμένην δὲ πᾶσαν μορφήν. Inde πανδεχὲς appellavit Plato, qui pro hoc *tota* habet κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ.

Omnibuſque modis mutare] Urſinus, *Mutari*, inquit, *liber antiquus & fortaſſe melius.* Et ſane infra paulo poſt dicet, *Et materiam ipſam penitus commutari putant.* Utrumque & *mutare* & *mutari* convenit cum verbis Platonis è Timæo, σώζεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτὴν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν. Ut mittam quod verbum *muto* de eo verborum genere eſt quæ voce agendi interdum etiam ſignificationem habent patiendi. Videndi hic Priſcianus & Gellius qui hujus ipſius verbi exemplum adfert ex Varrone in lib. XVIII. cap. XII. Potuit & è Lucretii verſu lib. I. *Nec ceſſant inter ſe mutare, meare De cœlo ad terram, &c.*

Eoque

Digitized by Google

Eoque etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes] Hic Lambinus legi velit, *eoque etiam omnia interire*, &c. Et ſane id ordo verborum poſtulare videbatur; ſiquidem hæc referuntur ad omnia quæ dixit expreſſa atque effecta ex materia, ut etiam Turnebus videtur intelligere; & ſic loquitur Lucretius in lib. I. *Haud igitur redit ad nihilum res ulla, ſed omnes Diſcidio redeunt in corpora materiai.* Sed de materia ipſa tutius fuerit, opinor, accipere, ut ad Zenonem potiſſimum hic reſpexerit cujus verba ſunt hæc apud Stobæum in Phyſicis, Τὰ δὲ μέρη ταύτης (de illa materia loquitur) ἐκ ἀεὶ ταυτὰ διαμένειν, ἀλλὰ διαιρεῖσθαι καὶ συγχεῖσθαι. Et Chryſippus ibidem quaſi magiſtri verborum interpres eandem ilam materiam ait, διαίρεσιν καὶ σύγχυσιν ἐπιδεχομένην κατὰ μέρη, ὥστε φθορὰς γίγνεσθαι ἐκ τῶν μερῶν εἴς τινα ἐ κατὰ διαίρεσιν, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν τῇ συγχύσει τῶν γιγνομένων ἔκ τινος. Ut hic materiæ illius ratione quadam & proportione dicatur interitus. Itaque in loco quamvis difficili nihil mutare tutius eſſe arbitror.

Nihil eſſe in natura minimum] Eiſdem fere verbis Ariſtoteles lib. I. Phyſic. Οὐκ ἔστιν ἐλάχιστον μέγεθος. Id negare, quod negabat Epicurus, in primo lib. de Finibus negat Cicero eſſe Phyſici. Sed quod magis miremur, hoc idem Plutarchus, ut quæ ſequuntur, *intervalla*, item *infinite dividi*, Stoïcis, velut ipſorum propria ac repugnantia communibus notionibus, objicit, quos ſi ſequamur, in altero id ſequatur, ὡς οὐκ ἔστιν ἐκ πλειόνων μορίων ὁ ἄνθρωπος ἢ ὁ δάκτυλος, &c. Ut ex eo quod aiunt item illi ea intervalla infinite dividi, efficiatur hoc vel abſurdius ut perniciſſimus equus nunquam teſtudinem jugeris ſpatio antecedentem poſſit conſequi, ἀνάγκη δὲ τοῦτο συμβαίνειν, inquit, τῶν μὲν κινουμένων κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον· τῶν δὲ διαστημάτων ἀεὶ διεξιόντων εἰς ἄπειρον ὄντων μεριστῶν ὥσπερ ἀξιοῦσιν οὗτοι. At potuit idem, niſi forte de communibus notionibus ageret, in illa diſputatione cum Stoicis agere mitius ac pro illis reſpondere quod de Ariſtotele dicit in primo de Placitis cap. XVI. ubi cum ex Thalis & Pythagoræ ſententia dixiſſet σώματα τμητὰ εἰς ἄπειρον, addit, Ἀριστοτέλης δὲ δυνάμει μὲν εἰς ἄπειρον, ἐντελεχείᾳ δὲ οὐδαμῶς. Aut ut Simplicius in lib. I. Phyſic. Ariſtotel. interpretatur apud Xenocratem, qui, cum eſſet in Geometria perfectus, contra principium Geometricum γραμμὰς ἀδιαιρέτους poneret. Ξενοκράτης εἶπεν, inquit, γραμμὰς ἀδιαιρέτους μὲν διὰ σμικρότητα, διαιρετὰς δὲ καὶ αὐτὰς οὔσας τῇ φύσει.

Animum eſſe dicunt mundi] Sic definiunt Stoïci apud Stobæum in Phyſicis, Diogenes, Cleanthes, Oenopites, eſſe τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν, *animam mundi* vertit Varro apud Auguſtinum de Civit. Dei. ut Thales apud eundem Stobæum νοῦν τοῦ κόσμου, θεὸν definiverat. Cicero tamen Academicorum veterum & Peripateticorum ratione exponenda videtur ad Xenocratem & Ariſtotelem hic potiſſimum reſpexiſſe, quorum ille apud Stobæum in Phyſicis Deum vult eſſe δίκην, & definit ψυχὴν τοῦ παντὸς, & de Ariſtotele refert Clemens in Protreptico, Τῶν ὅλων ἐ νόησας τὸν πατέρα τὸν καλούμενον ὕπατον, ψυχὴν εἶναι τοῦ παντὸς οἴεται, &c. Etſi in eo quod hic additur à Cicerone de Providentia, Ciceroni cum illo non convenit. Cujus de ea re nimis prava ſententia etiam ibidem à Clemente graviter eleganterque refellitur.

Quaſi prudentiam] Utro modo legatur *prudentiam* an *providentiam* haud magni retulerit, ut & *mentem* utroque nomine recte appellari poſſe dicit lib. III. de Nat. Deor. quia etiam *ſapientiam* appellavit quam nunc

nunc *prudentiam*, & cum *procurantem* addit, ſatis exprimit πρόνοιαν, quo nomine Stoici Jovem ipſum appellare ſolent, ut ſuperius demonſtratum eſt.

Quam interdum neceſſitatem appellant, quia nihil aliter poſſit, atque ab ea conſtitutum ſit] Neceſſitatem & fatum, id eſt, ἀνάγκην & εἱμαρμένην ut diſtinguat Plato, exponit accurate Plutarchus in libro de Fato. Ut item Platonem ſecuti Stoici, docet idem Plutarchus in lib. de Placit. primo cap. XXVII. Quare quod pro *inter quaſi fatalem* reponit Lambinus *interdum quaſi fatalem*, verum eſſe puto, ut diſtinguantur illa duo quo modo Plutarchus docuit; & particula *interdum* alteri *interdum* quod in hac diviſione præcedit, & ei, quæ ſequitur, *nonnunquam*, quæ idem valet, veriſſime reſpondeat. Facile omitti potuit à librario ultima ſyllaba, vel ſcribendi compendio, cum unica I, ut eſt etiam in Manutii doctiſſimi notis, & *inter* & *interdum* & *intra* ſignificet. Enarrator doctiſſimus *Turnebus*, ut videtur ſecutus *Parmenidem* & *Democritum* & *Heraclitum*, qui, ut eſt apud eundem Plutarch. in eodem illo de Placitis loco, hæc duo unam rem eſſe volunt, pro *inter* legit *evenire*. Ego non auſim ſic mutare: & ſequar libentius diſtinctionem illam Platonis, & cætera quæ dixi cur probarem *interdum*. Sed quod addit Lambinus verbum *eſſe* ante *poſſit*, id videatur audacius factum: & puto longe proclivius abſque mutatione ulla, ex eo quod dixit *conſtitutum*, repetere aut ſubaudire *conſtitui*. Jam *continuationem ordinis ſempiterni* quod dixit Cicero, vix videtur planius potuiſſe exprimere verba Chryſippi, quæ retulit in lib. VI. cap. II. Gellius, φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων ἑτέροις ἐπακολουθούντων.

Multa improviſa hac nec opinata nobis] Lambinus pro *hac* legit *&*. Neque video pronomen *hac* quo ſatis commode referatur. Proclivius tamen exiſtimo fuiſſe librario repetere *nec*, ex quo poſtea factum ſit *hac*: ut in Lucullo factum docui propter ſimilitudinem, ut ſit ἀπροσδόκητα *improviſa nec opinata*.

CAP. IX. *Quæ erat in ratione & in diſſerendo*] In correctione erat, *fortaſſis in oratione*. Ego non muto. Sic conjuncte *rationem* & *diſputationem* dicit in Catone Majore, *Nec me ſolum ratio & diſputatio impulit, ut ita crederem*: ut hic alia mittam.

Quanquam oriretur à ſenſibus, tamen non eſſe judicium veritatis in ſenſibus] Nihil mutandum cenſeo. Trajectio verborum eſt non inuſitata. In ſecundo de Orat. *Clamare contra quam deceat, atque poſſit, hominis eſt*, &c. Quod ad rem attinet, Judicium veri quod oriri dicit à ſenſibus, ut apud omnes illos ſæpe occurrit, vix eſt ut cujuſquam verba Cicero magis hic expreſſerit quam Theophraſti, quæ retulit Clemens in Stromate ſecundo, Θεόφραστος δὲ τὴν αἴσθησιν ἀρχὴν εἶναι τῆς πίστεώς φησι.

Ut nihil unquam unum eſſet conſtans ne idem quidem quia continenter laberentur & fluerent omnia] In libris impreſſis Victorii & Turnebi, ut in ſcripto Caroli Stephani eſt, *conſtans idem quidem*. Turnebus interpretatur, *ut nihil unum cuiquam ineſſet conſtanter & fideliter*. Jam tum doctiſſimo viro, cum hæc interpretaretur, puto locutionem illam viſam eſſe duriorem. In hac autem aliorum impreſſorum *ne idem quidem* abeſſe non poteſt quin aliud *unum* & aliud *idem* ſignificet; addita præſertim particula *quidem*. Formula valde ſolennis eſt Ciceroni; nec uſquam alibi, quod ſciam, unum & idem dicitur, niſi de una tantum re. In quinto Accuſationis, *Una & eadem nox erat*. In Timæo, τὸ κατὰ

τὸ κατὰ ταυτὰ ὄν, vertit, *quod unum atque idem ſemper eſt*. Nihil opus pluribus exemplis. Ea res & ſimul ſcriptura tam diverſa fecit ut non probarem *ne idem*, quod ex correctione aliqua potius eſſe exiſtimem; & pro *eidem*, legam *&* *idem*. Litera T. à librario facile omitti potuit ob ſimilitudinem cum I. Quamobrem in Oratione pro Cæcina graviter peccatum eſſe docui. Ut ſit, *ut nihil unquam eſſet conſtans & idem quidem*. Jam *conſtans* valet ἑστηκὸς, quod expreſſit hic è Theæteto Platonis, ubi cum ille dixiſſet, ex auctoritate Homeri, Heracliti, aliorum ὅτι ῥεύματα κινεῖσθαι τὰ πάντα· (Et quam accurate vertit! *Quia continenter laberentur & fluerent omnia.*) Plato igitur illa poſtea repetens in eodem libro ab Heraclito & aliis, Ῥεύματα τυγχάνει πάντα καὶ οὐδὲν ἕστηκε. Utrumque dicit nihil conſtare unum & idem, & omnia continenter labi & fluere. Plutarchus etiam in libro quem inſcripſit περὶ τοῦ εἰ, &c. pro eo quod ille ἕστηκε, dixit μένει, ut μένει δ' οὐδὲν, οὐδ' ἔστιν εἷς. Et paulo poſt, ἔτι μεταβάλλων ὁ αὐτός ἐστιν. &c. ubi etiam εἷς in priore loco, id eſt, *unus*, & ὁ αὐτὸς in poſteriore, id eſt, *idem*, uſurpatur promiſcue, ut alibi ſæpiſſime fit: cum proxime ex Heraclito ipſo citaviſſet, ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ καθ' Ἡράκλειτον, &c. Jam *conſtare* pro illorum ſive ἑστηκέναι ſive μένειν tam ſæpe à Lucretio, tam ſæpe à Cicerone ipſo dicitur, ut hic unus locus è Lælio inſtar eſſe poſſit omnium, *Quæ*, inquit, *in rerum natura totoque mundo conſtarent, quæque moverentur*, &c. Niſi quis etiam locum addere velit ex Oratore cap. 3. quo & illa Platonis exprimuntur, & hæc ut exponimus, apertiſſime docentur ita exponi & legi debere, *Has rerum formas appellat ideas ille non ſolum intelligendi, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato, eaſque gigni negat, & ait ſemper eſſe: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu.*

Niſi in animi motionibus atque rationibus] Doctiſſimi viri hic hærent. Ego nihil movendum cenſeo. Sextus, aut potius ejus interpres, cum dixiſſet motionem in anima eſſe memoriam, phantaſiam, cogitationem, ait Peripateticos motionem illam nominare cogitationem & mentem ſive intelligentiam. Etiam Plutarchus ad Timæum Platonis, Ἔστι γὰρ, inquit, ἡ μὲν νόησις τοῦ τοιούτου κίνησις περὶ τὸ μένον. Poſtremo è Cicerone ipſo quid afferri hic poſſit convenientius quam illud ex quarto de Finibus, *Si nihil in eo perfectum eſt præter motum ingenii quendam, id eſt rationem*, &c.

Verborum etiam explicatio probabatur, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata] In libris illis veteribus Lambini, in quibus legitur *id eſt* poſt verbum *probabatur*, ſcriptura ea eſt ex alicujus interpretatione, qui non meminiſſet particula *nempe*, ut apud Græcos δηλονότι, in ſimilibus formulis quam frequenter ſubaudiretur. Cujus rei exempla ſunt in Budæi Græcæ linguæ commentariis tam multa, ut fruſtra laborem ſi coner exponere pluribus. Et antea notare idem alicubi memini.

Poſt argumentis & quaſi rerum notis utebantur] Lambinus teſtatur quoſdam libros veteres addere *ducibus* ante verbum *utebantur*. Sed cum tam ſæpe in Partitionibus, in Lucullo, alibi uſurpet *notam*, pro eo quod σημεῖον vocat & definit Ariſtoteles in extremo libro ſecundo Prior. Analyticor. & exponit pluribus in lib. I. de Rhetor. atque hic etiam in Lucullo *notam veritatis* & *notam veri* ſæpius vocat in eadem ſententia exponenda, quam etiam *ſignum*, etiam *inſigne veri*; in quibus omnibus *ducis* aut *ducum* no-

nem

Digitized by Google

men addi non ſolet; hoc nomen puto hic addititium eſſe.

Huic quaſi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur] *Dicendi* verbum putabat doctiſſimus Turnebus, ut gloſſema, hic eſſe delendum. Haud videtur neceſſe: & puto adhibitum, quo magis hanc oratoriam vim ab illa facultate, cui ea ſic reſpondeat ex altera parte, diſtingueret. In proœmio quidem lib. I. de offic. ubi dicit, *Vis dicendi major eſt in illis*, hoc ipſo quod in ſuis Oratoriis dictionibus illis *vim dicendi majorem* eſſe dicit, aliquam *vim dicendi* vult eſſe in philoſophicis diſputationibus; & non ſolum Orator, qui proprie definitur *dicendi peritus*; ſed etiam Philoſophus in Oratore vocatur, *non ſolum intelligendi ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato*. Et harum duarum facultatum vicinitatem, quam hic dicit, exponit ſatis in eodem libro ex Ariſtotele & Stoicis, qui etiam dialecticam definiunt ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν, ut ſcribit Alexander ad initium Topicorum Ariſtotelis. Jam ut hic *quaſi ex altera parte adhiberi*, ſic in Oratore dicit, *Ariſtoteles in principio artis Rhetoricæ dicit illam artem quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticæ*. Verba Ariſtotelis ſunt, Ἡ ῥητορικὴ ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. Turnebus, qui etiam Bucananum laudat auctorem, rectiſſime ait bene Ciceronem interpretari illud ἀντίστροφος *ex altera parte reſpondens*, atque adeo melius quam Græcos interpretes. Hoc aliquis miretur; quia & Sextus & Alexander Aphrodiſienſis in idem initium Topicorum ἀντίστροφον interpretantur ἰσόστροφον, idque eorum uterque ubi citat illum locum Ariſtotelis, ut mittam quod Suidæ & Heſychii gloſſæ idem eiſdem verbis explicant. Metaphora autem à libra ducta eſt potius quam à rota plauſtri, quod doctiſſimi viri putarunt. In illa altera lanx alteri lanci tum reſpondere dicitur, cum, ponderibus impoſitis, neutra alteri propendeat, & paria momenta ſint utriuſque: ut contra in momentis imparibus dicit in tertio de Offic. *Sive quod ſummum bonum eſt, id ita ſummum bonum eſt, quemadmodum Peripateticis noſtris videtur, ut omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti inſtar habeant*. Apertum, vel ex his verbis ipſis, vel ex illa celebrata libra Critolai Peripatetici, unde hæc ſumpta ſunt. *Quo loco* (inquit hic in quinto Tuſculan. Diſputat.) *quæro quam vim habeat libra illa Critolai, quæ cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat*. Hoc idem ponit in libris de Finibus; & Juvenalis videtur in ſatyr. VI. ut proverbium uſurpaſſe, *Committit vates, & comparat inde Maronem, Atque alia in parte in trutina ſuſpendit Homerum*. Victorius in illis nobilibus Commentariis in eos libros Ariſtotelis hic non ſequitur interpretationem Turnebi noſtri, cum ἀντὶ in ἀντίστροφος ait Ciceronem interpretari *è regione* & *contra*, & hoc ſignificare apud ipſum *ex altera parte*. Sed mihi videor jam ſatis oſtendiſſe Ciceronem hic nihil contrarium velle nos intelligere. Quid? quod ipſum verbum *contra* ſic uſurpat Plautus in Epidico pro ἴσον. *Næ tu habes ſervum graphicum & quantivis pretii. Non caru'ſt auro contra*. Qua formula ſæpe alibi idem utitur, ubi *carum eſſe auro contra*, non aliud eſt quam quod Archippus verbo uno dixit ἰσόχρυσον. Neque negare velim quin ſæpe *ex altera parte* valeat quod ait vir doctiſſimus: & ſic accipitur à Livio in lib. III. qui cum multos dixiſſet Tribunos impedire delectum in foro, *At ex altera parte*, inquit, *Conſules in conſpectu eorum poſitis ſellis delectum habebant*. Facile eſt videre hic,

hic, ut in locis ſimilibus, valere ἐξ ἐναντίας &c.

CAP. X. *Ariſtoteles primus ſpecies, quas paulo ante dixi, labefactavit*] Hoc Plutarchus in Colotem pene expreſſit, Τάς γε ἰδέας περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι πανταχῆ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, &c. Quod ſequitur, *ut in his quiddam divinum eſſe diceret*, in Timæo, ἰδέαι εἰσὶ τέσσαρες, inquit, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, &c.

Theophraſtus autem vir & oratione ſuavis & ita moderatus] Veteres illi duo libri, ubi teſtatur Lambinus eſſe *& ita moratus*, mihi non probant ſcripturam ſuam: neque mutandum quidquam hic exiſtimo. Sic enim in Hortenſio, *Quid aut Theopompo acrius aut Theophraſto mitius inveniri poteſt?* ubi *mitis*, ut hic *moderatus*, non ad vitam & mores, ſed ad Orationem aperte referendum: ſicut hæc duo conjungit in Oratione pro Muræna de doctrina Stoïcorum, *Doctrina*, inquit, *non moderata nec mitis, ſed acerbior & durior* &c.

Poſt hos Polemo & Crates unaque Crantor in Academia congregati] Συμβιοῦντες eſt apud Diogenem in Cratete pro hoc *congregati*. Proprium verbum illud eſt, quod etiam vertit in epiſt. XXIII. lib. XIII. ad Attic. *Cum ita ſimus affecti*, inquit, *ut non poſſimus plane ſimul vivere* (*intelligis enim profecto in quo ſit poſita συμβίωσις*) cum in V. Tuſculan. Diſput. *Congregatas animantes* dicat, quas Ariſtoteles ζῶα ἀγελαῖα. Sed Diogenes illorum trium συμβιωτὴν numerat Arceſilam, quod Cicero non facit, qui illos diligenter veterem Academiam tutatos dicit; cum Arceſilas novam, ut ipſe vult, ut alii mediam, inſtituerit. Jam *eis utebantur*, quod eſſe teſtatur Lambinus in illis tribus libris veteribus, recte ipſe rejicit: *tuebantur* verum verbum eſt, pro quo verbo σώζειν hic utebantur Græci. Oſtendit Numenius apud Euſebium, qui cum Speuſippum & Xenocratem & Polemonem memoraſſet, Καὶ γάρ με δάκνει, inquit, ὅτι μὴ πᾶν ἔπαθόν τι καὶ ἔδρων σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα πᾶσιν ὁμοδοξίαν. In quo ut videantur illi cum Cicerone non omnino convenire, tamen ex iis, quæ paulo ante dixit, facile ſit illorum conciliare ſententias, illis enim, cum præeſſent Scholæ, αἰεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταυτὸν ἐπεί γε τῆς μήπω ἐποχῆς ταύτης πολυθρυλήτου τε καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων: ubi item hoc, *Polemonem audiverant aſſidue Zeno & Arceſilas*, à Numenio dicitur ibidem, Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων. [Lib. XIV. Præp. Evang. cap. 5.]

CAP. XI. *Nervos virtutis inciderit*] Recta ſcriptura. Immutatio eſt temporis, de qua ex Diomede alibi monui. Metaphoram autem ſumere potuit à Platone ex hoc tertii de Repub. Ἐκτέμῃ ὥσπερ νεῦρα ἐκ τῆς ψυχῆς· aut à Demoſthene, Ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι. Verecundius Plato metaphoram quaſi molliverat præpoſito ὥσπερ.

Nec aliud quidquam numeraret in bonis] Aliquem offendat quod Diogenes ait, Κοινῶς μὲν τῶν ἀγαθῶν μικτὰ μὲν ἐστι εὐτεκνία καὶ εὐγηρία, ἁπλοῦν δέ ἐστιν ἀγαθὸν ἐπιστήμη. Et eadem diviſio eſt apud Stobæum in Ethicis. Sed Zenonis eſſe non puto, verum alicujus alius Stoici, puta Chryſippi, de quo Plutarchus in illorum repugnantiis, Τρόπον τινά, inquit, συγχωρεῖ, καὶ δίδωσι τοῖς βουλομένοις τὰ προηγμένα καλεῖν ἀγαθά & quæ ſequuntur. Apud Plutarchum autem, & apud Diogenem, & apud Stobæum has diviſiones omnes, quas hic exponit Cicero, eiſdem verbis licet videre expoſitas pluribus.

Ea ſumenda & quadam æſtimatio-

ne

ne dignanda] *Sumenda* citat ex illis Plutarchus ληπτὰ, ut *quadam æſtimatione dignanda*, τὰ ἀξίαν ἔχοντα, ut item Diogenes in Zenone. Stobæus etiam πολλὴν ἀξίαν ἔχοντα· & Sextus in Pyrrhoniis hypotheſibus, Ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα. Ἀξίαν Cicero *æſtimationem* vertit, & hic & nominatim in tertio de Finibus. *Nam cum æſtimatio*, inquit, *quæ ἀξία dicitur*, &c. Aliiſque in locis idem nomen *æſtimationem* interpretatur, ut Gloſſæ Heſychii, præter cætera, id interpretantur τιμὴν, & Stobæus ἀμοιβὴν. Cujus generis exempla multa apud unum Ariſtotelem ad init. lib. IX. ad Nicomach. Ἱκανὴν autem illud Sexti exprimit hic noſter in eodem illo lib. de Finibus, cum dicit *in aliis ſatis eſſe cauſæ quamobrem quibuſdam anteponantur*, &c. Ut Henricus Stephanus, qui illa Sexti ἱκανὴν ἀξίαν vertit *ſufficientem dignitatem*, audacius fortaſſe verterit. Tum illa, *ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris*, Stobæus exponit eiſdem verbis, τὰ μὲν πλείω ἀξίαν ἔχειν, τὰ δὲ ἐλάττω.

Præpoſita appellabant, rejecta autem] Quæ προηγμένα illi, hic *præpoſita*, alibi vertit *producta* & *promota*, & *præcipua*, ut in tertio libro de Finibus: ut ἀποπροηγμένα, *rejecta*, etiam ibidem *remota*, quæ Stobæus τὰ ἀπαξίαν ἔχοντα, ut Diogenes τὰ ἀναξίαν ἔχοντα. Gellius porro in lib. XII. cap. V. in eiſdem illis Græcis explicandis *productiones* & *relationes* vocat, quaſi diceret *producta* quæ προηγμένα illi, & *relata* ἀποπροηγμένα, oblitus videlicet tot locorum Ciceronis; ut tamen *relata* idem ſignificare velit accipiatque ut apud Maronem, ------ *retro ſublapſa referri*.

Officia autem & ſervata prætermiſſaque] *Officia prætermiſſa* vertit, ut proxime *contra officium*. ex eo quod Græci παρὰ τὸ καθῆκον. Hoc frequentiſſimum apud illos. Sed conjunctio *&* Lambino videtur delenda. Sic tamen eſt in libris: ut hæ duæ conjunctiones *&* *que* duabus Græcis τε καὶ eodem ordine reſpondeant. Itaque non auſim mutare. Ut neque in his *media putabat* legam ut idem legi malit *media ponebat*. Gellius quidem non corrigat: qui eadem diviſione exponenda in eodem loco lib. XII. *Et in mediis*, inquit, *relicta neque in bonis neque in malis judicata ſunt*.

Cumque ſuperiores non omnem virtutem in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes natura aut more perfectas, hic omnes in ratione ponebat] Hic omnes virtutes uno φρονήσεως nomine complecti viſus eſt, ut ait Plutarchus in libro qui eſt περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς· qui deinde addit de Stoicis, Ἀπολογούμενοι δὲ ἀξιοῦσιν ἐν τούτοις τὴν ἐπιστήμην φρόνησιν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ὠνομάσθαι. In quo Socratem etiam reprehendebat Ariſtoteles, qui dixiſſet, ut eſt in lib. VI. ad Nicomachum, πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι. Et ibidem paulo poſt, Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας. Hoc eſt quod apud Diogenem aiunt Stoici, διδακτὴν εἶναι ἀρετὴν, ut Socrates ſcilicet.

Sejungi poſſe arbitrarentur] Ariſtoteles in eo libro. quem proxime dixi, Ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί.

Nec virtutis uſum modo, ut ſuperiores, ſed habitum per ſe eſſe præclarum] Ex illis ſuperioribus Ariſtoteles hoc ſatis explicat in lib. I. ad Nicomach. qui, cum in deſcriptione vitæ beatæ virtutem aut actionem ex virtute poneret, Διαφέρει δὲ ἴσως, inquit, οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ· τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι. Quod idem ex eodem exponit Stobæus in Ethicis pluribus; ut etiam ex Homero Plu-

hic, ut in locis ſimilibus, valere ἐξ ἐναντίας &c.

CAP. X. *Ariſtoteles primus ſpecies, quas paulo ante dixi, labefactavit*] Hoc Plutarchus in Colotem pene expreſſit, Τάς γε ἰδέας περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι πανταχῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, &c. Quod ſequitur, *ut in his quiddam divinum eſſe diceret*, in Timæo, ἰδέαι εἰσὶ τέσσαρες, inquit, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, &c.

Theophraſtus autem vir & oratione ſuavis & ita moderatus] Veteres illi duo libri, ubi teſtatur Lambinus eſſe *& ita moratus*, mihi non probant ſcripturam ſuam: neque mutandum quidquam hic exiſtimo. Sic enim in Hortenſio, *Quid aut Theopompo acrius aut Theophraſto mitius inveniri poteſt?* ubi *mitis*, ut hic *moderatus*, non ad vitam & mores, ſed ad Orationem aperte referendum: ſicut hæc duo conjungit in Oratione pro Muræna de doctrina Stoïcorum, *Doctrina*, inquit, *non moderata nec mitis, ſed acerbior & durior &c.*

Poſt hos Polemo & Crates unaque Crantor in Academia congregati] Συμβιοῦντες eſt apud Diogenem in Cratete pro hoc *congregati*. Proprium verbum illud eſt, quod etiam vertit in epiſt. XXIII. lib. XIII. ad Attic. *Cum ita ſimus affecti*, inquit, *ut non poſſimus plane ſimul vivere* (*intelligis enim profecto in quo ſit poſita συμβίωσις*) cum in V. Tuſculan. Diſput. *Congregatas animantes* dicat, quas Ariſtoteles ζῶα ἀγελαῖα. Sed Diogenes illorum trium συμβιωτὴν numerat Arceſilam, quod Cicero non facit, qui illos diligenter veterem Academiam tutatos dicit; cum Arceſilas novam, ut ipſe vult, ut alii mediam, inſtituerit. Jam *eis utebantur*, quod eſſe teſtatur Lambinus in illis tribus libris veteribus, recte ipſe rejicit: *tuebantur* verum verbum eſt, pro quo verbo σώζειν hic utebantur Græci. Oſtendit Numenius apud Euſebium, qui cum Speuſippum & Xenocratem & Polemonem memoraſſet, Καὶ γάρ μοι δόκει, inquit, ὅτι μὴ πάνυ ἐπιδόν τι καὶ ἕδραν σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα πᾶσαν ὁμοδοξίαν. In quo ut videantur illi cum Cicerone non omnino convenire, tamen ex iis, quæ paulo ante dixit, facile ſit illorum conciliare ſententias, illis enim, cum præeſſent Scholæ, ἀεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταὐτὸν ἔτι νῦν γε τῆς μέχρι ἐποχῆς ταύτης πολυθρυλλήτου τε καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων: ubi item hoc, *Polemonem audiverant aſſidue Zeno & Arceſilas*, à Numenio dicitur ibidem, Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων. [Lib. XIV. Præp. Evang. cap. 5.]

CAP. XI. *Nervos virtutis inciderit*] Recta ſcriptura. Immutatio eſt temporis, de qua ex Diomede alibi monui. Metaphoram autem ſumere potuit à Platone ex hoc tertii de Repub. Ἐκτέμῃ ὥσπερ νεῦρα ἐκ τῆς ψυχῆς· aut à Demoſthene, Ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι. Verecundius Plato metaphoram quaſi molliverat præpoſito ὥσπερ.

Nec aliud quidquam numeraret in bonis] Aliquem offendat quod Diogenes ait, Κοινῶς μὲν τῶν ἀγαθῶν μικτὰ μέν ἐστιν εὐτεκνία καὶ εὐγηρία, ἁπλοῦν δέ ἐστιν ἀγαθὸν ἐπιστήμη. Et eadem diviſio eſt apud Stobæum in Ethicis. Sed Zenonis eſſe non puto, verum alicujus alius Stoici, puta Chryſippi, de quo Plutarchus in illorum repugnantiis, Τρόπον τινά, inquit, συγχωρεῖ, καὶ δίδωσι τοῖς βουλομένοις τὰ προηγμένα καλεῖν ἀγαθά & quæ ſequuntur. Apud Plutarchum autem, & apud Diogenem, & apud Stobæum has diviſiones omnes, quas hic exponit Cicero, eiſdem verbis licet videre expoſitas pluribus.

Ea ſumenda & quadam æſtimatione

ne

ne dignanda] *Sumenda* citat ex illis Plutarchus ληπτὰ, ut *quadam æſtimatione dignanda*, τὰ ἀξίαν ἔχοντα, ut item Diogenes in Zenone. Stobæus etiam πολλὴν ἀξίαν ἔχοντα· & Sextus in Pyrrhoniis hypotheſibus, Ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα. Ἀξίαν Cicero *æſtimationem* vertit, & hic & nominatim in tertio de Finibus. *Nam cum æſtimatio*, inquit, *quæ ἀξία dicitur*, &c. Aliiſque in locis idem nomen *æſtimationem* interpretatur, ut Gloſſæ Heſychii, præter cætera, id interpretantur τιμὴν, & Stobæus ἀμοιβὴν. Cujus generis exempla multa apud unum Ariſtotelem ad init. lib. IX. ad Nicomach. Ἱκανὴν autem illud Sexti exprimit hic noſter in eodem illo lib. de Finibus, cum dicit *in aliis ſatis eſſe cauſæ quamobrem quibuſdam anteponantur*, &c. Ut Henricus Stephanus, qui illa Sexti ἱκανὴν ἀξίαν vertit *ſufficientem dignitatem*, audacius fortaſſe verterit. Tum illa, *ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris*, Stobæus exponit eiſdem verbis, τὰ μὲν πλείω ἀξίαν ἔχειν, τὰ δὲ ἐλάττω.

Præpoſita appellabant, rejecta autem] Quæ προηγμένα illi, hic *prepoſita*, alibi vertit *producta* & *promota*, & *præcipua*, ut in tertio libro de Finibus: ut ἀποπροηγμένα, *rejecta*, etiam ibidem *remota*, quæ Stobæus τὰ ἀπαξίαν ἔχοντα, ut Diogenes τὰ ἀπαξίαν ἔχοντα. Gellius porro in lib. XII. cap. V. in eiſdem illis Græcis explicandis *productiones* & *relationes* vocat, quaſi diceret *producta* quæ προηγμένα illi, & *relata* ἀποπροηγμένα, oblitus videlicet tot locorum Ciceronis; ut tamen *relata* idem ſignificare velit accipiatque ut apud Maronem, ------ *retro ſublapſa referri*.

Officia autem & ſervata prætermiſſaque] *Officia prætermiſſa* vertit, ut proxime *contra officium*. ex eo quod Græci παρὰ τὸ καθῆκον. Hoc frequentiſſimum apud illos. Sed conjunctio *&* Lambino videtur delenda. Sic tamen eſt in libris: ut hæ duæ conjunctiones *&* *que* duabus Græcis τε καὶ eodem ordine reſpondeant. Itaque non auſim mutare. Ut neque in his *media putabat* legam ut idem legi malit *media ponebat*. Gellius quidem non corrigat: qui eadem diviſione exponenda in eodem loco lib. XII. *Et in mediis*, inquit, *relicta neque in bonis neque in malis judicata ſunt*.

Cumque ſuperiores non omnem virtutem in ratione eſſe dicerent, ſed quaſdam virtutes natura aut more perfectas, hic omnes in ratione ponebat] Hic omnes virtutes uno φρονήσεως nomine complecti viſus eſt, ut ait Plutarchus in libro qui eſt περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς· qui deinde addit de Stoicis, Ἀπολογούμενοι δὲ ἀξιοῦσιν ἐν τούτοις τὴν ἐπιστήμην φρόνησιν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ὠνομάσθαι. In quo Socratem etiam reprehendebat Ariſtoteles, quî dixiſſet, ut eſt in lib. VI. ad Nicomachum, πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι. Et ibidem paulo poſt, Σωκράτης μὲν οὖν λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας. Hoc eſt quod apud Diogenem aiunt Stoici, διδακτὴν εἶναι ἀρετὴν, ut Socrates ſcilicet.

Sejungi poſſe arbitrarentur] Ariſtoteles in eo libro, quem proxime dixi, Ὅτι χωρίζονται ἀλλήλων αἱ ἀρεταί.

Nec virtutis uſum modo, ut ſuperiores, ſed habitum per ſe eſſe præclarum] Ex illis ſuperioribus Ariſtoteles hoc ſatis explicat in lib. I. ad Nicomach. qui, cum in deſcriptione vitæ beatæ virtutem aut actionem ex virtute poneret, Διαφέρει δὲ ἴσως, inquit, οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ· τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι. Quod idem ex eodem exponit Stobæus in Ethicis pluribus: ut etiam ex Homero Plu-

tarchus

tarchus in ipſius vita. Hic aliquis etiam dixerit Senecam, magnum Stoicum, cum Zenone magiſtro oportere conciliari: Seneca enim in epiſt. 118. ſibi objicientem inducit, *Vos certe dicitis ſapientiam, ſi ſine uſu datur, accipiendam non eſſe:* at Zeno hic nec virtutis uſum modo, ſed habitum per ſe eſſe præclarum dicit. Negotium facile. Diogenes in ejuſdem Zenonis hiſtoria, Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς, inquit, *καὶ διαπαντὸς χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ, ὡς οἱ περὶ Κλεάνθην φασὶν*, &c. pro quo dicit hic Cicero, *nec tamen virtutem cuiquam adeſſe quin ea ſemper uteretur.* Atque hoc ille ſic eiſdem verbis.

Opinioneſque judicio ſuſcipi] Quia verbum *ſuſcipi* referendum hic non ad *opiniones*, ſed ad perturbationes, quod antecedit, lego *opinioniſque judicio ſuſcipi.* Et ſic eſt locutus in IV. Tuſcul. Diſput. *Sed cognita jam cauſa perturbationum quæ omnes oriuntur ex* judiciis opinionum *& voluntatibus, ſit jam hujus diſputationis modus.* Etſi enim ſunt Stoicis perturbationes δόξαι καὶ κρίσεις, *opiniones ac judicia*, ut Cicero etiam in III. de Finibus dicit, *Omniaque ea ſunt opiniones & judicia levitatis*, hæc tamen eſt locutio alia ab illa longeque diſſimilis.

Et omnium perturbationum arbitrabatur eſſe matrem immoderatam quandam intemperantiam] Cum his convenit quod ait in quarto Tuſcul. Diſput. *Omnium autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiam.* Hanc tamen Stobæus ἄγνοιαν ab illis appellari dicit, quam μανίαν eſſe & πλοιώδεις παρεχομένην τὰς ὁρμάς. Atque ut illo in loco Cicero intemperantiam illam temperantiæ contrariam eſſe docet: ſic Stobæus illos ait dicere τὴν ἄγνοιαν εἶναι ἐναντίαν κακίαν τῇ σωφροσύνῃ. Hinc igitur eſt illa apud Suidam admonitio ſimul & definitio hujus vitii, Εἴ τις λέγει ἄγνοιαν εἶναι στέρησιν ἐπιστήμης, ἁμαρτάνει· ἔστι δὲ ἄγνοια ἕξις μοχθηρὰ καὶ ἠπατημένη.

CAP. XII. *Ut in quatuor initiis rerum illis quintam hanc naturam, ex qua ſuperiores ſenſus & mentem effici rebantur, non adhiberet*] Urſinus delet hic præpoſitionem *in* ex quodam vetere libro. Ego ſequar potius cæteros libros, quando ſic locutus eſt Cicero ipſe in primo libro de Orat. *Adhibere in dicendo quandam ſpeciem atque pompam:* in ſecundo de Finibus *Adhibere ſapientiam in reipub. ſalute.* Infinita ſunt hujuſmodi.

Nec vero quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, poſſe eſſe non corpus] Eiſdem verbis convertit hic definitionem corporis, quibus id Stoici definierunt, cum alii aliter definirent. Ea eſt apud Gellium lib. V. cap. XV. *Corpus eſt*, inquit, *quod aut efficiens eſt aut patiens.* Sed & Græcam definitionem ponit, Τὸ δρώμενον ἢ τὸ πάσχον σῶμα ἐστί. Atque hoc Plutarchus tribuit eiſdem Stoicis in lib. I. de Placit. cap. XI. & lib. IV. cap. XX. itemque alibi. Verum quod addit Gellius eam definitionem ſignificare volentem Lucretium ſcripſiſſe, *Tangere enim & tangi niſi corpus nulla poteſt res*, μνημονικὸν ἁμάρτημα eſt doctiſſimi viri. Alio enim verſu hanc illorum & Ciceronis definitionem Lucretius exprimit ſic, *At facere & fungi ſine corpore nulla poteſt res.* Qua definitione illius Epicurei, ipſe Epicurus magiſter in epiſtola ad Herodotum conatur etiam docere animos hominum eſſe mortales, Οἱ λέγοντες, inquit, ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματαιάζουσι· οὐδὲν γὰρ ἂν ἐδύνατο ποιεῖν οὔτε πάσχειν εἰ ἦν τοιαύτη.

De ſenſibus ipſis quædam dixit nova, quos junctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam

quam illi phantaſiam, nos viſum appellemus licet] Id Plutarchus ſignificat adverſus Stoicos, cum dicit, Ἐκείνων μὲν γὰρ (de calidis & frigidis, albis & nigris loquebatur) ἔξωθεν εἶναι αἱ φαντασίαι ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπεισόδιον. Hæc ut facilius intelligantur, legendus idem Plutarchus in lib. IV. de Placit. cap. VIII. ut *ſenſus* dicatur è Stoicorum diſciplina multis modis, in quibus numeratur φαντασία ἡ καταληπτικὴ, quæ, ut fit in aliis quoque modis, dicitur γίνεσθαι διὰ αἰσθητηρίου. Affectio autem illa, quam etiam *impulſionem* vocat hic Cicero, apud eundem Plutarchum eodem libro cap. XII. eſt, ut Chryſippus definit, Φαντασία μὲν οὖν ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτό τε καὶ τὸ πεποιηκός· οἷον, ἐπειδὰν δι' ὄψεως θεωρῶμεν τὸ λευκόν, ἔστι πάθος τὸ ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὁράσεως ἐν τῇ ψυχῇ, &c. Alibi apud eundem Plutarchum, apud Diogenem, alios, definitur hæc phantaſia ab eiſdem Stoicis τύπωσις ἐν ψυχῇ. Et Cicero in Lucullo τυπώσεις vertit ad verbum *impreſſiones*.

Comprehenſibile, feretis hæc] *Incomprehenſa* dicere maluit equidem in Lucullo quam *incomprehenſibilia*, ut alia quoque participia ejuſdem formæ ita accipi ſolere ad eum locum adnotavimus. *Comprehendibile* autem illud, quod teſtatur Lambinus eſſe in vetere libro, ut *docibile*, *legibile* & ſimilia, non obſervaſſe apud quenquam memini. Jam Græcum nomen καταληπτὸν Galenus in libro qui inſcribitur περὶ ἀρίστης διδασκαλίας, non aliud valere ſcribit quam βεβαίως γνωστὸν, ut neque καταλαμβάνεσθαι aliud quam βεβαίως γινώσκειν. Zeno hoc à ſe novato nomine id maxime ſignificari credidit.

Comprehenſionem appellabant ſimilem his rebus quæ manu prehenderentur, unde etiam hoc nomen duxerat, at cum] Rectiſſime Lambinus delet conjunctionem *at* poſt verbum *duxerat*. Nihil eſt opus confirmatione: potius argumento id eſſe poteſt quæ cauſa ſit cur in libris hic ſæpe librarii erraverint, quod alibi adnotavimus. Quod autem ait *comprehenſionem ſimilem his rebus* pro *comprehenſioni earum rerum*, ne ea quidem eſt inuſitata locutio. Illa vero, *quod autem erat ſenſu comprehenſum id ipſum ſenſum appellabat*, Diogenes in Zenone, Αἴσθησις δὲ λέγεται καὶ ἡ δι' αἰσθητηρίων κατάληψις, ut etiam Plutarchus in quarto de Placitis: ut item hanc illorum definitionem ſcientiæ, Τὴν ἐπιστήμην φασὶ κατάληψιν ἀσφαλῆ ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, vide ut Cicero eiſdem verbis exprimat, *Et ſi ita erat comprehenſum ut convelli ratione non poſſet, ſcientiam*, &c. Definitio eſt apud Diogenem, Plutarchum, Stobæum, Sextum.

Opinio quæ eſſet imbecilla] Sic Δόξα illis eſt ὑπόληψις ἀσθενής. Stobæus, alii.

Quodque natura quaſi normam ſcientiæ & principium ſui dediſſet] Aliquis deeſſe putet *eam*. Plenior quidem eo addito locutio futura ſit. *Principium* autem illud quod addidit, ex Theophraſto, ut ſupra adnotatum eſt, potuit addere.

Unde poſtea notiones rerum in animis imprimerentur] In correctione eſt *fort. animis imprimerentur*, deleta præpoſitione *in*. Utraque locutio bona ſit. Itaque hæc mutanda non eſt. Quid enim dicamus in Lucullo, ne longius abeam, *Quid ſi in ejuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero*? aut *verum illud quidem impreſſum in animo atque in mente*, & cætera hujuſmodi pæne infinita. Quod idem in libro quarto de Placitis philoſophorum cap. XI. è Stoïcorum diſciplina ſic extulit

 Plu-

Plutarchus, Εἰς τοῦτο (repetendum τὸ ἡγεμονικὸν) μίαν ἰσχύειν τῶν ἐννοιῶν συγκαταγράφεται &c.

Sed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperiuntur] Nihil muto. Sic in prooemio Topicor. *Quam tibi cum expoſuiſſem diſciplinam inveniendorum argumentorum, ut ſine ullo errore ad eam rationem via perveniremus ab Ariſtotele inventa* &c. non dubitavit idem verbum repetere. *Aperiuntur* autem, quod eſt in correctione diligentiſſimi viri, ne ſi quidem in aliquo libro veteri inveniretur, mihi ſic probari poſſet.

CAP. XIII. *Quæ cum dixiſſet: Breviter ſane* &c.] In Victorii & Turnebi libris impreſſis erat, *& breviter*. Ac minus probo illos in quibus ea particula non eſt, ne proferam hic alios locos qui ſunt innumerabiles in eo ſcriptore, ſicut in aliis, ubi *&* ſic orationem incipit: ut ſupra non longe ab initio Dialogi, *Et ego iſta quidem, inquam, Varro, jamdiu expectans*, &c. Etiam antea non ita longe ab hac pagina, *Et recte*, inquit, *reſpondes*, &c. Et mitto quæ de ea veteres Grammatici tradiderunt; & item ut Græci particula καὶ ſic uti ſoleant. Hoc facile. Neque illud difficile, *verum eſſe autem arbitror*, etſi in correctione eſt *verum autem eſſe arbitror*; quaſi unum modo verbum particulam *autem* anteire ſoleat. Sed tota continuatio verborum, *verum eſſe autem arbitror, ut Antiocho noſtro familiari placebat, correctionem veteris Academiæ potius quàm aliquam novam diſciplinam putandam*, fortaſſe negotium fecerit ei qui non meminerit ſubaudiendum *nempe*: qualia multa à Budæo obſervata ſupra notare memini.

Quod & qua de cauſa diſſidium factum ſit] Lambinus hic, ut alibi etiam ubi occurrit *diſſidium*, corrigit ac reponit *diſcidium*, atque ita legi ſcribit hic in tribus libris antiquis. Eſt equidem *diſcidium* Latinum nomen etiam in Gloſſario veteri, διάλυσις γάμου, διαχωρισμός, χωρισμός. Sed hic *diſſidium* longe verius: quid enim hoc fiat in Oratione pro Sylla, *Ut hoc diſſidio ac diſſenſione facta oppidum in poteſtate poſſet habere*, hujuſque ſimilibus in locis? aut quod adeo verbum uſurpetur magis proprie, quam id à quo hoc declinatum ſuperius uſurpavit de Stratone in re ſimili, *Cum ſe totum ad inveſtigationem naturæ contuliſſet, in ea ipſa plurimum diſſedit à ſuis*, id eſt, διέστη: Ut Numenius apud Euſebium Carneadem ab Arceſila diſſidere dixit, Μόνῳ δ' ἐν τῷ ἐποχῆς λόγῳ πρὸς αὐτὸν διέστη. Atque ex eo ſunt ejuſdem Numenii libri, quos citat idem Euſebius, περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως. In Lucullo. *Quid? cum Cleanthe doctore ſuo quam multis rebus Chryſippus diſſidet?* Infinita ſunt ejuſmodi. Nam quod Cicero ſubjicit, *Satiſne iſta ſit juſta defectio*, etiam proxime uſurpavit *deſciſcis*, quod idem valet: ut Gloſſarium interpretatur recte *Deſcivit* αὐτομόλησεν. Sed *diſſidere* in bello quoque & in armis uſitate dicitur. In Oratione pro Marcello, *Non conſiliis ſolum & ſtudiis, ſed armis etiam & caſtris diſſidebamus*.

Non pertinacia aut ſtudio vincendi] *Non pertinacia* vertit è Parmenide Platonis eiſdem verbis οὐχ ὑπὸ φιλονεικίας. *Studio vincendi* ſit potius pertinacia, ex notatione nominis: quanquam Gloſſarium *pertinaciam* vertit item φιλονεικίαν· ſed hic additum eſt ad rem quaſi amplificandam. In qua re tamen animadverterit aliquis quod in hoc videtur à Cicerone diſſidere Numenius, qui illum ait apud Euſebium ingenio, id eſt, φύσει uti τραχέσι, ῥαδίᾳ, διαμάχῃ ὑπὸ φιλονεικίας. Sed hoc ille dicte

le dicit in univerſum, non cum de horum inter ſe contentione diſſerit.

Quæ ad confeſſionem ignorationis adduxerant Socratem, & veluti amantes Socratem, *Democritum*, *Anaxagoram*, *Empedoclem* &c.] Alii ſic emendant, *velut jam ante Socratem.* Quam tamen lectionem ego non probo, ait Enarrator doctiſſimus: & optime non probat. Urſinus tamen putat legendum *& multo ante Socratem*, ut ipſe ait ex auctoritate librorum veterum, confirmante etiam hiſtoria. Libri illi quid attulerint non addit. De hiſtoria facilis conjectura eſt. Muretum ſequitur, qui in lib. IX. variar. lect. cum hic Turnebi Commentarium laudaviſſet, corrigit tamen ut illi quos Turnebus non probaverat, & quærit quomodo potuerint illi amare Socratem, *qui ante*, inquit, *ut opinor, mortui erant, quam avia Socratis naſceretur.* Hæc eſt illa hiſtoria. Quaſi Turnebo non fuerit illam hiſtoriam refutare facile! Primum, illis auctoribus, particulæ *velut* poſt *&* quid hic loci relinquitur? Deinde cur Apollo Socratem ſapientiſſimum Græciæ dixit, quod is profiteatur ſe nihil ſcire (ſic enim interpretatur oraculum ipſe Socrates) ſiquidem veteres illi idem antea dixerant? Jam de hiſtoria quod retulit, ut ante dixi, Muretus, ſimiliter facit ut in ipſo veſtibulo illius operis, ubi longum caput in eo conſumit, ut doceat Iſocratem, qui præcepta ad Demonicum ſcribit, floruiſſe Ciceronis temporibus, hoc uno argumento *quod Dionyſius Halicarnaſſ. in libro de Rhetorica ſuum & Echecratis ſodalem vocat* (potuit etiam ἑταῖρον *amicum* reddere: nihil opus auctoribus) Ἰσοκράτης μὲν ὁ σὸς καὶ ἐμὸς ἑταῖρος, Ἐχεκράτης, &c. Quaſi fando nunquam ſit auditum quod Cicero ſcribit in epiſtola ad Atticum in lib. II. de duobus illis nobiliſſimis diſcipulis Ariſtotelis: *Quoniam tanta controverſia eſt Dicæarcho familiari tuo cum Theophraſto amico meo* &c. At illi duo quanto longius aberant ab ætate Ciceronis & Attici, quam Phyſici illi ab ætate Socratis? Addat ſi quis velit illa de Chryſippo, quæ ſunt in lib. I. de Natur. Deorum, *In ſecundo libro vult*, inquit, *Orphei, Muſæi, Heſiodi, Homerique fabulas accommodare ad ea quæ ipſe in primo libro de Diis immortalibus dixerit, ut etiam veterrimi Poëtæ, qui hæc ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur.* Sed hac de re nimium multa. Metaphora eſt igitur in verbo *amantes*. Eam, quia videretur alicui fortaſſe durior, ut viſa eſt hominibus doctis quos nominavi, ut ſolet, adverbio *veluti* mollivit.

Anguſtos eſſe ſenſus] Citat Lactantius in lib. III. ac monet ſumptum ex Empedocle. Id verum eſt. Verba ipſius Empedoclis ſunt apud Sextum, Στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται. Ubi Ciceronem videmus παλάμας vertiſſe *ſenſus*, ut item αἰσθήσεις interpretatus eſt Sextus. Gentianus Hervetus (qui Sextum Græcum vellem edendum curaviſſet potius quam Latinam interpretationem ſuam) totum verſum ita reddidit, *Effuſa, anguſta eſt nimium nam palma per artus.* Quid eſt hoc quæſo? Ut ille vertat σάρκινον ὄζον, quomodo ſcribit Theophraſtus in lib. de ſenſu aures appellaſſe eundem Empedoclem? Nempe hoc eſt quod apud Diogenem ait Ariſtoteles, illum fuiſſe μεταφορικὸν, etſi metaphora hæc longius ducta non ſit, quam illud apud Homerum ὄζος Ἄρηος, quamvis alia ſignificatione. Ac ne illa altera quidem obſcurior eſt, ſiquidem hac imagine Cicero in Lucullo bene eſt uſus, *Mens ſenſibus utitur, & efficit artes quaſi ſenſus alteros;* quando notum eſt παλάμας non ſolum ma-

nus ſignificare, ſed etiam *artes*. Deinde ſequitur *imbecillos animos*: reſpondet illis Empedoclis, ὅτι νόῳ περιληπτὰ τάδε. Non reddidit verbum de verbo Cicero, tamen à ſententia non recedit: neque cum dicit *brevia curricula vitæ*, quibus reddit elegantiſſima illa, Παῦρον δὲ ζωῆσι βίου μέρος ἀθροίσαντες ὠκύμοροι καπνοῖο δίκην ἀρθέντες ἀπέπταν. [Vide Sextum adv. Math. lib. VII. §. 123.]

In profundo veritatem eſſe demerſam] Eiſdem verbis Democritus apud Diogenem in Pyrrhone, Ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια. Illa autem *opinionibus & inſtitutis omnia teneri* ſunt ex his ejuſdem philoſophi, Νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιὴ, ἐτεῇ δὲ, &c. ubi νόμῳ interpretatur Sextus ὥσπερ νομίζεται καὶ δοξάζεται, itidem ut Cicero *opinionibus & inſtitutis*. Ut idem Sextus ἐτεῇ interpretatur κατ' ἀλήθειαν, ut Galenus, qui totum locum Empedoclis in primo libro περὶ στοιχείων exponit pluribus, etiam docet ἐτεῇ ductum nomen παρὰ τὸ ἐτεὸν, uſitato nomine apud Homerum pro eo quod eſt ἀληθὲς, in quo recte illis cum Cicerone convenit, qui hoc *nihil veritati relinqui*, exprimit ex illis ejuſdem philoſophi, Ἐτεῇ οὐδὲν ἴδμεν. Ex quibus apparet libri Diogenis, in quibus αἰτίῃ legebatur pro ἐτεῇ, quam ſint depravati. Jam quod Lambinus ſuſpicatur ante verbum *relinqui* addendum eſſe *loci*, ſit ea quidem valde uſitata locutio: ſed neque hoc eſt obſcure dictum, *nihil veritati relinqui*, quod vel rectiſſime opponitur illis, *opinionibus & inſtitutis omnia teneri*.

Deinceps omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt] Anaxagoræ tribuit hoc Lactantius in eodem, quem citavi, loco, & puto ita eſſe: nos Anaxagoræ libros non habemus. Et particula *deinceps* videatur ordinis continuationem ſignificare, ac de eiſdem illis, ex quibus illa ſumpſit, id quoque decere intelligi.

Sic omnia latere cenſebant] *Cenſebat* legendum eſſe ac referendum ad Arceſilam oſtendit non ſolum quod proxime antecedit, *Itaque Arceſilas negabat*, ſed etiam quæ proxime ſequuntur omnia, atque illud nominatim, *Huic rationi quod erat conſentaneum faciebat*, &c. Arceſilas autem illud, *Neque eſſe quidquam quod cerni aut intelligi poſſit*, ab illis Empedoclis mutuatus eſt hic, & Cicero vertit, οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν οὔτε νόῳ περιληπτά. Hoc uno verbo vocare ſolitus eſt Arceſilas ἀκαταληψίαν. Sic ejuſdem nobilitata illa ἐποχὴ exponitur in illis quæ ſequuntur, *Nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque aſſertione approbare*, & cætera uſque ad illa, *Huic rationi*: ubi rectiſſime Lambinus admonet legendum eſſe *aſſenſione*, contra quam eſt in libris, & legerat atque explicarat doctiſſimus Budæus, credo item è libris. Sed ut mittam alias notiones verbi *aſſero*, ut *aſſerere vitem ad olus*, *aſſerere vites propter cupreſſos* dicit Varro, *aſſerere in libertatem*, *aſſerere in ſervitutem* ſæpe JCti; illud *aſſerit* quod Gloſſarium vetus interpretatur λέγει, ut item Priſcianus, hic ſit omnino ſupervacaneum. Jam enim dixerat *neque profiteri*, *neque affirmare*, quibus reſpondet Græcum verbum ἀποφαίνεσθαι, ut *aſſenſione approbare* commode interpretemur συγκατατίθεσθαι καὶ παραδέχεσθαι. Eſt enim συγκατάθεσις *aſſenſio* nomen frequentiſſimum in Academicorum & Stoïcorum diſputationibus, pro quo παραδοχὴ, aut utrumque conjuncte, dicitur: ut apud Plutarchum in libro de repugnantiis Stoïcorum πᾶσαν παραδοχὴν καὶ συγκατάθεσιν ἀγχιμέρπτον, ut hic Cicero paulo poſt *aſſenſionem & approbationem* conjuncte poſuit. Ἐποχὴν autem illam Arceſilæ quam dixi interpretatur hic in Lucullo *aſſenſionis retentionem*, ut ἐπέχειν ibidem *retinere aſſenſum*, *co-*

bibere

libere aſſenſum, ſuſtinere aſſenſus lubricos, continere ſe ab aſſentiendo, & alia hujuſmodi in quibus librario ne volenti quidem *aſſertionem* ſine flagitio ſcribere liceat.

Huic rationi quod erat conſentaneum faciebat, ut contra omnia ſententias dies jam pleroſque deduceret] Nihil corrigam, & *jam* accipiam pro *etiam*, ut interpretatur alicubi Chariſius. Id valebit, etiam Zenone vivo. *Dies* autem *pleroſque deducere* erit πολλάκις διημερεύειν. Deinde ſequitur, *Cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur:* Cicero vertit quæ Euſebius in eo quem ſæpius citavi libro illius eſſe memorat, præter cætera, τοὺς εἰς ἑκάτερα λόγους ἰσοκρατεῖς ἀλλήλοις. Alii pro ἰσοκρατεῖς dixerunt ἰσοσθενεῖς, alii ἰσοβαρεῖς· quod verbi Ciceronis vim valde proprie exprimat, ut etiam ἰσόῤῥοποι ex quo eſt ἀῤῥεψία quam exponit Sextus, ut Diogenes in Pyrrhone, non diſſimilis ἀπαραλλαξίας, quam exprimit ſatis in Lucullo: cujus contraria eſt παραλλαγὴ apud Græcos, id eſt, διαφορά. Sed quoniam huc ventum eſt, non poſſum locum Theophraſti, cujus etiam venit in mentem, hic ſilentio præterire, vel quod eſt mendoſus in libris quos habemus nos, & habuit doctiſſimus Gaza, vel quod eſt ab hoc Varronis in primo de re ruſtica converſus integer. Hic igitur Theophraſti locus in libro primo de cauſis Plantar. ita legitur, ut nunc eſt, Ἐν γοῦν τῇ Ἀληθείᾳ φασὶν, ὡς ἀεί τι καρποφορεῖ, παραλλαγὴν δὲ ποιοῦνται κατὰ τριετίαν. Sic legit Theodorus, & vertit, *Itaque in Alethea fructificari aſſidue ferunt, quanquam anno tertio diſcrimen pateſcat.* Hic *Alethea* ager aut *regio* ſic fertilitate nobilis, ubi quæſo terrarum eſt? At Varro pro eo legit Ὀλυνθίᾳ, ac vide ut locum illum converterit, *In Olinthia quotannis reſtibilia eſſe dicunt, ſed ita ut tertio quoque anno uberiores ferant fructus.* Ubi is παραλλαγὴν non vertit *diſcrimen*, ut Theodorus, qui eam etiam in ſexto hiſtoriæ ejuſdem Theophraſti vertit in loco non multum diſſimili *diverſitatem*, & ſæpe hoc nomen ſic accipitur: ſed accipit in ea ſignificatione, qua παραλλάττειν idem valet quod παρέρχεσθαι & ὑπερεῖναι, ut παραλλαγὴ ſit velut exuperantia aut proventus major atque uberior. Hujus Varronis interpretationis Theodoro ſi tum veniſſet in mentem homini de Græcis & Latinis literis tam bene merito, ab ea, ut opinor, nulla in re diſcederet. Hoc fortaſſis conſiderandum dixerit aliquis quod in Olinthia dicit hic abſolute Varro, cum apud Theophraſtum χώρα proxime antecederet. Sed idem Theophraſtus in ſecundo hiſtoriæ abſolute item vocat Κορινθίαν, cum dicit Διὸ οὐδ' Ἐρινεὸν· οὐδ' ἐπὶ Φαλύκῳ τῆς Μεγαρίδος, οὐδὲ τῆς Κορινθίας ἔν τισι τόποις. Cujuſmodi ἐλλείψεως exempla alia in ſuis linguæ Græcæ commentariis Budæus expoſuit.

Cujus in libris nihil affirmatur, & in utramque partem multa diſſerunṫur, de omnibus quæritur, nihil certi dicitur] Aliquis hic miretur dici illud, *nihil affirmatur*, & *nihil certi dicitur:* nihil tamen eſt in ſcriptura mendi, etſi de illo non omnibus cum Cicerone convenit. Conſtat ſatis ex uno Diogene in ipſius hiſtoria Platonis, Οἱ μὲν φασὶν, inquit, αὐτὸν δογματίζειν, οἱ δ' οὔ. Deinde etiam ſic id verbi quid ſit explicat, Τὸ δογματίζειν ἐστὶ δόγμα τιθέναι, ὡς τὸ νομοθετεῖν νόμους τιθέναι. Etiam paulo poſt, Ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν ἀποφαίνεται· τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. At verbum ἀποφαίνεσθαι *affirmare* Ciceronem vertiſſe apud Xenophontem ſuperius oſtendimus: & δογματίζειν eſt *decretum*

ponere. Omne decretum autem, ut eſt in Lucullo, *ſtabile, fixum, ratum eſſe debet, quod movere nulla ratio queat.* Nihil magis contrarium. Numenius hanc quaſi litem ita dirimit, ubi de ipſo Platone ſic apud Euſebium [Præp. Evang. lib. XIV. cap. 5.] loquitur, Διχαγαγὼν δὲ ἑκάστῳ ὅπῃ ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τοῖς μετ' αὐτὸν στάσεως ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων &c. Ciceronem igitur dicemus, cum eſſent opiniones eæ tam diverſæ duæ, illam, quam eſſent Arceſilas & Carneades amplexati, quorum ſectam ſequebatur ipſe, ſecutum fuiſſe.

PETRI

PETRI FABRI

COMMENTARIUS

In LUCULLUM

SIVE ACADEMICORUM

LIBRUM SECUNDUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRUS FABER

HENRICO COLINIO CASTELLIONIO AMIRALIO AQUITANIÆ S. P. D.

ET *ipſe nuper, cum in hanc urbem veniſti, ut eam quaſi tuam germanam patriam alteram inviſeres; & his diebus per* Jacobum Eſprinchardum, *hominem tibi addictiſſimum, & mihi ob ipſius ingenium atque doctrinam & mores cariſſimum, petiiſti, ut, quæ notaviſſe me olim ad Lucullum* Ciceronis *intelligere potuiſſes, tibi mitterem. Incidi etiam in litteras, quas non ita pridem ad me ſcripſiſſes; in quibus quam multa me delectarint, incredibile dictu eſt: Sic abhorrere te ab hac corruptela conſuetudinum & morum: pietatem adverſus Deum in primis colere, cujus omne ſtudium ad unius ipſius Dei præſcriptum dirigere didiciſſes. Ad extremum addebas te cætera ſtudia doctrinæ, quibus cura atque ſtudio matris optimæ ac ſapientiſſimæ feminæ eſſes inſtitutus à parvulo, diligentiſſime perſequi. Propemodum exclamavi, ut ille apud* Platonem, ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθοῦ· *quippe ſciebam, vir omnium fortiſſimus ac ſumma pietate præditus pater tuus quo horum ſtudiorum amore ab ineunte ætate flagraviſſet; & videram, vir ſummus pater illius quam ſollicite in his erudiendum illum curaviſſet. Patrem, qui te parvulum reliquit moriens, (cujus mors Galliæ omni, bonis certe omnibus, acerbiſſima fuit) tu ſatis meminiſſe vix potes; quem videbant gregarii milites, qui ſub illo duce militarunt, non in caſtris, non in agmine, vix acie ipſa librum gravioris ſcriptoris alicujus de manibus unquam deponere: ut minus mirum ſit, ſi res illas geſſit pene puer, quas horrerent imperatores illi veteres, quibuſcum illi negotium fuit. Viderat ſcilicet eadem ſtudia atque exempla in patre ſuo. Nam patruos Odonem & Franciſcum, quos duo non gentis modo ſed etiam*

tiam orbis terræ lumina atque exempla eſſe pietatis ac virtutis omnis confiterentur etiam inimici, ſic meminiſſe per ætatem non poterat. Fuit igitur illius pater, avus tuus, tanta gloria rerum geſtarum vir, ac tam clarus foris, domeſticæ diſciplinæ ſanctitate non minus admirabilis. Memini ipſe, cum in tanta familia, aut potius in tanta hominum multitudine, non dictum, non factum animadverteretur, quod boni cujuſquam aures aut oculos poſſet offendere. Ipſum vero domi videbamus tempora diviſa ſic habere, ut quod è librorum divinorum lectione & auditione, quod è reliquis deinde neceſſariis negotiis aut publicis aut privatis illi ſupereſſet, id omne veterum ſapientum ſcriptis legendis impenderet. Sed hæc ex hiſtoria vitæ illius edita Latine à doctis & fide plenis hominibus tibi jam debent eſſe notiſſima. Exitum porro illius & audire & legere potuiſti ut ſit Galliæ pæne omnis interitus conſecutus. Quibus in malis tantis iram judicis ac vindicis Dei quis non vidit? quis non ſenſit? Sed reprimo me. Pacem & veniam à Deo petere debemus omnes, ut genti velit eſſe propitius, neve pati, ut Regno tanto tamque nobili, Gallici nominis & generis inimiciſſimi, noſtris diſſenſionibus, id quod nuper fecere, iterum inſultare poſſint. Ergo nunc redeo ad te; cui exemplis illis tuorum quis poſſit unquam graviora proponere? aut quid tu magis dies & noctes cogitare debeas, quid agere, quam ut illorum veſtigiis inſiſtas? illorum divinas virtutes imitere, quibus parem laudem conſequi poſſis? Mitto nunc illos, qui, dum gloriæ Dei ſic inſerviunt, illam ſunt ipſi gloriam ac memoriam conſecuti; quæ te etiam, ut Themiſtocli Tropæa Miltiadis aiunt ſomnos adimere ſolita, è ſomno puto jam ſæpius excitari. Quanquam ad bellicam laudem quid ego nunc te coner impellere? qui quam eſſes ejus cupidus oſtendiſti, ante quam decimum ætatis annum attigiſſes. Hiſpana claſſis ante ſexennium intra oſtium Garumnæ fluminis portum ceperat. Hic tu, quem Rex invictiſſimus paucis ante menſibus mari atque ora Aquitaniæ præfectum in locum

paren-

parentis tui demortui ſuffecerat, claſſi, quæ tibi Rupellæ intra triduum parata fuit, ipſe praeſſe voluiſti; & vix una nocte adventum tuum hoſtis effugit; cum ii qui tibi aderant primores civitatis, fortiſſimi viri, amorem pugnandi atque ardorem tuum, tum comitatem in ſingulis appellandis atque hortandis admirarentur omnes, quibus & in claſſe, & poſtea militibus in terram expoſitis, factus ſic ad imperandum viderere, ut, niſi quibus id quaſi à natura inſitum videretur generi veſtro, prodigium eſſe ducerent. Quod eo valere debebit, ut tu, non modo quid Rex, verum etiam quid Gallia omnis, quid hæc graviſſima civitas in primis, quid illi cives, qui & Regi tam fidelem tamque opportunam operam navare, & tibi ſic adeſſe & parere, & pro te ac vita tua ſuam vitam effundere parati fuerunt, quid expectent, & quid tu præſtare debeas, in poſterum ſemper cogites. Oſtenderas, antequam hinc in Regiam proficiſcerere, Lucullum Ciceronis *velle te legere, petieraſque à me, ut eum tibi exponerem; magnopere in eam cupiditatem induci te auctoritate* Plutarchi, *à quo librum illum valde laudatum meminiſſes. Dixi primo, præter illa quæ eſſent in eo obſcuriora, eſſe permulta ſic depravata, ut ea vel corrigi omnia, vel, ut ſunt, intelligi ſpes ulla eſſe non poſſet. Verum tamen cum viderem te vel hoc ipſo magis accendi, &, quod de Bruto Dictator Cæſar dicere ſolitus eſt, ſcirem te, quicquid velles, valde velle; cumque eam rationem contineat hic liber, quæ ad aliorum* Ciceronis *de Philoſophia librorum ſententiam intelligendam magnopere pertinet; cenſui gerendum tibi morem, ſi quidem ſpatium ad eam rem eſſe potuiſſet. Non potuit; juſſit enim te Rex ad ſe iter ſine mora ſuſcipere. In his tamen paucis, quæ legere una & conferre cœperamus, intelligere potuiſti qui fuerit mos Academiæ recentioris, cujus princeps Arceſilas fuit, quam duo ſummi viri* Cicero *&* Plutarchus, *quorum utriuſque te ſtudioſiſſimum vidi, tantopere probaverunt, Veri inveniendi cauſa contra omnia dicere; de omnibus aſſenſionem ſuſtinere;*

Digitized by Google

nere; quæ cæteri vera dicant, ea veriſimilia tantum eſſe concedere; quæ non minus tamen ipſi vel in cognitione rerum vel in agenda vita ſequantur, quam illi, qui vera eſſe defendunt: quam recte, non eſt hujus operæ dicere. Certe vidiſti, ut de officiis Cicero, *cum ſequeretur Stoïcos, quod illorum ratio in his ipſi videretur maxime veriſimilis, non minus quam illi, certa præcepta dederit. Ut igitur huic tuæ voluntati obtemperarem, ſperarem autem, quibus in locis nihil mutari deceret, neque tibi ſtudium tuum, neque* Vinicrii *tui operam atque induſtriam defuturam; quaſi tu jam de illis, qui depravati ſint, per epiſtolam quæſiviſſes, de his tibi reſpondere conſtitui, non librorum ſcriptorum ope fretus, ſed una conjectura, & quidem audaci plerumque, velut cum pro* * Sub nube ſolem non ferunt *ſcribo* Sub novis ſolem non ferunt; *multaque alia pro aliis æque nova, aut inaudita, quæ tu tamen velim ne repudies ante, quam argumenta quæ dicam expenderis. Elaborarunt in his corrigendis homines ætatis noſtræ doctiſſimi: in his* Dionyſius Lambinus. *Vix ullus fere locus eſt aut mendoſus, aut mendi ſuſpectus, quem non aut indicavit, aut etiam correxit. Itaque vidimus* Ciceronis *ab illo correcti libri ut brevi non ſolum in Gallicis urbibus, ſed in aliis extra Galliam prope infinitis, impreſſi ſint. Ad has correctiones quia te videbam crebro ſolere confugere, neque plus iis tribuere tamen, quam quantum ratione allata aliqua vera aut certe veriſimili tibi probatum eſſet; Ego quoque, qui, ut Timon de libris* Homeri *fertur Arato reſpondiſſe, veteres libros, quo minus correcti ſunt, plerumque eo minus correctionis egere exiſtimem; in his, niſi in quibus id nihil referre videretur, quid mihi vel probaretur, vel non probaretur, indicavi tibi, & rationem, quamobrem ita cenſerem, addidi; & ſimul* † *paginarum libri tui numeros adſcripſi, ut hæc noſtra, cum velles, cum doctiſſimi* Lambini *notis conferres, commodiuſque & facilius, ecquid ego ſtudio tuo opis attuliſſem, intelligeres. Vale. Rupellæ Kal. Decembribus.*

* Cap. 22. † Nos Lectoris commodo ſtudentes, capita, deletis editionis *Lambinianæ* paginarum numeris, adſcripſimus.

PETRI FABRI ARVERNI IN MARCI TULLII CICERONIS LUCULLUM COMMENTARIUS.

Marci *Tullii Ciceronis Academicarum quaſtionum editionis prima liber ſecundus*] Hæc inſcriptio, quæ legitur in pleriſque libris impreſſis, non eſt, opinor, Ciceronis. Ipſe in lib. XIII. epiſtolarum ad Atticum, (quo in libro librorum Academicorum toties mentionem facit, quippe illas epiſtolas tum ſcribebat, cum hos libros ſcripſit atque edidit) Academicam quæſtionem, Academicam *σύνταξιν*, & Academiam; Academicas vero quæſtiones, quod ſciam, nuſquam appellavit. Deinde, quæſtionem hanc omnem, ut conſtat è multis epiſtolis ejuſdem libri, explicavit ille quidem primum libris duobus Catulo & Lucullo, ſed brevi mutato conſilio, de duobus illis fecit quatuor, quos tribuit Marco Varroni. *Totam Academiam*, inquit in epiſt. XIII. ejus lib. *ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, transtulique ad noſtrum ſodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.* Duos illos igitur, qui nondum eſſent editi in vulgus, quoquo modo perire voluit. Attico illos deſcribendos dederat, cui in eadem epiſtola ſcribit, *Qua habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt* &c. Poſtea tamen, ut eſt in epiſtola ejus libri XXXI. etiam illos edi, & novis prooemiis ornari illi placuit. *Catulum* (inquit) *& Lucullum, ut opinor antea. His libris nova prooemia ſunt addita, quibus eorum uterque laudatur.* Huc addo, quod non omnium librorum hic una inſcriptio eſt: eſt enim in aliis, *M. Tullii Ciceronis Academicarum quaſtionum liber quartus, qui Lucullus inſcribitur.* Hanc inſcriptionem magis probat doctiſſimus Lambinus, quæ mihi vel multo minus probari poteſt. Nam quî Lucullus, qui de duobus illis à Cicerone numeratur ſecundus, appellari poſſit quartus eorum, quos Varroni miſit? Aliquando attendi Nonium, quem unum hujus inſcriptionis auctorem citant; deprehendi omnia, quæ ille profert ex quarto libro Academico in decem locis, neque his pluribus, inveniri in poſteriore libri parte, qua in diſputatione à Cicerone diſputationi Luculli reſpondetur, quæ in priore parte expoſita fuit: quas in duas partes etiam à Plutarcho dividitur hic liber in vita Luculli, ut dubitare non poſſimus hanc diſputationem poſteriorem in quartum librum ad Varronem incidere: nec mirari debemus illis in locis, ut rem eandem, ſic eadem verba remanſiſſe. Plutarchus certe de hac inſcriptione hoc ait: Λούκουλλος δὲ ἀναγέγραπται τὸ βιβλίον.

Digitized by Google

βιβλίον. Nihil amplius, ut nec Cicero ipſe hoc libro toties appellando quicquam prӕterea addit: quare ad veram inſcriptionem, *M. Tullii Ciceronis Lucullus*, Ego quoque nihil addiderim.

CAP. I. *Indocilem uſus diſciplinam*] Hoc genus loquendi viſum eſt inſolentius, credo, Lambino. Obſervarat fortaſſis *indocilis*, ut *docilis* & *docibilis*, uſitatius dici de eo qui diſcit, quam de re quӕ diſcitur. Tu ſi quӕris, *indocilem diſciplinam* ut hic Cicero dixerit; dixit, ut Apuleius poſtea in libro de philoſophia Platonis, *Plato juſtitiam artem vivendi putat, & nunc* docilem *eſſe, nunc uſu & experientia venire.* Aperta res, ut item experientiam & uſum arte non contineri. Cujus generis Rhetorica à Platone eſſe alicubi dicitur, qui illam ἄτεχνον τριβὴν, & ἄτεχνον ἐμπειρίαν appellare ſolet. Quod *docibilis* addidi, id veterum gloſſarum interpres doctiſſimus vertit non ſolum ἀδίδακτος, & ἀμαθὴς, ſed etiam διδακτικὸς, ut interpretatio Latina vetus, quӕ in epiſtola ſecunda ad Timotheum *docibilem* habet pro διδακτικον, neminem offendere debeat; non magis quam in Plauto *Orator impetrabilis*, aut in Virgilio *frigus penetrabile, telum penetrabile*, & ſexcenta ejuſmodi. Hic mihi per te liceat opinor ab iſtiuſmodi notarum brevitate recedere paulum, ac monere te, ut attendas diligentius, & quantum prӕſidii in literarum doctrina ſit imperatori futuro conſideres. Etenim quod ſcribitur hic à Cicerone de Lucullo, idem ex hiſtoria Grӕcorum de Xenophonte didicimus. Salluſtius, quem tu ſtudioſiſſime legebas, vides ut idem L. Syllӕ tribuat [in Jugurtha cap. 100.] *Sylla gentis patricia nobilis fuit; familia prope jam extincta majorum ignavia, litteris Grӕcis atque Latinis juxta, atque doctiſſimè eruditus.* Et paulo poſt, *Igitur Sylla poſtquam in caſtra Marii cum equitatu venit, rudis antea & ignarus belli, ſolertiſſimus omnium in paucis tempeſtatibus factus eſt.* Jam quӕ fuerit *uſus diſciplina*, quam hic Cicero appellat, ex hoc uno apparet, quod ait apud eundem hiſtoricum Marius in concione de ſe ac de nobilioribus, *Quӕ illi litteris, ego militando didici.* Et noſti cӕtera; quibus ex rebus intelligi licet cum duӕ res illӕ ſeparatim in laude Imperatoria tantum poſſint, quantus ille, qui fuerit ambas conſequutus, Imperator eſſe debeat. Sed hoc conſidera hic etiam, quantum inter Plutarchum & Ciceronem differat. Cicero Lucullum ait profectum ad bellum Mithridaticum poſt conſulatum, cum eſſet rei militaris rudis; Plutarchus multis annis antequam factus eſt Conſul, cum eſſet quӕſtor Syllӕ; illo Imperatore abſente nobiliſſimas eum victorias tres, duas de ducibus Mithridatis, tertiam de Mitylenӕis dicit reportaſſe. Hic vide etiam quanti referat, qui velit hiſtoriam ſcribere, interfuiſſe rebus ipſis, aut ab iis qui interfuerint idoneis auctoribus didiciſſe: quod ſe prӕſtitiſſe teſtatur ſummus ſcriptor Thucydides. Quӕ non eo dico, ut de ſummis viris detraham. Nam & Cicero quӕ hic ſcribit ex ipſius ore, aut litteris Luculli amiciſſimi & familiariſſimi ſui ſcire potuit: & Plutarchus iis ſcriptoribus credere neceſſe habuit, à quibus ſummi illius Imperatoris res geſtӕ fuiſſent & Grӕcis & Latinis litteris antea celebratӕ. Non enim illis objici poteſt, quod iis ſӕpe qui hiſtoriam regum ſcribant, quorum ipſi in poteſtate ac ditione ſunt, quibuſve qua re etiam obnoxii ſunt, quos veriſſime negat Pauſanias poſſe niſi ad illorum nutum ſcribere, aut iis adeo qui vel ignoti illis, ſpem prӕmiorum ſectantes, ultro ſuam operam illis offerunt. Cujuſmodi hiſtoricorum

ſtorum ætate noſtra quantus proventus extitit? quos tu homines cave credas unquam primæ legi illi hiſtoriæ quam Cicero refert, *Nequid falſi dicere audeat, deinde nequid veri non audeat*, parere in animum induxiſſe. At nunc non erat his locus, dixerit alius aliquis; at ego ſciebam quæ ad te nunc ſcriberem, ubicumque ea dicantur, tibi non ingrata fore. Ut redeam ad notas, quæ varietas in eadem pagina libri Lambini præterea notabatur in *percontando* & *percunctando*; utraque ſcriptura, ut videre eſt apud Feſtum, habet auctores. Ego *percontando* hic malim, quod Verrii, qui fuit Ciceronis ætati propior, auctoritate nititur. Neque in his *partim rebus geſtis legendis*, ut neque in his *quod hærebat in memoria*, video quicquam eſſe mutandum.

Totiuſque belli inſtrumentis & apparatu] In libris Victorianis (ſic appello etiam libros à Rob. Stephano Lutetiæ impreſſos ad eorum exemplum, quos paulo ante Florentiæ Victorius imprimendos curaviſſet) erat *inſtrumento & apparatu*; quæ ſcriptura longe commodior profecto eſt. Primum ſit illa uſitata Ciceroni ἐπεξήγησις commodiſſima, in qua, ſi *inſtrumentis* diceretur, *apparatibus* item dicendum fuit: neque aliud eſt hic *inſtrumento* unitatis appellatione, quam in libro primo de Finibus, ubi dicitur, *Quid enim opus tanto* inſtrumento *in optimis artibus comparandis?* Deinde *inſtrumentis* appellatione multitudinis valde ambigue dicatur, videaturque potius tamen valere quod in lib. II. de legibus, cum *inſtrumenta belli*, ὄργανα πολέμων vertit ex Platone; cum ſit potius *inſtrumentum* hic apparatus omnis, ut recte eſt in veteribus gloſſis interpretatum παντὸς πράγματος ἐφοδιασμός. Et definit Ulpianus Juriſconſultus in lege XII. de Inſtructo, vel inſtrumento legato, *Inſtrumentum eſt apparatus rerum*, & quæ ſequuntur: ne nunc exequar, *inſtrumenti* nomen quam multis in rebus dici ſoleat.

Abſuit ab oculis] *Afuit* reponit Lambinus; & ſic in Pandectis illis vetuſtis ſcriptum inveniri ſolet hoc verbum. Cornutus etiam & Vindex grammatici veteres negant B. ſonare ante F. ſcribique, *Offuit*, *offendunt*, *offerunt*. Sed cum in vetuſtiſſimis illis Terentii libris impreſſis doctiſſimorum hominum cura *obfuit*, & in Maronis item libris vetuſtiſſimis *abfuit* & *abfore* legatur, neque ea quiſquam mutaverit, ut cætera exempla hic mittam; ego nihil item hic muto, & conſuetudinem ſcribendi cenſeo potius temporibus immutatam, aut judicio ſcribentium. Adde quod Cicero ipſe cum *Abfero* & *Abfugio*, pro quibus veteres *Aufero* & *Aufugio* dicere maluerint, tantum excipit, de cæteris nihil eum hic præcipere ſatis apparet.

Cap. II. *Sed & pro* quæſtore *aliquot annos*] In ſuperiore capite dixerat: *In Aſiam* quæſtor *profectus ibi permultos annos*, &c. Et hic paulo poſt, *Cum eum ſecum &* quæſtor *habuit, & poſt aliquot annos imperator.* At infra, *Cum Alexandriæ* pro quæſtore *eſſem, fuit Antiochus mecum.* Quibus in locis in libris impreſſis à Car. Stephano *proquæſtor* aut *pro quæſtore* nuſquam impreſſum eſt, ſed *quæſtor*, quæ recta ſcriptura eſt, quia Lucullum à Sylla, cujus quæſtor erat, miſſum in Ægyptum ſcribit Plutarchus, ſimulque Alexandriæ eum apud Ptolemæum aliquandiu manſiſſe. Conſtat autem ex Appiani libro qui Mithridaticus inſcribitur, anno ipſo quo in Græciam Sylla trajecerat, à Sylla illum in Ægyptum miſſum. Cui igitur probabile ſit quæſtorem illum & proquæſtorem dici eodem anno præſertim, quo primum quæſtor in provinciam pro-

Digitized by Google

fectus eſt? At Sylla in Italiam reverſo, cum is ſucceſſorem Murænam in provincia reliquiſſet, etiam Murænæ diu quæſtor fuiſſe dictus eſt ſuperius: *Quæſtura diuturnum tempus, Muræna bellum in Ponto gerente, in Aſia pace conſumpſerat.*

Nec quicquam aliud videndum eſt nobis, quos populus Rom. in hoc gradu collocavit, niſi nequid privatis ſtudiis de opera publica detrahamus] Nihil in hoc graviſſimo præcepto mutandum eſt; nec verbum ullum commodius, quam *videndum eſt*, hic uſurpari potuit. Mittam exempla infinita. Meminiſti Senatuſconſulti ſummi illius, quod eſt in prima oratione in Catilinam: *Decrevit Senatus quondam ut L. Opimius Coſ. videret nequid reſp. detrimenti caperet.* Item apud Salluſtium. *Senatus decrevit, darent operam Coſſ. nequid Reſp. detrimenti caperet.* Hoc Cicero poſtea in Philipp. V. *Coſſ. provideant, ne quid Reſpubl. detrimenti capiat.* Non alia vis igitur fuit in Senatuſconſulto Opimiano verbi *videret*, atque in his poſterioribus *darent operam*, aut *provideant.* Neque verendum eſt ne *videndum eſt*, aut hic, aut in aliis locis quibuſdam ubi id cenſuit mutandum Lambinus, aliud ſit, atque *δεῖ σκοπεῖν ὅπως μὴ* apud Demoſthenem, atque alios, quos ſic ſolere hoc verbo uti, ut item verbo ὁρᾶν, notum grammaticis omnibus.

CAP. III. *Contra omnes dicere, qui ſcire ſibi videntur, ſolemus*] Urſinus hanc ſcripturam confirmat è libro veteri ſuo. Ego librorum Victorianorum, in quibus eſt *dicere qua videntur ſolemus*, ſcripturam illi longe antepono. Non enim contra eos, qui ſcire ſibi viderentur, ſolum, ſed contra omnes dicere ſolebant, qui quid diſputando defenderent. Ne longius abeam, in hoc ipſo libro dicetur infra *Veri inveniendi cauſa, contra omnia dicere oportere, & pro omnibus.* Et in lib. I. de Orat. *Mos erat patrius Academiæ adverſari ſemper omnibus in diſputando.* Et dicit Numenius de Carneade apud Euſebium lib. de præparatione ad Evangelium XIV. Καὶ πάντα ἀνεσκεύαζε τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα.

Niſi ut in utramque partem dicendo & audiendo eliciant] Emendatio Lambini & eorum librorum quos ille memorat, à quibus abeſt verbum *audiendo*, ſcriptura videri poteſt commoda: nam qui poſſit quis audiendo tantum alterius ſententiam elicere? Sed hunc morem Academiæ Cicero cum exponit in lib. I. de finibus, quomodo id fieret, aperte docuit. *Arceſilas* (inquit) *inſtituit, ut ii, qui ſe audire vellent, non de ſe quærerent, ſed ipſi dicerent, quid ſentirent; quod cum dixiſſent, Ille contra. Sed qui audiebant, quod poterant, defendebant ſententiam ſuam.*

Sed ut potuerunt omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis judicaverunt aut re ſemel audita ad unius ſe auctoritatem contulerunt] Grave mendum; lenius tamen quam ut docti homines tanto conatu id corrigerent; in una enim prope litera id omne poſitum fuit. Particula *aut* negatio erat, quæ conjunctio disjunctiva credita eſt. Hoc diſci potuit ab antiquis. Chariſius teſtatur *haud* cum *t* aliquando ſcripſiſſe veteres: ut ab illis item Velius & Cornutus adſpirationem in vocali ſolitam prætermitti. Servius etiam ambiguitatis hujus particulæ admonuit, ad illud lib. IX. Æneid. *Tantum fortuna ſecunda, Aut adverſa cadat*; ubi ille, aut *disjunctiva eſt, non negantis adverbium.* Ergo pro *aut* hoc loco *haud* ſive *haut* ſcribendum fuit. Deinde *potuerint* pro *potuerunt.* Id particula concedentis *ut* aperte atque adeo neceſſario poſtulabat. Poſtremo, verbum *judicare* quis non videat è

proximo

Digitized by Google

proximo repeti debere? Totus igitur locus ita & legendus & diſtinguendus eſt: *Nam quod dicunt omnia ſe credere ei, quem judicent fuiſſe ſapientem; probarem, ſi id rudes & indocti judicare potuiſſent. Statuere enim quis ſit ſapiens, vel maxime videtur eſſe ſapientis. Sed, ut potuerint, omnibus rebus auditis, cognitis etiam reliquorum ſententiis, haud re ſemel audita*, &c. Et ſane verum eſt: quis enim poſſit, non omnibus auditis cognitiſque ſententiis, judicare quæ ſit omnium earum optima? Commodius vero Lambinus reponit *quis ſit ſapiens* pro *quid ſit ſapiens*, cum eiſdem verbis repetatur proximum illud, *quem judicent fuiſſe ſapientem*; atque ita erat tamen etiam in impreſſis Victorianis. Cicero vertit pæne ad verbum è Xenophanis verbis, quæ refert in illius vita Laërtius: Σοφὸν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν ἐπιγνωσόμενον τὸν σοφόν. (lib. IX. §. 20.)

CAP. IV. *Si non fuerint, non* &c.] Hæc eſt bona locutio. Illius autem antiqui libri Lambini ſcriptura pretii nullius, *ſi non fuerit veritas*: tantum oſtendit illam alteram, quam ſequitur Lambinus, *ſi non fuerint vera*, eſſe ex interpretatione. Locus unus è Lælio, *Sunt iſta Læli*, &c. hanc litem dirimere potuit: quem locum ſi quis corrigere velit, ut correxere quidam; certe in primo lib. Academico neſcio qui corrigere audeat, *Sunt, inquam, iſta Varro. Nam nos* &c. Ubi Platonis verba ἔστι ταῦτα Cicero eiſdem verbis exprimit, ut vides: quibus, in ſimilibus reſponſionibus, locis pæne infinitis Plato utitur. Nec minus notum, quid apud Ariſtotelem valeat ὅτι ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστιν. Quin Cicero, ne nunc exempla aliunde repetam, in lib. II. de Orat. c. 38. non alia ſignificatione dixit: *Nam & omne quod eloquimur ſic, ut eſſe dicamus id, aut non eſſe: & ſi ſimpliciter dictum ſit, ſuſcipiunt Dialectici*, &c. quem tamen locum ubi leges tu, poteris meo periculo corrigere ac reſtituere alterum *eloquimur*, prætermiſſum à Librario, ut ſæpe fit ubi ſic idem verbum geminatum eſt; ut legatur ſic: *Nam omne quod eloquimur, eloquimur ſic, ut aut eſſe dicamus id, aut non eſſe.* Valde audacter, inquies. Ita eſt; ſed hoc docet ipſa ſententia, & definitio enuntiationis. Sic interpretatur alibi ἀξίωμα Cicero ex Stoïcorum ratione, qui quidem ſic definiunt apud Laërtium in Zenone, Ἀξίωμα ἐστὶν ὃ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος. Πρότασιν vocabant ſuperiores, ut ait Plutarchus in quæſtionibus Platonicis. Ariſtoteles περὶ ἑρμηνείας etiam ἀποφαντικὸν λόγον ſæpe vocat; ac definit φωνὴν σημαντικὴν, ὅτι ἔστιν, ἢ οὐκ ἔστι. Idem valet. Sed Ariſtotelis verba Cicero tamen hic ut vides magis exprimit. Similis aut etiam gravioris culpæ librariorum, in libello de optimo genere oratorum, exemplum habes, in his verbis cap. VII. *Cum eſſet lex Athenis, nequis populi ſcitum faceret, ut quiſquam corona donaretur in magiſtratu, prius quam rationes retuliſſet, & altera lex eos, qui à populo donarentur, in concione donari debere; quia in Senatu Demoſthenes curator muris reficiendis fuit, eoſque refecit pecunia ſua: de hoc igitur*, &c. Corrigebam olim, & legebam, *Qui à populo corona donaretur, in concione donari debere, Qui à Senatu in Senatu; Demoſthenes curator*, &c. qua conjectura tametſi nihil poterat eſſe certius, tamen cum poſtea venit in mentem legem apud Demoſthenem ipſum, apud Æſchinem, apud Libanium etiam inſpicere, ſic reperi Latina reſpondere Græcis ſingula ſingulis, ut me nimiæ tarditatis condemnarem, quod ad Græca illa non à principio confugeram. Verba legis ut videas quam apte & rotunde Cicero converterit;

Digitized by Google

verterit, hæc ſunt: Ἐὰν μὲν τινὰ ὁ δῆμος στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι· ἐὰν δὲ ἡ βουλὴ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Non dicam, ut hunc locum aut explicarint aut correxerint eruditiſſimi viri; Ipſe exiſtimare poſſis, qui non ſic reſtitutum legerunt, ut, quamvis magno labore, nihil tamen egerint.

Nec ſe tenuit, quin contra ſuum doctorem librum etiam ederet] Hic non ſit incommoda ſcriptura librorum illorum Lambini veterum: ſed quare ſit commodior, quam omnium impreſſorum? Quam ſi corrigere velimus, corrigamus eadem opera in epiſt. lib. XV. ad Atticum, *Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem in litteris declararem.* Terentius verbo compoſito dixit in Eunucho, *Vix me contineo, quin involem in capillum.*

CAP. V. *Repetunt jam à Pub. Valerio*] Vel hanc veram eſſe ſcripturam, vel quam Urſinus profert ex antiquo libro *Repetunt à P. Valerio*, ſatis conſtat exemplis quibus ob multitudinem ſuperſedendum puto. Quod autem *fratres* hic Lambinus tollit, nihil neceſſe eſt. Fuiſſe enim hos fratres ſcribunt nominatim Cicero & Gellius & Pomponius Juriſconſultus. Ad rem vero quod attinet, Craſſum faviſſe Gracchio ſuſpicari licet ex Plutarcho, qui de Scævola dicit aperte, ut hic Cicero, cum inducit Naſicam dicentem in Gracchis pag. 833. Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν &c.

Similiter vos cum perturbare, ut illi remp. ſic vos philoſophiam bene jam conſtitutam velitis] Nihil hic muto. Etſi pleonaſmus eſt hic non valde obvius; non tamen omnino diſſimilis eſt in illis verbis lib. II. de Oratore: *Reliqua, ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illa in perpetuis orationibus fuſa eſſe debebunt.* Plautus quidem Pſeudol. *Exoſſabo ego illum* (inquit) *ſimiliter itidem, ut murenam coquus.* Eadem fabula, *Cui homini herus eſt conſimilis velut ego habeo hujuſmodi* &c.

Quaſi mente incitati] Neque in his mutandum quicquam eſt. Sic infra dicet *Furorem incitatum.* Et in lib. I. de Divinatione, *Caſſandram divinantem mentis incitatione divina.* Ne ipſe quidem dubites; cui etiam in mentem hic veniſſe puto ejus, quod ego memini tibi dicere apud Cæſarem initio lib. I. de Bello civili, pro illo *in civitate*, quod tamdiu torquet doctiſſimos homines, *incitate* mihi legendum videri. Quod ipſe Cæſar adverbiis *raptim* atque *turbate* non multo poſt eum locum extulit: & *incitatius* ejus adverbii comparativus gradus ſæpius apud Ciceronem legitur.

CAP. VI. *Poſt autem confecta à Carneade*] Optime correxit Lambinus. Nam qui poſſit intelligi Arceſilæ ratio *confecta* à Carneade, qui fuit, ut hic dicitur, quartus ab Arceſila? Potuit etiam confirmare ex his verbis lib. I. de Nat. Deorum, *Hæc in philoſophia ratio contra omnia diſſerendi, profecta à Socrate, repetita ab Arceſila, confirmata à Carneade* &c. Convenit cum *confecta*; Id autem valebat idem quod *abſoluta*, ut in lib. II. de Finibus, *Neque appellatur omnino beata vita niſi confecta & abſoluta*; & aliis locis compluribus, ut etiam *Conficere* συντελεῖν veteres gloſſæ recte verterunt. Quod vero Carneadem quartum Cicero ab Arceſila, & hic & in I. Academico, numerat, aliquis id putet improbari Numenio, qui apud Euſebium in eo libro, quem paulo ante citavi, ubi Lacydæ, qui Arceſilæ in Schola ſucceſſerat, commemorat diſcipulos, ait, Ἐκ πάντων αὐτοῦ τῶν γνωρίμων, τὴν σχολὴν αὐτοῦ διεδέξατο Εὔανδρος, καὶ οἱ μετὰ τοῦτον, μεθ' οὓς Καρνεάδης.

Sed

Digitized by Google

Sed in Euſebio *μετὰ τούτου* pro *μετὰ τοῦτον* ſcribendum eſt. Etſi unum Teleclem ſucceſſorem cum Evandro reliquiſſe illum ſcribit Diogenes. Sic igitur illis hic probe cum Cicerone conveniet. *Egeſimum*, qui eſt Ἡγησῖνος Numenio, Diogeni, Suidæ, miror quod oblitus eſt corrigere Lambinus, quod doctiſſimus Turnebus ante correxerat. Adſpirationem oſtendi ſupra, cum de *haud* particula dicerem, veteres in multis prætermiſiſſe: inde error ille facile extiterit.

Ingenii non minus in hoc quam in Carneade eloquentia, in Melanthio Rhodio ſuavitatis] Qui pro *in hoc* legat *in Bione*, is conjecturam ſuam, quam videtur probare Lambinus, mihi neutiquam probet. Bionem conſtat ex Diogene Cratetem Academicum, cujus Arceſilas quoque diſcipulus fuit, audiviſſe primo; deinde Cynicum factum; poſtremo Theodoreum. Quare hic illum cum Carneade, aut cum Carneadis diſcipulis comparare nulla ratio eſt. Sed quod teſtatur idem Lambinus pro *in Carneade* eſſe in libris veteribus *in Thermada*, nos multum adjuvat: fuit enim verum in *Charmada*; pro quo etiam in Oratore hæſerat *Carneades*; ut nos doctiſſimus Victorius admonuit. Diſcipulum Carneadis hunc numerat etiam Suidas in voce Πλάτων, ubi tamen in meo libro impreſſo Mediolani minus integrum nomen remanſit ἁρμάδας pro Χαρμάδας. Is apud Euſebium & Sextum Empiricum, qui eum teſtatur de Rhetorica ſcripſiſſe, Χαρμάδας legitur. Vera igitur ſcriptura eſt, *Ingenii non minus in hoc, quam in Charmada eloquentia*, &c. Tres hic ait nobiliſſimos Carneadis auditores fuiſſe Clitomachum, Charmadam, & Melanthium. Jam Clitomacho ingenii acumen quin hic tribuat Cicero, ut proxime laudem induſtriæ, ne ipſe quidem dubitare nos ſinit, qui in hoc libro dicet infra, *Clitomachus homo acutus, ut Pœnus, & valde ſtudioſus & diligens.* Quod idem tribuerant illi veteres, ut eſt in Euſtathii commentariis in Dionyſium; à quibus dicitur illic, ut hic à Cicerone, Ὀξύτητι φύσεως, καὶ ἄκρᾳ μελέτῃ εἰς πολὺ σοφίας ἐληλακώς.

Quod nos nunc facere ingredimur] *Aggredimur*, quod reponit hic Lambinus, verbum aptum ſit, ſed non video cur ſit minus aptum illud quod ejicit. In lib. I. Academic. ad Varronem: *Poſteaquam ſum ingreſſus res eas, quas tecum ſimul didici, mandare monumentis.* Initio lib. II. de Divinat. *De divinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.* Liber Topicorum ſic incipit, *Majores nos res ſcribere ingreſſos.* Exempla infinita. Hoc igitur leve: illud durius, quod idem ſic male accipit hæc verba, *Nec vero eſſe ullam rationem diſputare.* Quam formulam Cicero ſic ſæpe uſurpat, quaſi videatur ab ejuſmodi correctionis periculo ſibi cavere voluiſſe. In hoc ipſo libro dicet, *Ironiam enim alterius perpetuam præſertim nulla fuit ratio perſequi.* Et in Orat. pro Cæcina, *Nullam eſſe rationem ejuſmodi occaſionem amittere.* Quem locum item ille, fruſtra tamen, corrigit. Alia exempla licet ex hoc eodem auctore proferre, ſed nihil eſt opinor neceſſe pluribus. *Nulla ratio eſt*, ἄλογόν ἐστι. Plato quem Cicero ſæpiſſime ſolet exprimere, dicit in Philebo, Ἄλογόν ἐστι μηδὲν ἀγαθὸν εἶναι. Quod item in Parmenide aliiſque in locis poſuit adjuncto verbo infinito, pro quo eodem οὐκ ἔχει λόγον, & οὐκ ἔχει φύσιν, & ille & alii ſolent dicere.

Ἐνάργεια ut Græci] *Enargia* recte ſcriptum in libris illis veteribus Lambini Latinis litteris: hac enim una ratione ratio Latini ſermonis conſtare hic poſſit, ut hic ablativus

cum comparativo *clarius* poſſit cohærere: ut item paulo poſt *phantaſia* cohæreat cum præpoſitione *pro*. Nam qui Plutarchi verbis, quibus ejuſmodi nominibus ille Ciceronem ſcribit uſum, id confirmari putant, nihil agunt. Plutarchus enim quomodo intelligi velit ſatis explicat iis quæ ſubjungit, Τὰ μὲν μεταφοραῖς, τὰ δ᾽ οἰκειότησιν ἄλλαις γνώριμα, καὶ προσήγορα μηχανησάμενος.

Dum nova quadam commovet] Verbum *commovet* neminem conturbare hic debuit; neque aliter hic accipi neceſſe eſt, quam verbo *κινῆσαι* in lib. III. de Rhetorica utitur Ariſtoteles, ubi de oratoris actione diſſerit. Ἤρξαντο μὲν οὖν κινῆσαι τὸ πρῶτον οἱ ποιηταί. Plato etiam, Ὅσον λόγον κινεῖτε, in v. lib. de Repub. & multis aliis locis. Alio verbo imitatus eſt Cicero in Bruto, cum dixit, *Longi ſermonis initium pepuliſti*, quod verbum non magis ibi corrigi debuit. De Philone autem hoc idem teſtantur Numenius apud Euſebium, & Sextus Empiricus in lib. I. Pyrrhonearum hypotypoſeων. Neque vero magis illa verba, *In id ipſum ſe induit*, ſuſpecta cuiquam eſſe debuerunt. Unde ſimile eſſet ductum, licuit videre apud multos; apud neminem tamen apertius, quam apud Ciceronem ipſum, qui in lib. III. accuſationis, *Hic videte*, inquit, *in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe unquam expediret*. In eodem libro, *Videte, ut, dum expedire ſeſe vult, induat*.

Cum enim ita negaret] In hoc loco, ut erat valde mendoſus, primum ἀκατάληπτον, aut καταληπτὸν legere haud magni referat. Utrumque, ut monuit Lambinus, dicatur non incommode. Deinde hæc definitio *viſi*, ex definitione Græca φαντασίας, ut eſt apud Diogenem in Zenone & apud Suidam ad verbum expreſſa, & ex iis, quæ de eadem re infra repetentur, recte à doctiſſimis viris antea emendata eſt, ut hic à Lambino ponitur. Etſi eſt mirum hunc errorem tam vetuſtum eſſe, ut in Auguſtini lib. II. in Academicos eiſdem verbis referatur. Cæterum, ut illa quæ jam dixi correcta ſint, ut ſunt, reſtant etiam quæ corrigenda diſtinguendave alio modo ſint. Hæc parentheſis nota comprehendenda ſic ſunt, *Id nos à Zenone definitum rectiſſime dicimus: qui enim poteſt quicquam comprehendi, ut plane confidas id perceptum cognitumque eſſe, quod eſt tale, quale vel falſum eſſe poſſit?* Redditio deinde, quam poſtulabat particula *cum*, unde hæc cœpit oratio, eſt in verbis, *Hoc cum infirmat tollitque Philo:* quaſi diceret, *Cum igitur*, aut *Cum inquam hoc infirmat*. Revocat enim ut fit Lectorem, poſt tam multa verba interjecta, ad illud unde cœperat. Hunc totum locum ſic explicat etiam Sextus in cap. XXXIII. ejus libri quem citavi proxime; & apud Euſebium Numenius.

CAP. VII. *Ut nemo ſit, qui non in ſenſibus ſui cujuſque generis judicium requirat acrius*] Lambinus & Urſinus teſtantur in quibuſdam libris hic abeſſe negationem. Ea rectiſſime abeſt. Conſtat ex eo quod paulo ante dixit, *Senſuum ita clara judicia & certa ſunt* &c. Et dicet inferius, *Si quis Deus te interroget, ſanis modo & integris ſenſibus, numquid amplius deſideres?* Quæ ſententia Stoïcorum & Antiochi eſt, qui nomine Academicus ex Academia vetere; re autem eſt, ut infra dicetur, germaniſſimus Stoïcus.

In quo Cyrenaïci ſolo putant veri eſſe judicium, quia ſentiatur] Hunc tactum Lucretius in libro II. *tactum animi*; Plutarchus initio lib. V. συμποσιακῶν, etiam διάνοιαν appellavit. *Sentiat* igitur hic aliquis, potius quam *ſentiatur*, putet eſſe legendum: cur enim tactus, ut cæteri quoque ſenſus, quos hic enumerat,

Digitized by Google

merat, quos ſentire dicit, non item dicatur *ſentire* probabilius quam *ſentiri?* Et ſane quæ ſentiuntur è ſententia Cyrenaïcorum ſunt permotiones animi duæ, & quidem ſolæ, dolor & voluptas. Diogenes in Ariſtippo, Δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν. Et Ariſtocles apud Euſebium ait illis eſſe μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Et de Ariſtippo nominatim, Τούτων ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. Id eſt, opinor, has permotiones aiebat ſolum ſentire nos. Niſi etiam intelligi poteſt paſſive dictum *Tactus doloris & voluptatis* pro *Voluptate ac dolore quibus afficimur*; ut in Orat. pro Cælio, *Si quem forte inveneritis, qui aſpernetur pulchritudinem, non odore, non tactu, non ſapore capiatur*, & quæ ſunt his ſimilia, ut & ſentire, & ſentiri ſignificet.

Ille deinceps equus eſt, ille canis] Hic locus inverſo verborum ordine, ut à Lambino invertitur, nihilo, ut videtur, factus eſt planior. Ut eſt, potuit ſatis intelligi. Lucullus è ratione Stoïcorum primum poſuit ea, quæ ſinguli ſenſus percipiant, quæ propria eorum cujuſque judicii ſunt, ut album ſenſus videndi; ſonus, aurium, & ita deinceps. Sequuntur quæ jam tenere nos animo dicit. Φαντασία efficit, quæ etiam αἴσθησις vocatur à Stoïcis ut Plutarchus quoque nos monet in lib. IV. de Placitis philoſophorum. Φαντασία ergo illa ab iis definitur apud eundem Plutarchum & alios, τύπωσις ἐν ψυχῇ. Alexander Aphrodiſienſis in lib. I. de animo, illa impreſſio in animo ut fiat, exponit his verbis: Ἄνθρωπος κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἐνεργῶν φαντασίας λαμβάνει, & quæ ſequuntur. Ubi ille oſtendit, ut hic Cicero, ex pluribus in animo impreſſis, & cuſtoditis, exempli gratia, albis, genus ipſum poſſe nos cognoſcere: ac viſo aliquo albo ſingulari dicere, hoc eſt album. Hic vocatur à Plutarcho primus modus illius impreſſionis. Huic igitur ſecundus erit Ciceroni tertius, quem adverbio *deinceps* intelligit; non de iis dicetur, quæ ſint propria ſenſuum ſingulorum, ſed de iis quæ vocant Græci κοινὰ αἰσθήματα, quæ communiter percipiuntur. Velut cum Socratem, aut Cleonem venientem, ut eſt apud Ariſtotelem, cernimus; non ſolum de colore judicat viſus, ſed etiam de magnitudine; cujus judicium eſt illi commune cum tactu; tum de motu, de ſtatu, de forma, de numero, quæ communia eidem cum cæteris ſenſibus. His igitur conjungendis fiunt enuntiationes, è quibus rationis concluſio componitur; ut hic ſubjungit, *Si homo eſt*; & quæ ſequuntur.

Sed ex multis animi perceptionibus conſtat] Nihil equidem eſt hic mutandum. Non poſſum tamen quin te moneam hæc ſumpta eſſe ex illa nota definitione Artis; cujus auctores vetus interpres Hermogenis Stoïcos eſſe teſtatus eſt. Τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Multo minus celem te tam ſtudioſum, ut Cicero illam definitionem in Latinum verterit neſcio quo in libro. Diomedes conſervavit initio lib. II. de Grammatica, ubi *Artem Tullius*, inquit ille, *hoc modo definivit. Ars eſt præceptionum exercitatarum collectio, ad unum exitum vitæ utilem pertinentium.* Apud interpretem Hermogenis tamen eſt, Ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων, ut apud Quintilianum lib. II. cap. XVII. *Ex perceptionibus coexercitatis.* Sed ut poſui, retulit teſtis hac in re non improbandus in libro qui inſcribitur περὶ παρασίτου, & ſcriptor multis nominibus laudandus Philo Judæus περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. Et Cicero in definitione Latina tam accurate converſa de Græca ita verum eſſe

auctor eſt locupletiſſimus. Sed in libris Diomedis impreſſis Lutetiæ malè eſt *praceptionum* pro *perceptionum.* Et apud Quintilianum ex eo quod citavi capite idem error tollendus eſt locis aliquot. Etiam *θεώρημα*, quod Lambinus annotavit, ſatis idem valere docuit eruditiſſimus ille interpres Hermogenis, qui hac ipſa definitione explicanda *θεωρήματα* & *καταλήψεις* promiſcue uſurpare ſolet. Nihil igitur in hac pagina, aut in ſequentibus duabus mutandum eſſe animadverti, ſed expreſſa de Græcis & converſa plurima, quæ tu & Vinicius conferre diligenter debebitis. Unus eſt locus hic *Itaque argumenti concluſio, qua eſt Grace ἀπόδειξις, ita definitur: Ratio, qua ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur adducit.* In quo valde attendas oportet an hæc definitio Stoïcorum ſatis expreſſa ſit ex illa quam refert in Zenone Diogenes, qui illos definire ait *τὴν ἀπόδειξιν, λόγον διὰ τῶν μᾶλλον καταλαμβανομένων τὸ ἧττον καταλαμβανόμενον περὶ πάντων.* Sic erat in libro meo impreſſo ab Henrico Stephano, in quo certe corrigendum eſt *περὶ πάντων* ac pro his duabus vocibus *περαίνοντα* reponendum.

CAP. IX. *Sapientique ſatis ſit non eſſe falſum*] Non magis hic addenda negatio fuit, quam in lib. I. de Finibus, cum de Epicuro dicit, *Nihil generoſum ſapit, atque magnificum:* quod tamen Lambinus libentius addita negatione legerit. Sed apud Maronem (ut fides fiat in verſu potiſſimum) in his quæ ſunt in lib. VII. *Nec veſtra feretur Fama levis, tantique aboleſcet gratia facti:* aut in his lib. III. *Nec prolem Auſoniam & Lavinia reſpicit arva*; quis mutare quicquam aut velit, aut poſſit? Quid autem facilius quam hic repetere negationem è proximo? Quod ſæpiſſime etiam & in lingua Græca & in Hebræa à Grammaticis vulgo obſervatum eſt.

CAP. X. *Qui lucem eripere conetur*] Nihil erat hic graviore animadverſione dignum. Lambinus conjecturam doctiſſimi Paſſeratii protulit admodum elegantem, & aptam verbis, quæ ſuperius poſita ſunt, *clariſſimis rebus tenebras obducere.* Verumtamen hæc quoque locutio ita Ciceroni probata eſt, ut ea quaſi pro trito communi ſermone proverbio videatur uſus; velut infra in hoc libro, *Non enim lucem eripimus.* Et paulo ante eum locum eadem re ſignificanda, *Errare eos qui dicerent, ab Academia ſenſus eripi.* Et lib. I. de Nat. Deorum, *Multis etiam ſenſi mirabile videri, eam nobis potiſſimum probatam eſſe Philoſophiam, qua lucem eriperet,* &c. Sumptum eſſe poteſt ex hiſtoria Cimmeriorum quibus adſpectum ſolis Deus ademiſſet, ut infra ex Homero dicturus eſt. Poteſt ex illo, quo Ariſto quoque eſt uſus Academicum refutans, ut hic Lucullus facit, *Τίς σ᾽ ἐτύφλωσεν; τίς σε ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς;* Quamquam Galenus in libello *περὶ ἀρίστης διδασκαλίας*, hoc etiam refert de novis Academicis, *Ἐνίοτε μὲν εἰς τοσοῦτον προάγουσι τὴν ἐποχὴν ὡς μηδὲ ἥλιον εἶναι καταληπτόν.* Sic dicet item infra, *Nec magis approbant nunc lucere:* & *Non magis aſſentiuntur, nec magis approbant nunc lucere.* Satis exemplorum: ex quibus etiam ſatis apparet in Epiſtola I. ad Atticum illud, *Si judicatum erit meridie non lucere*, de quo doctiſſimi viri tantopere contendunt, alio modo non debere ſcribi.

Quemadmodum prima viſa nos pellerent] *Prima* non magis hic Lambinum aut quemquam offendere debuit, quam apud Maronem in illis: *Cui prima frementem Fudit equum tellus*; aut, *Conſulis imperium hic*

Digitized by Google

hic primus ſævaſque ſecures Accipiet. Nec magis neceſſe fuit pro *nos* legere *eos*, ut referatur ad ſenſus: de ſenſibus enim nominatim ſubjungitur, *Tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus; mens enim ipſa*, &c. Illud fortaſſe magis animadvertendum, quod hic minus videtur ordo quem ſequuntur Stoïci ſervatus eſſe; quem ſervabit ipſe infrà, quo in loco *viſum* primum ponit; deinde *aſſenſum*; poſtremo *appetitionem*. *Primum* (inquit) *videri oportet, in quo ſit etiam aſſenſus: dicunt enim Stoïci ſenſus ipſos aſſenſus eſſe; quos quoniam appetitio conſequatur, actionem ſequi.* Et ſic Alexander, cui non minus videntur Stoïcorum quam Ariſtotelis fuiſſe decreta cognita, ait in lib. I. de animo, Ἕπεται μὲν οὖν τῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσις, ὥσπερ οὖν καὶ τῇ συγκαταθέσει ὁρμή. Sed Plutarchus in Colotem eundem ordinem poſuit, quem Cicero in his verbis, Τριῶν περὶ ψυχὴν κινημάτων ὄντων, φανταστικοῦ, καὶ ὁρμητικοῦ, καὶ συγκαταθετικοῦ. Quæ poſtea hoc eodem ordine omnia perſequitur, credo, quod ita conjunctè fiant poſteriores hi duo motus *Aſſenſus* & *Appetitio*, ut ratione quadam magis, quam tempore diſtinguantur.

Itaque alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur, aliqua ſic recondit, è quibus memoria oritur] Locus hic ut doctiſſimos viros fatigaverit, nihil eſt neceſſe dicere. Lambinus reliquit inane ſpatium, quod ipſe multis verbis explere conatus eſt; at ego una littera *C* hic plus eſſe exiſtimo; (nam particula *ſic*, quia ſine redditione eſt, hîc ferri nullo modo poteſt) quæ littera ſi in *A* mutetur, nihil quiſquam hic, opinor, aut deeſſe aut ſupereſſe dixerit. Cicero duo viſorum genera hic facit; alia quibus mens ſtatim utitur; alia quæ recondit, ut reſervet ſcilicet, & his utatur poſtea, cum erit uſus. Sic Plutarchus in libro, quem inſcripſit πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, dividit νοήσεις in κινουμένας, & ἐναποκειμένας, quæ verba Stoïcorum ſunt, quæ idem Plutarchus in ipſorum repugnantiis explicat, nominatim in verbis κίνησις & σχέσις: & Philo Judæus in lib. περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε, qui κίνησιν hic interpretatur ἐνέργειαν, ut σχέσιν ἠρεμίαν. Utrumque ſic oſtendit exemplo artificis, ut ſit artifex σχέσει, cum ex arte non agit, & κινήσει cum agit, nec reconditam mente modo tenet artem, ſed ea utitur: quomodo Cicero ipſe in lib. III. de Finibus κινήσεις, aut τὰ ἐν κινήσει vertit *quæ ſunt in effectu*; ut σχέσει *quæ ſunt ſine effectu*; ut hic φαντασίας (quas à Stoïcis etiam ἐννοίας Plutarchus appellari dicit, & appellat ipſe νοήσεις ut paulo ante retuli) κινουμένας, *viſa quibus mens ſtatim utitur*; ut ἀναποκειμένας *quæ recondit.* Aperta res; ipſe tamen addit *quaſi*, molliendæ metaphoræ cauſa, ſi cui verbum Latinum *recondit*, quod tamen Græco verbo proprie reſpondet, hic videretur durius: quod verbum ubi proprie dicatur à Latinis, notum. Lego igitur & quidem fidenter, *Alia viſa ſic arripit, ut his ſtatim utatur: alia quaſi recondit, è quibus memoria oritur.* Nam quod ex reconditis illis viſis memoriam oriri dicit, idem pæne eiſdem verbis dicit Alexander de illo viſo & quaſi nota impreſſa, quæ in animo relinquitur, quam τύπωσιν ſupra Stoïcos appellare diximus. Τῆς μνήμης, inquit, ἡμῖν σωζόμενον αἴτιον γίνεται τοιοῦτον ἐγκατάλειμμα, καὶ τὸν τοιοῦτον ὥσπερ τύπον φαντασίαν καλοῦσι. Et ſic Plutarchus ait apud Stoïcos μνήμας εἶναι μονίμους καὶ σχετικὰς τυπώσεις.

Ἐννοίας *tum* προλήψεις] Utrum hæc Græca nomina Græcis litteris an Latinis ſcribantur, hic haud magni, credo, retulerit. Et pronomen *iſtam*, quod ante κατάληψιν ait Lambinus

binus inveniri in libris ſcriptis, etiam in Victorianis impreſſis inveniebatur. Neque *per ſe* cur mutetur cauſa eſt, aut cur non ſic accipiatur, ut in II. libro de Finibus, ubi tam multis verbis idem dicitur, *Honeſtum quod per ſe, ſua vi, ſua natura, ſua ſponte ſit laudabile.* In pagina ſequenti miror item quod *proinde* vult legi idem Lambinus pro *perinde*, cum præſertim *perinde* Chariſius pro *proinde* apud Plautum dici annotaverit. *Perinde* hic aperte valet ὁμοίως, ut aliis in locis apud Ciceronem infinitis: *proinde* vero ſæpius τοίνυν: ut *itaque* apud Virgilium interpretatur Servius. Quod pro *perinde*, id eſt ὁμοίως, accipi, oſtendi poteſt etiam in verſu, ut apud Lucretium in lib. III. in extremo, *Si poſſent homines proinde ac ſentire videntur.* Rectiſſime igitur in veteribus gloſſis utraque particula utramque ſignificationem & adverbii ſimilitudinis & conjunctionis collectivæ, ut grammatici vocant, habere dicitur.

Qui omnia ſic incerta dicunt, ut ſtellarum numerus, par an impar ſit, neſciatur] Leve ſit fortaſſe, & prope ſupervacaneum, nihil mutandum hic fuiſſe, dicere: & *neſciatur* verbum eſſe, ut Priſcianus vocat, potentiale recte poſitum hic pro *ſciri non poteſt.* Nihil tamen reſtat monere te quaſi proverbium hoc valde tritum apud Græcos hic dici de his rebus, quæ ſunt à cognitione noſtra ac ſcientia remotiſſimæ: ſic Dei contra proprium eſſe in Pſalmo, ut ſtellarum & nomina & numerum ſciat.

CAP. XI. *Sive tu probabilem viſionem, ſive improbabilem & quæ non impediatur*] Ut ad hujus philoſophiæ rationem, & ad verba Græca & Latina minus trita aliquot, egregius erat hic locus: ita male à librariis, aut à lectoribus, aut à correctoribus acceptus eſt. Non hic diviſio eſt illa viſionis in probabilem & improbabilem, quomodo Lambinus accepit, ſed illius altera pars, id eſt, viſio probabilis dividitur in eam quæ ſit probabilis tantum; quam exponit ipſe paulo inferius, *Viſum, quod cuique occurrit, & primo quaſi aſpectu probabile videtur*; & eam quæ ſit probabilis ſimul & quæ non impediatur, quam inferius item exponit ſic, *Quod ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione viſum ſit.* Hoc ita eſſe doceant etiam Pyrrhoneorum Philoſophiæ quaſi rudera illa, quæ reſtant apud Græcos. Galenus in lib. IX. de Decretis Hippocratis & Platonis hanc eam ipſam diviſionem novorum Academicorum ſic refert, Ἀνάγεται δὲ ἐκ τούτων κρίσις εἰς φαντασίαν, ἃς οἱ νεώτεροι τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λέγουσιν, οὐ μόνον πιθανὴν, ἀλλὰ καὶ περιωδευμένην καὶ ἀπερίσπαστον. Sextus Empiricus lib. I. Pyrrhonearum hypotypoſεων paulo ſecus diſtinguit, & verbis tamen utitur eiſdem, quibus Græce Galenus, & quibus Latine Cicero. Ille igitur ut quidem eſt interpretatus Henricus Stephanus (Græcum enim adhuc mihi videre non licuit) *Præferunt igitur novi Academici ei phantaſia, quæ ſimpliciter eſt veriſimilis, eam, quæ eſt veriſimilis & περιωδευμένη· utrique autem harum eam, quæ eſt veriſimilis & περιωδευμένη & ἀπερίσπαστος.* Vides eadem verba. Stephanus ipſe vir de Græcis litteris & Latinis tam bene meritus, credo, ſi illi verborum Ciceronis veniſſet in mentem, maluiſſet hic *viſionem probabilem* quam *phantaſiam veriſimilem*, etſi res erat eadem, Latine dicere; neque tantillum hæſiſſet in verbis περιωδευμένη & ἀπερίσπαστος· potius ea ex hoc loco in ſuum Ciceronianum Lexicon retuliſſet. Quid enim aut potuit φαντασίαν πιθανὴν magis reddere, quam *viſionem probabilem*, aut μόνον, quod illi addunt.

duat, magis explicare, quam quod hic dicit, cum repetit, *Quod cuique occurrit, & primo quaſi adſpectu probabile videtur?* Deinde *probabilem & qua non impediatur* cum dicit; vertit πιθανὴν καὶ ἀπερίσπαστον, reliquit περιωδευμένην· quod poſtea cum repetit, reddit, ut jam diximus, *quod ex circumſpectione aliqua, & accurata conſideratione viſum ſit,* ἀπερίσπαστον reliquit; ut intelligatur ipſum utrumque pro eodem accipere: ut Galenus etiam περιωδευμένην & ἀπερίσπαστον conjuncte poſuit: ἀπερίσπαστον igitur eſt hic ἀνεμπόδιστον, ut Suidas etiam addita præpoſitione contrariæ ſignificationis ἀντιπερίσπασμα exponit ἐμπόδιον. Et Plutarchus in lib. περὶ ψυχῆς, cum dicit τὸν μόνιμον καὶ σχολαῖον καὶ ἀπερίσπαστον βίον, ut aliis pleriſque in locis, hoc nomine non aliter utitur. At περισπᾶν eſt in gloſſis veteribus *diſtrahere*; & quidem *diſtrahere* & *impedire* dici promiſcue unus locus apud Cæſarem primo libro de Bello Civili, quem tu attente legiſti, ſatis docere poterit: *Subjicitur Metellus Tribunus plebis ab inimicis Cæſaris, qui hanc rem* diſtrahat, *reliquaſque res, quas agere inſtituerat,* impediat. Ut nihil ſit apertius quam ἀπερισπάστως in epiſt. ad Corinth. 1. cap. 7. veterem interpretem, cum vertit *ſine impedimento*, optime atque eruditiſſime vertiſſe. Περιωδευμένην ut minus etiam dubites redditum ſic eſſe veriſſime, atque ego te hic quaſi Græce doceam; περίοδος eſt præter cætera ἡ τῆς γῆς περιήγησις, ut interpretantur veteres. Cicero lib. II. de finibus *regionum hiſtoriam* dixit; verbum ſcilicet geographis in uſu frequens, ut περίοδοι Eudoxi, Hecatæi, aliorum. Iidem verbo quoque περιοδεύειν utuntur pro περιηγεῖσθαι. Docet Euſtathius præfatione commentariorum in Dionyſium, id eſſe non modo καταγράφεσθαι & ἀναμετρεῖσθαι, *deſcribere ac metiri regiones*; ſed accipi etiam pro κατὰ λεπτὸν ἀφηγεῖσθαι, *ſingula accuratius exponere:* ut Cicero vertat *circumſpicere* & *accurate conſiderare*, eodem pertinet; & tu vides profecto jam pridem ſic debere ſcribi, *ſive probabilem & qua non impediatur.*

Eſſe aliquid perſpicui, verum illud quidem, impreſſum in animo] Non debuit corrigi. Idem Carneadi tribuit Numenius apud Euſebium. *Eſſe aliquid perſpicui.* Ille οὐ πάντα εἶναι ἄδηλα. *Verum illud quidem, neque id tamen percipi.* Ille de vero ſimul & falſo dicit idem his verbis, Τὸ γὰρ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς πράγμασιν εἶναι συγχωρῶν οὐδέτερον εἶναι βεβαίως καταλαμβάνεσθαι. Quod paulo poſt ſequitur, *Vere inaniterve moveatur*, in eo quidem videtur eſſe erratum; in quo ego *moveamur* pro *moveatur* libentius legerim: ut ejuſdem perſonæ verbis utatur in eadem comprehenſione verborum, *dicemus* & *moveamur*; ut etiam dixit ſuperius, *Quemadmodum prima viſa nos pellerent.* Alioqui *moveant* etiam commodum ſit, ut referatur ad illa *perſpicua* aut *impreſſa*. Proclivius tamen fuerit *moveamur*, & librarius mutare potuit, ut congrueret cum *videatur*, quod paulo ante poſitum fuit. Inanis autem motio quam hic dicit ea eſt, quam Plutarchus in lib. IV. de placitis vocat διάκενον ἑλκυσμόν.

Si magnam partem quidem] Sic bene legit Lambinus, & multa exempla Budæus in ſuis commentariis linguæ Græcæ è libris Ciceronis collegerat. Bene etiam legit idem Lambinus *Obſcurato*; ſic enim recitat Capella in libro primo, & cum ſequenti participio *oppreſſo* magis id convenit. Sed in his verbis, *aut ei ſenſus adimendus eſt, aut ea, quæ eſt in noſtra poteſtate, reddenda aſſenſio,* quod ait idem in libris illis vetuſtis eſſe hic *Credenda* pro *Reddenda*; nimis aperte ineptum hic verbum

illud

Digitized by Google

illud ſit: & quod reponendum ſuſpicatur ipſe *predenda* pro *deſerenda*, cum ſententia Ciceronis pugnat item apertiſſime. In disjunctione, ut vidiſti in Topicis, plus uno verum eſſe non poteſt. Ex hac Lambini correctione utrumque verum ſit. Quid enim hic differt, animali ſenſus adimere, & prodere, id eſt deſerere aſſenſum? cum præſertim ſenſus dicant Stoïci aſſenſus eſſe, ut infra dicturus eſt Cicero. At reddere id eſt tribuere aſſenſum animali, & eidem ſenſum adimere, ſic pugnant ſecum, ut, confirmato altero, alterum negari neceſſe ſit: *reddere* enim, tribuere & dare, ut apud Græcos ἀποδοῦναι, ſæpe ſignificat. Monuit etiam Marcellus Juriſconſultus in lege 94. de verborum ſignificatione. *Verbum* reddendi, inquit, *quamquam ſignificatum habet retro dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem*. Sic etiam eſt interpretatus Nonius apud Plautum, ut mittam alia exempla, & ſic in aliis quoque verbis multis *re* præpoſitionem abundare docuerunt grammatici veteres.

CAP. XII. *Eique quod viſum ſit aſſentiatur*] Conjecturam Lambini, qui legit *aſſentiri* pro *aſſentiatur*, probabilem efficit ordo rerum qui ſequitur, *qui aut viſum aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit*. Sed hunc ordinem non magis illi hic ſervare neceſſe fuit, quam fuerat ſupra in illis, *Quemadmodum prima viſa nos pellerent; deinde Appetitio ab his pulſa ſequeretur; tum ut ſenſus ad res percipiendas intenderemus*. De quo videor te ſatis illic admonuiſſe. Itaque non muto.

CAP. XIV. *Et horum luminibus utens oratio*] Uſitatius quidem dicatur, ut Lambinus corrigit, ſed neque hæc immutatio generis inuſitata eſt. In lib. IV. de Finibus, *Earum rerum*, inquit, *quam plurima, & quam maxima adipiſci*. Et infra in hoc libro, *Cum res occultiſſimas aperueris, juratuſque dixeris ea te comperiſſe*. Quamquam hoc quoque corrigebat Lambinus. Verum nimis multa hujus generis corrigenda iſto modo ſint. Apud Varronem in lib. I. de Re ruſt. *Circumciſis rebus, quæ non arbitror pertinere ad agriculturam*. Apud Salluſtium Bello Jugurthæ, ut vidiſti, *Abundantia earum rerum quæ prima mortales ducunt*. Infinita ſunt ejuſmodi apud Latinos & Græcos: qualia exempla apud Homerum Plutarchus multa eſſe docuit.

Quid enim dicere habeant] Lambinus hic delet *enim*, ut ſæpe alias. Non illi tum veniebat in mentem hanc particulam plerumque eſſe affirmantis adverbium, ut γὰρ apud Græcos. Docuerat Priſcianus in lib. XVI. & XVIII. & pluribus Budæus noſter in ſuis commentariis; in quibus particulis ejuſmodi tam accurate explicandis docuit vir ſummus, quantus earum, & quam multiplex eſſet uſus.

Quoniam vel illa vera definitio transferri non poſſit in falſum, quod ea definitione explicetur] Nihil hic corrigendum fuit. Hæc veræ definitionis ratio eſt, ut in Topicis præcipitur, *ut in aliam rem transferri non poſſit*. Tum illa verba, *cur illa vera definitio ſit*, repetit è proximo: & particula *quoniam* redditionem poſtulat, quæ nulla eſt hic, niſi in verbis, *quod ea definitione explicetur, id percipi poſſe*. Disjunctio autem, ſi, ut vult Lambinus, addatur ante hæc verba, meo judicio corrumpat omnia. Nam *vel*, quod eſt ante pronomen *illa*, non eſt disjunctio; ſed eam vim habet, quam *etiam*, ut multis aliis in locis. Varias hujus particulæ ſignificationes præter cæteros Nonius, & Diomedes, & Budæus noſter expoſuerunt.

Cumque

Digitized by Google

Cumque ipſa natura accurata orationis hoc profiteatur] Neque hic mutandum eſt quicquam; eſt enim hæc *oratio* nihil quam συλλογισμὸς, ut ab Ariſtotele definitur, & explicatur etiam à Gellio in lib. xv. cap. 26. *Ariſtoteles*, inquit ille, *quid Syllogiſmus eſſet his verbis definivit:* Λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. *Ejus definitionis non videbatur habere incommode interpretatio facta hoc modo. Syllogiſmus eſt oratio in qua conſenſis quibuſdam & conceſſis, aliud quid, quam quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt neceſſario conficitur.* Sic Gellius hic vertit λόγος: & ſic Apuleius etiam cum eandem illam definitionem exponeret: recte ſcilicet, ut hic Cicero. Quam enim in aliam rem definitio hic à Cicerone facta conveniat?

Deinde ibidem inter falſa viſa & vera] Adverbium *ibidem* Lambino videtur delendum, & abeſt à libro vetere Car. Stephani. Sed ex hoc loco omni ſatis apparet Academicos utrumque *ibidem*, id eſt in eadem diſputatione de viſis tradidiſſe, nec profecto magis appareat, aut gravius notetur eorum quæ ſumunt ipſi pro congruentibus inter ſe repugnantia, quam rebus ſic eodem loco expoſitis, quam ipſi non animadverterint. *

Nihil fecit] Ne hic quidem videtur quicquam eſſe corrigendum. Verbo *fecit* non aliter utitur in lib. v. Tuſcul. diſputationum cap. 5. *A. Tu ſiquid es facturus, nova aliqua conquiras oportet, iſta me minime movent*; præciſe dixit ut hic, pro eo quod eſt, *ſi es quid profecturus*, aut ſiquid eſt ſimile. Aliter dixit Plautus in Curcul. *Tametſi nihil fecit*, pro *tametſi nullum facinus fecit:* ut alibi apud eundem ſervulus improbus, cum à domino conſtringitur ob facinus, *quid feci*, inquit: ut Demoſthenes in Androtionem, τὸν οὐδὲν πεποιηκότα dixit item præciſe: ſed illa mitto.

Cap XV. *Parum defigunt animos in ea, quæ perſpicua ſunt, ut quanta luce ea circumfuſa ſint, poſſint agnoſcere*] Hic additur negatio nequicquam. Non enim aliud declarat *parum defigunt*, aliud *non defigunt*, ſi quidem recte Chariſius *parum* adverbium negandi interpretatus eſt, quomodo ſi ſit hic ſcriptum, nemo audeat, ut opinor, corrigere. Sed quod *in ſomnis* reponit idem Lambinus, bene corrigit. Unus Maro ſatis exemplorum tibi ſuppeditet. Servius tamen ad illud, *Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago*, dubitat an ſit Synæreſis *ſomnis* pro *ſomniis*, ut etiam alii apud Chariſium. Sed pace tantorum Grammaticorum dixerim, nihil neceſſe fuit ad illam rationem confugere. Græci, à quibus Latini acceperunt, ſic ἐν ὕπνοις dicunt. Plato Sophiſta: Τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάσματα. Ariſtoteles in libro quem περὶ ἐνυπνίων inſcripſit, Τὸ γὰρ ἐν ὕπνῳ φάντασμα ἐνύπνιον λέγομεν, inquit. Sic *in quiete*, & *ſecundum quietem* ſæpe dixit ipſe Cicero. Et hic poſt paucos verſus, *quæ vel furioſis vel dormientibus videntur:* ne alia adducam, in quibus ejuſmodi Synæreſi locus eſſe non poteſt.

Quærunt quonam modo] Verbum *quærunt* non cohæret cum ſuperioribus his *nam cum dicatis*. Itaque cum pro eo, quod legetur hic paulo poſt, *nonne inquiunt*, legatur in libris Victorianis, *nonne inquam*, quod longe eſt, ut mihi videtur, tutius;

* Cum *ibidem* deſit in *Pall. Aſcenſ.* & *Victor.* nos eam vocem cum *Grutero* prætermiſimus: nam *Fabri* ratio cur retineatur, non nimis videtur firma. *Davies.*

tu

Digitized by Google

pro hoc *quærunt* item ego legam *quæram*, litterarum ductibus nihil prope mutatis, ſententia recta & commoda.*

Cur non inter quæ nihil ſit omnino] Sane durius hic verbum ſimplex dicatur pro compoſito, ut valde ſit probabilis correctio Lambini reponentis *interſit*. Alioqui ſit ſubaudiendum *diſcriminis*, aut ſimile quid intelligendum. Quod autem idem pro *viſa vera illa* reponit *vera illa viſa*, ſit fortaſſe levius, & tamen ſic in libris Victorianis impreſſum fuit: ſed in illis, *Sed ut in his nihil interſit omnino*, nihil fuit neceſſe monere quicquam. Ut abſolvam brevi, adverbium *ut* adverbio *ſic* antecedenti commode reſpondeat: nequis etiam malit *ut* pro *ita ut*, quod ſæpe fit, accipere. Tum pro *nihil intereſſet qui* recte etiam erat in libris Victorianis impreſſis *nihil ut eſſet qui* &c.

Cur non ut plane nihil interſit] Locus obſcurior non attendenti ob particulam *ut*. Cujus tamen in ea ſignificatione Ciceroni uſus eſt frequentiſſimus. *Ut nihil interſit* valet *etiamſi nihil interſit*, dicatur plenius, ut concedamus nihil intereſſe. Confer ſequentia; & quæ annoto ad illa verba, *Ut ſibi ſint & ova ovorum, & apes apum ſimillima*, qui locus item immerito correctus eſt.

CAP. XVI. *Ut ſi lupi canibus ſimiles, eoſdem dicas ad extremum*] Verbum ſubſtantivum quam facile ſubaudiri ſoleat, nulli ignotum. Id neque addere hic opus fuit, neque eſt additum in his *eoſdem dicas ad extremum*: ubi (ut plene dicatur, verbum *eſſe* addendum ſit. Sententia nota, expreſſa etiam ex Platone, cujus eſt in Sophiſta, Προσέοικε καὶ κυνὶ λύκος ἀγριώτατος ἡμερωτάτῳ.

Simul ac ſeipſe commovit] Optima item hæc erat ſcriptura. Proverbium tritum ſermone ipſe in lib. III. de Oratore ſic extulit, *Facilius eſt currentem incitare, quam commovere languentem*. Et Lucretius in lib. IV. *Ergo animus cum ſeſe ita commovet ut velit ire*, cum dicit, qui verius poteſt oſtendere verbum *commovit* hic eſſe verbum aptiſſimum? Ductum etiam videri poteſt ex illo ritu commovendi ſacra bellis indicendis, ubi is, qui ancilia moveret, imperator in æde Martis ad bellum profecturus Martem precabatur, ut vigilaret. De eo ritu legendus tibi Servius ad illud Maronis è lib. VII. *Cum prima movent in prælia Martem*. Et initio lib. VIII. ad illud, *Utque impulit arma*. Hinc eſt illud Plauti, *Cum mea commovi ſacra*.

CAP. XVII. *Nec ſit in duobus aut pluribus nulla re differens ulla communitas*] Non bene reponitur hic à Lambino *nulla* pro *ulla*: facillimum enim erat repetere ex propinquo *Rerum natura non patitur*. Deinde vix cuiquam probari poſſit, quod pro *ut ſibi ſint* vult idem legere *At tibi ſint*. Eſt enim conceſſionis genus in quo particula *ut* ſæpiſſime, ut ſuperius admonui ad illa verba *Cur non, ut plane nihil interſit*, ſolet uſurpari. Proxime etiam in eadem re his verbis erat uſus *Concedentibus nobis* &c. Atque hoc idem Lucretius in lib. IV. item adverſus Academicos ſic plenius effert, *Et tamen hoc quoque uti concedam ſcire, at idipſum Quæram* &c.

Et eos quidem innumerabiles] Neque hic aſſentiar ei, qui hæc verba

* Prorſus aberravit vir doctiſſimus. *Dicatis* ad Stoicos ſpectat, contra quos diſputabant Academici. *Quærunt* ad ipſos Academicos. Ut nihil ſit mutandum. *Davies.*

delere velit. Quid enim vetat innumerabilibus mundis illis innumerabiles mundos pares eſſe dicere? Democriti quidem æmulus Epicurus apud Diogenem, *Κόσμοι*, inquit, *ἄπειροί εἰσιν οἵθ' ὅμοιοι οἵθ' ἀνόμοιοι.* Plutarchus lib. II. de plac. Philoſ. cap. I. *Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὁ τούτων μαθητὴς Μητρόδωρος, ἀπείρους κόσμους ἐν τῷ ἀπείρῳ κατὰ πᾶσαν περίστασιν.* Verum Cicero omnem dubitationem ſuſtulit, quod addidit, *Deinde poſtulas, ut ſi mundus ita ſit par alteri mundo* &c.

CAP. XVIII. *Nam nobis ſatis eſt ova illa internoſcere*] Addere hic de ſuo verbum *licere* videtur magnæ eſſe licentiæ. *Et ſatis eſt internoſcere* commodum eſt pro *ſatis eſt ſi internoſcamus*, ut apud Horatium in arte vidiſti præcipi, *Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata, dulcia ſunto. Non ſatis eſt eſſe* pro non ſatis eſt ſi ſint. Sic conjungunt etiam Græci verbum *ἀρκεῖ* cum verbo infinito, ut Xenophon lib. I. de dictis Socratis, *Ἀρκεῖ δ' αὐτοῖς γνῶναι.* Sed multus etiam hic fui. In his quæ ſequuntur, *Nihil enim magis aſſentiri poteſt hoc illud eſſe, quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet? habeo enim regulam*, multo plus eſt negotii: verba inculcare aut mutare, ut mutavit hic Lambinus, ſatis tutum non arbitror. Si quid auſim affirmare, tantum pro *poteſt* legam *potes*; & diſtinguam ſic *Nihil enim magis aſſentiri potes, hoc illud eſſe, quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet? Habeo enim* &c. quia ſentio dialogiſmum eſſe, in quo reſponſio illa, *Habeo enim regulam*, poſtulat, ut in priore parte legatur *potes*. Et particula *enim* ut accipiatur, docui ſupra ad illa verba, *Quid enim dicere habeant?* Academicus inducitur qui Lucullo hæc dicenti, *Nobis ſatis eſt ova illa internoſcere*, referat *Nihil enim*: quaſi reſponderet *Nihil eſt*, aut nihil eſt profecto: quomodo ille apud Terentium in Adelphis, *Quid aiunt? quid cenſes? nihil enim.* Deinde item ſibi Lucullus objicit etiam, quod Academicum quæſiturum ſciat, *Magis aſſentiri potes* &c. Ipſe reſpondet, *habeo enim regulam.* Significare autem vult ejuſmodi anthypophora non magis aſſentiri poſſe Lucullum hoc ovum ſcilicet eſſe illud ovum quod ſe dicat noſſe, quam ſi inter illa omnino nihil intereſſet.

CAP. XIX. *Ea te comperiſſe*] Nihil hic mutari debuiſſe docui ſupra ad illa verba cap. XIV. *Horum luminibus utens oratio.*

Caveres ne quis] Hic particulam *ne* dicas delendam, ſi te veteris interpretis Maronis moveat auctoritas, qui his verbis explicandis *Neque illum Flava Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo*, vetat nos apud Terentium legere *Cave ne te triſtem ſentiat.* Sic enim elatum dicit contrarium ſignificare, quia ſit utrumque prohibentis *Cave* & *ne*; duas autem negationes ſemper affirmare. Valde mirum tantæ auctoritatis Grammaticum id ita aſſeverare, cum & duas negationes ſæpe negare docuerit exemplis etiam Nonius, & hujuſmodi locutionem ſic probet conſuetudo: quis enim ferat, ſi quis reprehendat, aut corrigat in hoc Horatii verſu, *Vive, vale, cave ne titubes*: aut apud Ciceronem in lib. II. de divinatione, ubi Craſſus cum iret in Parthos, cumque Brunduſii exercitum imponeret, *Quidam*, inquit, *Caricas Cauno advectas vendens clamitabat, Cauneas. Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum caveret, ne iret.* Quæ idcirco addidi etiam, ut minus mirere, ſi multi hoc tempore multa in libris veterum corrigimus, quæ præſtiterit interdum, ſic illa, ut inveneramus, reliquiſſe.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXI. *Carneades nonnumquam ſecundum: & illud dabat aſſentiri aliquando*] In libris Victorianis & in vetere Cat. Stephani eſt *nonnumquam ſecundum illud dabat*. In eorum librorum ſententiam Lambinus corrigit; mihi contra hujus libri ſcriptura proba & vera eſſe videtur. Secundus concluſionis modus, ut vidiſti deſcriptum in Topicis, hic plenus eſt: *Si ulli rei ſapiens aſſentietur unquam, aliquando etiam opinabitur: nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei aſſentietur*. His verbis porro *primum* & *ſecundum* Stoïci ſolent uti in his concluſionum modis, quos in eodem libro illo exponit tam accurate Cicero; & Chryſippus apud Diogenem in Zenone, & alii multi. Græci vocant ἡγούμενον & πρῶτον primam partem connexi, ut ſecundam δεύτερον aut λῆγον, aut ἑπόμενον, quæ Cicero nunc *antecedens & conſequens*, nunc *primum & ſecundum*, nunc *primum & extremum* eiſdem quibus illi verbis exprimit. Hic tamen vocat *primum*, primam ſumptionem, id eſt totum connexum, ut etiam paulo poſt cum dicit, *Sed illud primum, ſapientem, ſi aſſenſurus eſſet, etiam opinaturum: ſecundum* autem ut Græci, quod erat poſtremum in connexo, *Nunquam autem opinabitur*: quæ eſt etiam ſecunda ſumptio in hac concluſione rationis. Jam Arceſilæ ratio tota eſt perfacilis. Is probabat concluſionem, id eſt συμπέρασμα, ut etiam in lib. III. de Finibus concluſionis rationis poſtremam partem illam ſic vocat: *Duorum autem*, inquit, *è quibus effecta concluſio eſt*. (Hoc dixi quod ſæpiſſime concluſionem rationis vocat, quam Græci συλλογισμὸν, aut ἀπόδειξιν) Concluſionem igitur hanc probat hoc ipſo quod ſumptiones duas, ex quibus ea efficitur, confirmat, id eſt, quaſi συγχωρεῖ, ſua ſententia comprobat, aut adeo confirmat rationibus allatis. In hoc autem convenit Arceſilas cum Zenone, qui primus omnium philoſophorum ſtatuit ſapientem nihil opinaturum. De Carneade res eſt item facillima; *nonnunquam probabat ſecundum*: id erat *Sapiens autem nunquam opinabitur*. *Nonnunquam* dicit, quia nonnunquam contrariam ſententiam probabat ut ſupra dixit: *Carneadem autem etiam heri audiebamus ſolitum eſſe delabi interdum, ut diceret opinaturum eſſe ſapientem*. Et paulo ante eum locum de aſſenſione, *In qua melius*, inquit, *ſibi conſtitit Arceſilas, ſi vera ſunt quæ de Carneade nonnulli exiſtimant*. Vides igitur Carneades quid hic probaret, & quomodo: vel potius quid ſimularet ſe probare. Id enim dicit infra Cicero ſe putare magis ab illo diſputatum, quam probatum, atque in eo ſe Clitomachum auctorem ſequi.

Ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque quæ percipi poſſunt] Ratio linguæ Latinæ atque ſententiæ plane hic conſtet, ſi pro *eaque* ſcriptum ſit *eiſque*. Error, ut puto, natus eſt è mutatione duarum literarum *i* & *s* in unam *a*, ita pro *eaque* commode & recte legatur *eiſque*. Nam ut emendatio margini adſcripta minus à me probetur, facit quod ne cum tanta quidem acceſſione verborum cum ſequente parentheſi (*ſi modo ea ſunt quædam, jam enim videbimus*) poſſit illi convenire. Probabilius corrigit Lambinus *tamen in præcipitem locum*; tametſi proclivius etiam fuerit librario erranti ex *tam in*, facere *tamen in* ob geminationem ſyllabæ prope ejuſdem *en* & *in*. Paulo inferius in verbis, *Quis inquam enim*, non probo correctionem. Verbum *inquam* commode eſſe additum, ſatis oſtendat quod proxime dixerat ipſe, *Sed prius pauca cum Antiocho* &c. nempe dicam.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXII. *Quod erant, qui illum gloria cauſa facerent ſperare*] Ne hic quidem, cur quid mutaretur, ulla cauſa fuit. Cur enim non æque bene hoc dicitur, atque illud in lib. I. de Nat. Deor. *Plato à Deo conſtrui atque ædificari mundum facit?* aut in eodem libro *Xenophon facit Socratem diſputantem* &c? Non colligam exempla in quibus *facere* dicunt pro fingere aut dicere, aut ſi quod aliud verbum declarat idem æque commode. Nam in Prologo Heautontimor. Terentii, *Qui nuper fecit ſervo currenti in via Deceſſe populum*; aliquis fortaſſe putet ambigue dictum vel de hiſtrione (quamquam Terentius id de poëta dixerit) qui agendo populum reipſa deceſſe de via fecerit; quomodo Lucretius dicit in lib. III. *Harmoniam Graij quam dicunt, quod faciat nos Vivere cum ſenſu.* Et idem aliis locis ita loquitur. Et Varro lib. III. de Re ruſt. cap. V. *Quod macreſcere facit volucres.* Et Salluſtius apud Senecam epiſt. 115. *Quæ audita Panormitanos dedere Romanis fecere.* Ut qui genus hoc loquendi Græcis tantum uſitatum Latiniſque inauditum monuit nos in Lexico nobili, illum oporteat horum locorum & aliorum ſimilium oblitum fuiſſe.

Ut enim ii, qui ſub nube Solem non ferunt, item ille cum aſtaret veterum, ut Mænianorum ſic Academicorum umbram ſecutus eſt] Mendum hic videre facile fuit. Alii aliter corrigunt. Ego locum video ex Romani fori locis emendari debere. Cicero ſimilitudinibus duabus utitur hac re exponenda. Poſterior eſt umbræ Mænianorum, ad umbram Academicorum veterum. In priore vero non minus apte comparatur Antiochus, cum adhuc in Academia nova eſt, ubi concurſum omnium Philoſophorum quaſi æſtum ferre non poteſt, cum iis, qui in ea fori parte, quæ *ſub novis* appellatur, cum ſolis æſtus non ferunt, ſub Mæniana ſe recipiunt. Nihil eſt igitur quod hic *ſub novis Solem non ferunt*, pro *ſub nube Solem non ferunt*, dubitemus ſcribere. Jam enim adſcribo te meæ ſententiæ; de qua, ut minus etiam dubites, addo illud Varronis è libro V. de lingua Lat. *Sub novis dicta pars in foro, quod vocabulum ejus pervetuſtum.* Cicero quoque hunc eundem locum ſic appellat in lib. II. de Orat. ut Plautus & Varro alium *ſub veteribus*, item circa forum. *Sub novis* autem, ut *ſub veteribus*, præciſe dictum: & ſubauditur *tabernis*. Livius libro III. De Virginio: *Seducit filiam ac nutricem prope Cluacinæ ad tabernas quibus* novis *eſt nomen*. Idem libro XLIV. de Tib. Sempronio Cenſore, *P. Africani*, inquit, *pone veteres ad Vortumni ſignum laneaſque & tabernas conjunctas in publicum emit* &c. Jam Mænium, qui domum in foro habuit, quod Mænianum ab eo dictum eſt, à quo etiam columna Mænia, ibi id genus ædificii primum inſtituiſſe conſtat è multis. Doctiſſimus interpres gloſſarum veterum duobus his nominibus ἐκθέτης & ἐξώστης promiſcue reddidit *Mænianum*, & *aggrundam*, & *ſuggrundam*, & *protectum*, & *projectum*, & *proſectionem*, quod in hujuſmodi opere ſcilicet tigna ultra tectum projicerentur, quo, ut eſt in epitoma Feſti, ampliarentur ſuperiora. Sed ut *ſub novis* non minus apta & vera ſimilitudine, quam Mæniana quæ in foro κατ' ἐξοχὴν appellantur; de quibus Plinius ſcribit lib. XXXV. cap. X. è diverſo *Mæniana*, inquit Varro, *omnia operiebat Serapionis tabula ſub veteribus*, hic dici nemo, opinor, negaverit; ſic ad librariorum lapſum quod attinet, nihil uſitatius illis, quam, cum eadem litera bis continenter ponitur, ut hic *in novis ſequente ſolem*, alterum ſ omittere. Facilius autem id fuit hic

[illegible] [illegible]

peccare, quod ex *novis* aut *noveis*, ut olim ſcribebant, factum eſt *nobeis*. Nam literis B. & V. ſunt aliquando uſi pæne promiſcue. Cujus conſuetudinis ſcriptores Pandectarum libri illius tam celebratæ vetuſtatis, ut mittam cæteros, innumerabilia exempla ſuppeditent. Qui error ne latius vagaretur, etiam de harum duarum literarum diſtinctione ſeparatim vetus Grammaticus ſcripſit Adamantius. Hoc pæne fui oblitus addere; conſtare vehementiores æſtus iis, quibus in foro verſari neceſſe eſſet, moleſtos admodum & noxios fuiſſe: cui malo remedium quis aliquando repererit, ſcribit Plinius lib. XIX. cap. I. his verbis: *Marcellus, Octavia ſorore Auguſti genitus, in ædilitate ſua, avunculo undecimum Conſule, Kal. Auguſti velis forum umbravit, ut ſalubrius litigatores conſiſterent.*

CAP. XXIII. *Illi cum res bonas tractent, ſimiles bonorum videri volunt*] Sic erat etiam in vetere libro Caroli Stephani. In Victorianis autem *Cum res non bonas tractent*, quos Lambinus in ſua correctione ſecutus eſt. Ego puto ita eſſe in Victorianis etiam ex correctione ejus, qui videret *res bonas* ferri hic nullo modo poſſe. At hujus libri ſcripturam propius à vera abeſſe exiſtimo: & librario fuit facilius ſcribere *bonas* pro *nobas* ex illa conſuetudine ſcribendi, quam proxime expoſui. Nihil, Rep. bene conſtituta, fuit unquam invidioſius, quam non modo tractatio, ſed etiam ſtudium novarum rerum. Legiſti oratione prima in Catilinam, *Servilium Ahala Sp. Malium rebus novis ſtudentem ſua manu occidit*; ut mittam exempla infinita. In philoſophia vult item invidioſum eſſe Arceſilæ novæ Academiæ principi, atque ejus æmulis, quod nova Academia inſtituenda ille exortus eſt, ut antea dixit, qui bene conſtitutam philoſophiam everteret. Quid ergo aut in Rep. aut in philoſophia bene conſtituta, aut ſeditioſis illis tribunis quos memoravit, aut novis Academicis quos cum illis comparavit, vel aptius vel gravius quam res novæ ab antiquis potuit objici?

Eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit nec tenebricoſos] Hoc eſt vel nimis aperte falſum. Democritus *verum eſſe plane negat*; *eſſe ſenſus quidem nec obſcuros dicit* &c. Certa ut mihi videbar conjectura reponam, *Hic obſcuros, hic tenebricoſos.* Et videbam in tam multis locis ob ſimilitudinem literarum H & N peccatum eſſe. Infra *Nicetas Syracuſius* aperto errore pro *Hicetas Syracuſius*. Et aliquanto poſt pro *Nunc proxime videntur accedere*, legendum etiam è libris ſcriptis, *Hæc proxime* &c. Et poſtea etiam pro *Hac tamen minus eleganter* legitur recte in vetuſtiſſimis impreſſis *Nec tamen* &c. Poſt incidi in ipſum Democriti locum, qui hic à Cicerone exprimitur. Henricus Stephanus cum aliis aliquot veterum philoſophorum locis, quos è Sexto Empirico maxime deſcripſerat, impreſſit. Ibi hæc verba ſunt Democriti, Γνώμης δὲ δύο εἰσὶν ἰδέαι, ἡ μὲν γνησίη, ἡ δὲ σκοτίη, καὶ σκοτίης μὲν τάδε σύμπαντα, ὄψις, ἀκοὴ, ὀδμὴ, γεῦσις, ψαῦσις. Et paulo poſt, Ὅταν ἡ σκοτίη μηκέτι δύνηται, μήτε ὁρᾷν ἐπ' ἔλαττον, μήτε ἀκούειν, μήτε ὀδμᾶσθαι, μήτε γεύεσθαι, μήτε ἐν τῇ ψαύσει αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ λεπτότερον. In hac diſputatione ejus philoſophi de ſenſibus omnibus eorumque judicio videre licet, ut Cicero hic σκοτίη verterit *ſenſus tenebricoſos*: hic ἐπὶ λεπτότερον *obſcuros*, ut in Arato λεπταὶ φαίνονται Χηλαὶ verterat *obſcuro corpore Chelæ*.

Sic enim appellat eos is, qui hune maxime eſt admiratus, Chius Metrodorus] Hoc non minus aperte falſum

ſum, quam illud ſuperius. Hæc particula *ſic*, ut nunc eſt, nullo modo cum præcedentibus aut cum ſequentibus cohærere poteſt. Referri autem debet ad Democritum, qui *ſic*, id eſt ut Cicero vertit in Latinum, *ſenſus obſcuros*, & *tenebricoſos* appellavit. Metrodori autem illa verba, quæ Cicero eiſdem verbis vertit, profert Ariſtocles Peripateticus apud Euſebium, ſic; Οὐδεὶς ἡμῶν οἶδεν· οὐδ᾽ αὐτὸ τοῦτο, πότερον οἴδαμεν, ἢ οὐκ οἴδαμεν. Citat etiam Diogenes in Anaxarcho. In quibus tamen verbis à Metrodoro ſenſuum ulla mentio facta non eſt. Sed Ariſtocles ait ibidem illum tribuere omnia ſenſibus contra quam Democritus fecerat. Γεγόνασι δέ τινες, inquit, οἱ ἀξιοῦντες τῇ αἰσθήσει καὶ ταῖς φαντασίαις μόναις δεῖν πιστεύειν· καὶ μὴν καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει. Epiphanius noſter in lib. III. adverſus hæreſes aliter ſenſiſſe videtur, ſic enim retulit, Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἔφη, μηδένα μηδὲν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ ταῦτα, ἃ δοκοῦμεν γινώσκειν ἀκριβῶς, οὐκ ἐπιστάμεθα· οὐδὲ ταῖς αἰσθήσεσι δεῖ προσέχειν· δοκήσει γάρ ἐστι τὰ πάντα. Hoc Metrodorus obſcurius alicubi fortaſſe dixerat, quod ſint poſtea alii aliter interpretati. Ariſtoclem probat, & ſequitur interpretem Euſebius: ad ſententiam Ciceronis videtur Epiphanius magis accedere. Qui enim ſic negat quicquam ſcire nos, is omne judicium adimit non modo ſenſibus, ut Democritus, ſed etiam menti & rationi, quod ille relinquebat. Id enim erat Democrito γνώμη γνησίη. Ut ut ſit, ſatis profecto conſtat, hunc locum legendum & diſtinguendum ſic eſſe, *Hic tenebricoſos: ſic enim appellat eos is qui hunc maxime eſt admiratus Chius Metrodorus initio libri, qui eſt de natura: Nego*, inquit, *ſcire nos*, & quæ ſequuntur.

CAP. XXIV. *Videorne tibi non ut Saturninus nominare modo illuſtres homines, ſed etiam imitari nunquam niſi clarum*] Non moror hic Lambini libros illos ſcriptos; neque illius emendationem ſatis probare poſſum. Sententia eſt minus obſcura, quam verba ipſa. Seditioſos homines dixerat ſupra, cum res novas tractarent, ſolitos ex antiquis eſſe claros & nobiles viros nominare, quos ſuæ ſententiæ auctores habere ſe dicerent. Hic Saturninum, vel ſeditioſiſſimum tribunorum, exempli gratia appellat pro ſeditioſis omnibus, qui ſe neminem niſi clarum, niſi nobilem imitari dixerit. In verbis autem una tantum litera peccatum eſt à librario: pro *nunquam* enim ſcribendum fuit *num quem*, aut conjuncte *nunquem*. *Nunquis* enim ait Priſcianus compoſitum eſſe ut *ecquis*. Utrumque rectum ſit.

Quam multa ille contra ſenſus quam multa contra omnia quæ in conſuetudine probantur diſſolvit?] Turpe erratum & grave: miror non eſſe animadverſum, aut notatum; peccatum tamen eſt duntaxat in diſtinctionibus. Diſtinguendum ergo, & legendum, *Quam multa ille contra ſenſus? quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur? Diſſolvit idem: mihi quidem non videtur: ſed diſſolverit ſane* &c. Nihil hoc dialogiſmo atque anteoccupatione planius. Sic infra dicet, *Hæc Chryſippea ſunt, ne ab ipſo quidem diſſoluta.* Et Plutarchus in libro de repugnantiis Stoïcorum, ubi Stoïcos de Chryſippo in his eiſdem rebus gloriari dicit, ſic aperte hunc locum expoſuit, atque eiſdem verbis: Ἐπὶ δὲ τοῖς κατὰ συνηθείας ἐκδοθεῖσιν οὕτω κομῶσι καὶ μεγαληγοροῦσιν, ὥστε τοὺς πάντων ὁμοῦ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν εἰς ταυτὸ συμφορηθέντας λόγους οὐκ ἀξίους εἶναι παραβαλεῖν οἷς Χρύσιππος ἔγραψεν εἰς διαβολὴν τῶν αἰσθήσεων &c. quæ etiam inferius repetet omnia Cicero. De quo item Galenus lib. IV. decretorum Hippocratis &

Platonis: Μήτε ἐπιχειρήσειν ὅλως πρὸς τῶν παλαιῶν εἰρημένα διαλύσασθαι, καὶ πρὸς αὐτὴν διαφέρεται.

Quid Cyrenai videntur minime contempti philoſophi?] Sic recte eſt etiam in impreſſis à Carolo Stephano. *Mihi* quidem erat additum in Victorianis, ut vult legi Lambinus; ſed abſque eo pronomine acrior eſt & habet plus gravitatis oratio, ubi eos non ſibi minime contemptos dicit, ſed omnibus. *Cyrenaïci* autem hi dicti ſunt ſupra, ſed non video cur non recte dicantur etiam *Cyrenaï*, ut Straboni in lib. XVII. Οἱ Κυρηναῖοι, item aliis: qui ſunt etiam οἱ ἀπὸ Κυρήνης. Ex eo porro quod proxime dixerat *furere tibi Empedocles videtur*; verbum *ſentire*, aut tale quid ἐξ ἀναλόγου audiendum eſt.

Nemo inquam ſuperiorum] Non tutius, opinor, hic mutat verbum *inquam* Lambinus, quam in illis verbis *quis inquam enim*, quæ ſupra indicavimus. Neutrubi enim id mutandum fuit.

Ille credo nihil opinatur] Alii *opinaturum* legi volunt. Ego nihil muto; vel facilius eſt intelligi verbum *inquit*, aut *reſpondet*, aut aliud ſimile. In definitione autem *viſi* bene *effictum* pro *effectum* reponit Lambinus. Eſt enim expreſſum è Græco ἐκμεμαγμένον, quod verbum in hac definitione poſuerat Zeno.

CAP. XXV. *Quod ne id facere poſſes*] Vox *id* Lambino probari hic minus poterat: ego non mutem; quod ea interdum vel ornatur tantum, vel expletur oratio. Sic interpretatur nominatim Donatus apud Terentium in illis, *Id amabo adjuta, quo id fiat facilius:* aliiſque item locis oſtendit id pronomen abundare ſæpius: vel, ſic expreſſit Cicero utrumque antecedens, ut Grammatici vocant, & relativum; quo modo in lib. IV. Tuſculanarum diſputationum, *Quid eſt enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?* aut quomodo Plautus in Trinummo de furibus illis inſignibus, quos ibi memorat, *Quorum eorumun ut ſurripuit currenti curſori ſolum.* Et multa ſunt ejuſmodi apud ipſum Ciceronem.

Maneant illa omnia; lacerat iſta cauſa; veraces ſuos ſenſus eſſe dicit. Igitur] Hic de doctorum hominum conjectura nihil dicam. Mihi error omnis videtur eſſe in uno verbo *lacerat*; iſque natus è ſimilitudine litteræ *i.* cum littera *l.* quas plerumque vix liceat internoſcere, & litterarum B. & R. quarum item magna ſimilitudo eſt in libris qui majoribus his, id eſt Latinis, litteris ſcripti etiam hoc tempore reperiuntur. Pro illis igitur L & R. reſcribam I & B. & erit *Jacebat iſta cauſa.* Si, inquit, hoc teneo, ut maneant & fixa ſint omnia illa, quæ heri diximus, videbas ipſe jacere iſtam cauſam. Verbum *maneant* in ejuſmodi re admodum frequens: quomodo apud Græcos Plato in Sophiſta dicit Μενέτω ὁμολογηθέν. Sic ſæpe alias; nihil opus exemplis. Verbi item *jacere* uſus in hac re frequentiſſimus. *Jacebat iſta cauſa*, hic valet afflicta iſta erat. & labefactata defenſio. Sic infra dicet in hoc libro, *Vides profecto jacere illud perſpicuitatis patrocinium.* Sic alibi, *Leges nihil valent, jacent judicia.* Et ſic Græci etiam verbo κεῖσθαι ſolent uti. Plato in Philebo oſtendit, unde ductum ſit: Ἐμοίγε δοκεῖ νοῦν μὲν ἡδονὴ σοι πεπτωκέναι καθάπερεὶ πληγέντα ὑπὸ τῶν νῦν δὴ λόγων· τῶν γὰρ νικητηρίων πέρι μαχομένη κεῖται. In qua ſignificatione apud Homerum pro ἀπερχατεῖν ſæpe dicitur, & quidem ſemper in pejorem partem, ut veteribus obſervatum eſt. Sed hoc etiam mittam: nam hoc verbum ex hoc loco movere nefas puto, ſive *jacebat* legi-

legendum erit, ſive *jacebit* in futuro, quod valde hic conveniat illud quidem: ſed ullam rem mutare niſi in re neceſſaria & aperta haud ſatis tutum. Illud autem, *veraces ſuos ſenſus eſſe dicit: igitur ſemper auctorem habes*, rectum ſic eſt. Eſt enim anthypophora, qualis infra erit, *Cautum eſt, inquit:* & Philippica 11. *Vide inquit ne veteranos offendas*. Hic ergo quaſi alius quis, qui id pro Lucullo dicat, inducitur. Reſpondet Cicero, atque addit illi ſocium Epicurum, ut auctore tam levi vel magis ei ſententiæ fidem deroget.

Hoc eſt verum eſſe, confidere ſuis teſtibus, & importune inſiſtere?] Sic lego cum interrogatione. Negat verum eſſe docere ſuis modo teſtibus. Paulus Juriſconſ. in lege 24. De teſtibus, cum dicit, *Teſtes eos, quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit*, oſtendit quid hic licuerit antiquo jure. Qui in hac lege explicanda occupati fuerunt noſtra ætate magni juriſconſulti, eorum explicationem hic locus multum adjuvare potuit: ut is item qui eſt in præfatione lib. IV. ad Herennium, *Non igitur ridiculus ſit, ſi quis in lite aut in judicio domeſticis teſtibus pugnet?* In oratione pro Flacco teſtes è domo Lælii accuſatoris prodiiſſe dicuntur, etiam externi: ſed hic res ſpectatur, ut communi apud Græcos proverbio notata eſt, Οἴκοθεν ὁ μάρτυς. Ergo domeſtici teſtes, aut ſui intelliguntur, non ſolum qui ſocietate domus aut propinquitatis, ſed etiam qui familiaritate juncti ſunt: ut ii quos Cononi Demoſthenes objicit, Συμπόται καὶ πολλῶν τοιούτων ἔργων κοινωνοί· qui ſe ultro mutuis inter ſe teſtimoniis adjuturos prædicent, Οὐ γὰρ ἡμεῖς μαρτυρήσομεν ἀλλήλοις; οὐ γὰρ ταῦθ' ἑταίρων ἐστὶ καὶ φίλων? *Suas* autem *teſtes* eo magis appellare ſenſus, eoſque improbare, hic videtur, quod eos Heraclitus apud Sextum ſic & appellat, & vituperat, Κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα &c.

Timagoras Epicureus negat ſibi unquam, cum oculum torſiſſet, duas ex lucerna flammulas eſſe viſas] Lambinus ait veterem librum habere *flamulas* unica *m*. Non eſt inuſitatum in libris: manſit ex conſuetudine antiqua Ennij & aliorum illius ætatis, quos teſtatur ſæpe Feſtus non geminaſſe conſonantes. In verbo *torſiſſet* aliquis plus negotii repererit, quod Ariſtoteles problemate XVII. partis 31. contra videtur quærere, Διὰ τί εἰς τὸ πλάγιον κινοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν οὐ φαίνεται δύο τὸ ἕν; Deinde Lucretius item Epicureus reſpondens, ut tum reſpondebat Timagoras, iis, qui fidem detraherent ſenſibus, non torquendo oculum id fieri dicit, ſed premendo. *At ſi forte oculo manus uni ſubdita ſubter Preſſit, cum quodam ſenſu fit, uti videantur Omnia, quæ tuimur, fieri tum bina tuendo; Bina lucernarum florentia lumina flammis; Binaque per totas ædes geminare ſupellex; Et duplices hominum facies, & corpora bina.* Id ita fieri dixerat item Ariſtoteles in problemate XXXI. partis 3. cum, ab ebriis, quæreretur, cur bina cernantur quæ ſint ſingula, Ταυτὰ δὲ τοῦτο γίνεται καὶ ἐὰν τις κάτωθεν πιέσῃ τὴν ὄψιν. Hoc etiam poſuit in problemate XXI. ejuſdem partis, ut & in partis XXXI. problemate 7, & 17. & de inſomniis. Hoc autem, *Bina cernere oculum cum torquetur*, ubi dixerit, non memini; ut valde veriſimile ſit in re tam celebrata non ſolum in Epicurum atque ab Epicureis, ſed etiam à ſuperioribus, hunc Timagoram eodem verbo πιέσῃ, id eſt, *preſſerit*, ut exemplo, uſum fuiſſe. Nam furioſi cur ita videant, *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas*, ſatis cauſæ inſit in ipſo furore.

Ego Catuli Cumanum ex hoc loco video. Pompeianum non cerno] Hanc ſcripturam, quam eſſe teſtatur Urſinus in illo libro, quem ipſe valde probat, veram exiſtimo; & vix *Cumanam regionem* pro *Cumanum* dici credibile eſt, præſertim cum ſubjungat, *Pompeianum non cerno*, niſi quis putet in aliis male *regionem* ſcriptum fuiſſe pro *è regione*, quod etiam probabile ſit.

At ille neſcio qui, qui in ſcholis nominari ſolet, mille & octingenta ſtadia quod abeſſet, videbat] Haud ſcio an Plinius hunc locum intelligi velit in lib. VII. cap. XXI. *Cicero*, inquit ille, *tradidit fuiſſe, qui pervideret* 135. *m. paſs.* In alterutro error eſt in numero. Mille & octingenta enim ſtadia valent 225. m. paſs. Strabo etiam in lib. VI. alium numerum ſequitur. Plutarchus adverſus Stoïcos hoc ait ſpatium maris fuiſſe tantum, quantum naves unius diei noctiſque itinere conficerent.

Dicit me acrius videre, quam ullos piſces] Nihil erat, cur hic repudiaretur *acrius*, pro eo quod ὀξύτερον· ni quis item reprehendat in lib. II. de Finibus, *Oculorum*, inquit Plato, *eſt ſenſus in nobis acerrimus*: quod eſt verſum ex Phædro Ὄψις ἡμῖν ὀξυτάτη. Plutarchus etiam Platonis hæc verba & profert & explicat in libello qui eſt περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον. Et ſic in lib. III. de Orat. *Tranſlatio, quæ quidem ſumpta ratione eſt, ad ſenſus ipſos admovetur, maxime oculorum, qui eſt ſenſus acerrimus.* Et paulo poſt, *Illa vero oculorum multo acriora* &c. Cur tam multa dico de re facili? Ne ſuſpicere poſſe hic accidere, quod in lib. XII. de Legib. ejuſdem Platonis, Ελέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα· quæ Cicero cum verteret in ſuarum legum lib. II. pro illo εὐχερὲς *caſtum* reddidit, quod interpretes tam multi non injuria inexplicabile eſſe repererunt. Teſtati ſunt id etiam pluribus doctiſſimi viri Joachimus Camerarius, & Henricus Stephanus. Ego loci hujus emendationem debeo Clementi Alexandrino, qui in Stromate V. & in Pædagogi lib. II. illum integrum protulit, ut Euſebius in lib. III. de præparatione Evangelii; ut Theodoretus, qui omnes hic non εὐχερὲς, ſed, ut Cicero & legit & vertit, εὐαγὲς è Platone deſcripſerunt: ut miter locum tam inſignem ac tam celebratum à Chriſtianis ſcriptoribus doctiſſimis, ſic depravatum in libris Platonis tam diu jacuiſſe.

CAP. XXVI. *Solem Mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant majorem eſſe quam terram*] Magna de ea re diſſenſio eſt inter Mathematicos veteres. Hanc tamen veram eſſe ſcripturam teſtimonio eſt vetus interpres Arati ad illud, Ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολῆς ἀποτέμνεται αὐγὴ &c. Ἥλιος, inquit, παρὰ τοῖς Μαθηματικοῖς ἐπιστεύθη τῆς γῆς ὀκτωκαιδεκαπλασίων εἶν. Achilles etiam vetus Mathematicus in ejuſdem poëtæ phænomena ait eſſe qui dicant undeviginti partibus eſſe majorem: illa autem, ut ſcis, quam ponit Ptolemæus, quem pleriqne ſequuntur, immanis eſt magnitudo.

Quam haberet M. Cotta, qui bis cum Gemino conſul fuit, agnoſcendo ejuſmodi notam] In libro ſcripto Urſini eſt *in C. Cotta.* C. Aurelium Cottam conſtat vel è faſtis cum P. Servilio Gemino conſulem fuiſſe A. U. DI. & DVI. Marcum vero Cottam cum P. Servilio neminem. Non eſt dubium, quin Cicero C. Cottam illum hic intelligat: ſed in libris impreſſis tantum mutem litteram M. ut C. quod eſt in libro Urſini: cur enim prænomen Cottæ adderet, Gemini relinqueret? niſi pro M. ſcribam *in* ante *agnoſcendo*; eoquo

magis

magis quod in libro veteri Caroli Stephani erat *In* ante M. ut item in libro Urſini ante C.

Lyſippus eodem ære, eadem temperatione, eodem cælo, aqua] Bene Lambinus hic nos admonet, ut quæramus, quid *aqua* nomen valeat. Unus tamen Plutarchi locus è libro de defectu oraculorum ſatis docere id potuit in diſputatione de nobilitata ſede illa Crateræ quæ haberet, inquit ille, αἰτίας ὑλικὰς πῦρ καὶ σίδηρον· καὶ μάλαξιν διὰ πυρός. καὶ δὲ ὕδατος βαφήν. Idem paulo poſt illa verba etiam quid ignis, quid aqua hic afferat, exponit pluribus. Nec refert quod illud ferreum, hoc autem æneum eſt opus, de quo Cicero loquitur: ut enim ferri, ſic æris βαφὴν, ſive βάψιν etiam Pollux eſſe docet in lib. VII. Præſtare autem hic aquam aquæ oſtenderat idem Plutarchus in eodem libro hoc exemplo ſatis, Περὶ δὲ τοῦ Κύδνου, καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Τάρσῳ μαχαίρας, ὦ φίλε Δημήτριε, σοῦ λέγοντος ἠκούομεν, ὡς ὁ Κύδνος ἐκκαθαίρει σίδηρον ἐκεῖνον &c. Atque aliud exemplum ſubjungit idem auctor de aqua Alphæi, quo diſcrimen illud, etſi in alia re, non minus oſtenditur. Quod ſi quæris etiam *eodem cælo* cur addiderit, id quoque ſatis docet idem in libro qui inſcribitur, περὶ τοῦ μὴ χρᾶν νῦν ἔμμετρα τὴν Πυθίαν, ubi multis exequitur, quid Delphis æneis ſignis aër, quod hic *cælum* dicitur, pulchritudinis ac nitoris afferat.

CAP. XXVII. *Ipſum ſibi reſpondentem inferiorem fuiſſe*] Plutarchus in libro de repugnantiis Stoïcorum hoc pæne ad verbum effert ſic, Βελτίους αὐτὴν συμβαίνει τῇ συνηθείᾳ καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἐνδεέστερος γέγονεν αὑτοῦ. Plenius ſcilicet; verum explere Ciceronis orationem haud ſatis tutum arbitror: & nihil facilius quam hic ſubaudire *ſeipſe* poſt *inferiorem*, ex eo quod dixit *Ipſum ſibi reſpondentem*. Locus collatus eſt pluribus cum Plutarcho ſupra ad illa verba, *Quam multa ille contra ſenſus* &c.

Et qui experrectus ſit, eum ſomniare; & cujus furor conſederit, putare non fuiſſe ea vera, quæ eſſent ſibi viſa in furore] Bene ratio linguæ hic conſtet, ſi legatur *ſomnia* deleta ſyllaba *re*, nata fortaſſis è ſequenti & ob ſimilitudinem. Conjunxit enim cum *putare* & poſt, cum idem dicit, *Experrectus enim potuit illa viſa, ut erant, putare & ſomnia.*

CAP. XXVIII. *Incende, incende*] Non auſim improbare hoc verbum, Fortaſſis enim furias ipſe Alcmæo jam mente captus alloquitur. In his verbis *Cærulea incincta igni incendunt*, *Incedunt* erat in vetere libro Car. Stephani, quod magis conveniat cum ſequenti verſu. Plutarchus tamen in Colotem ex Alcmæone, ut videtur, citat, Αἱ δέ με δαφοινοὶ μελανείμονες ὄμμα πυροῦσι.

Arcum auratum Luna innixus] Non mutem. *Luna* dixit pro *arcu ipſo Lunato*. Eadem metaphora Naſo, *Lunavitque genu ſinuoſum fortiter arcum:* ex eo, quod primum Luna cernitur *curvata in cornua*, ut loquitur Plinius. Et ſic *Lunatum ferramentum* vocat Columella, quod ita curvatum ſit, Nihil opus pluribus.

CAP. XXIX. *Sed quid profitit*] Nihil moror hic correctiones. Sic paulo ante tertia perſona dixit, *Cautum eſt, inquit*. Et dicet paulo poſt, *Nihil me lædit, inquit*. Et plura exempla vide ſupra ad verba illa cap. 25. *Veraces ſuos ſenſus eſſe dicit.*

Quæ nec augendi nec minuendi quid primum ſit aut poſtremum docet] Ut nihil mutem, eadem formula dictum exiſtimo, qua in lib. III. de

 Finibus,

Finibus, *Ex quo intelligi debet principium ductum eſſe à ſe diligendi:* aut ut in II. de Orat. *Id in quarto loco quærendi poſueramus.*

Quicquid enuntietur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum] Sic definiunt ἀξίωμα Stoïci, ut eorum verbis annotavi ſupra ad illa verba *Si non fuerint:* & verbis eiſdem in lib. I. Tuſcul. diſputationum ipſe definit. Quod etiam *enuntiatum* & *enuntiationem* vocat in lib. de Fato. Ἀξίωμα autem hic tam late patet Stoïcis, ut multis docet Proclus lib. III. in Euclidem, quam πρότασις Ariſtoteli; cui ἀξίωμα dicitur, ut Geometris, de iis enuntiatis, quæ ſic certa ſunt, ut probationis non egeant: quas etiam κοινὰς ἐννοίας vocant; quarum apud Euclidem exempla vidiſti. Jam non eſt quod vereare, ne ſit error hic in nomine *effatum*, quod auctore Gellio in lib. XVI. cap. VIII. Cicero videatur uno nomine Latino duntaxat Græcum nomen reddidiſſe; quod tam multis, ut ſuperius oſtendi, reddiderit: quod Varro etiam *profatum* & *proloquium* vertit. Gellii ſit hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα potius: qui etiam Græcum ἡμιόλιος negat in lib. XVIII. cap. XIV. vocabulum Latinum habere, cum id Cicero *ſeſquialterum* in Timæo ſæpius, & *ſeſquiplex* in Oratore vertiſſet. Idem Gellius in lib. V. cap. XX. *Nos,* inquit, *neque ſolœciſmum, neque barbariſmum apud Græcorum idoneos adhuc invenimus.* At *ſolœciſmum* & Ariſtoteles uſurpat; & Theophraſtus & Chryſippus, ut eſt apud Diogenem, de ſolœciſmis ſeparatim libros ſcripſerunt: quod eo non dixi, ut te à tam erudito ſcriptore legendo deterream; multo autem minus, ut hoc illi referam, pro eo quod ipſe μνημονικὸν ἁμάρτημα Ciceronis, quamvis leve, tamen notet in lib. XV. cap. VI. qualia apud doctiſſimos animadverſa multa: ſed ut hoc tu advertas, ac videas ex his, quæ negat Gellius, affirmare te poſſe facta, quæ facta memineris: affirmare autem aliquid non eſſe, quoniam tu id non memineris, quam periculoſum ſit.

Incomprehenſa & non percepta] Verecundius poſcebat in lib. I. ad Varronem, ut καταληπτὸν ſibi liceret *Comprehenſibile* dicere. Hic non videtur eſſe auſus *incomprehenſibilia* dicere pro ἀκατάληπτα, dixit *incomprehenſa.* In Timæo tamen cum ἄλυτα vertiſſet *indiſſoluta*, paucis verſibus poſt ἄλυτοι vertit *indiſſolubiles.* Quomodo autem hic *incomprehenſa & non percepta*, & in Timæo *indiſſoluta* dixit, ſic apud Salluſtium *corruptum* & *infectum* uſurpatum tu meminiſſe debes, & à doctis hominibus obſervatum eſt.

CAP. XXX. *Cederet ſcilicet*] Sic recte erat in libris Victorianis & Car. Stephani. Verbum *cedere*, id eſt, εἴκειν, in ea re valde tritum Stoïcis. Plutarchus in libro de illorum repugnantiis, Ἂν μὲν ἀλλήλοις εἴκωσι. Et eadem pag. Αἷς τὸ μὲν μάχεσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ εἴκειν ἐγκλητὸν ὄν. Item ibidem, Οὐ συγκαταπιθεμένων, ἔτι εἰκόντων, &c.

Tribunum aliquem cenſeo adeant] Miminiſti, credo, illud Livii de Appio jus dicente in lib. III. *Poſtquam, omiſſis rebus pro unius cura, nemo adibat, domum ſe recepit.* Et ſic in epiſtola ſecunda libri primi ad Quintum fratrem prætores *adiri* dicuntur: ſic arbitri: ſed hic Tribuni adeuntur atque appellantur, cum auxilium ab iis petitur adverſus eos qui jus dicunt. Exemplorum ſatis una oratio pro Quinctio ſuppeditet. Res nota. In libris tamen Victorianis *videant* eſt pro *adeant.* Ne hoc quidem ſit dictum incommode: ſic enim dicitur, ut in epiſtola ad Atticum lib. XIV. Ep. 21. *talaria videamus,*

Digitized by Google

amus, id eſt, *paremus*, ut eſt in Plauto: quem etiam in hoc verbo citat Varro in lib. VI. de lingua Latina, *Iuſta, para, cura, vide quod opus ſit.*

Quam ſit cautus is, quem iſti tardum putant] Verum & rectum. Quid enim magis conveniat cum ratione quam ſubjungit? *Si enim*, inquit, *alterutrum conceſſero* &c. Illud autem paulo inferius, *Si recte concluſit teneo*, recte corrigit Lambinus. Et *concluſi* in prima perſona rectum eſſe declarat, quod dicit ſe cauſam obtinere, ſi recta ea tua concluſio ſit. Apparet, in litteris eiſdem repetendis aut prætermittendis librarii quam facile peccare ſoleant.

CAP. XXXI. *Alia viſa eſſe quæ percipi poſſint, alia quæ non poſſint*] Quoniam hæc diviſio Stoïcorum eſt, ut in Zenone Diogenes teſtatur, & Galenus in lib. IX. de Decretis Hippocratis & Platonis, Carneadi autem ſunt incomprehenſa omnia, id eſt, ἀκατάληπτα ἅπαντα, ut ait Ariſtocles apud Euſebium, & ſæpius idem hoc in libro à Cicerone dicitur, facile ſuſpicetur quis hic aliquid eſſe mendi. Nihil eſt. Supra dixit Lucullus cum Academicos refelleret, illos etiam componere artem quandam, & *viſorum*, inquit, *& vim & genera definiunt, in his quale ſit id, quod percipi & comprehendi poſſit, totidem verbis quot Stoïci.* Deinde verbum *eſſe* uſitatum pro *dici* monuit etiam Priſcianus in lib. XVIII. Et Donatus eodem pæne verbo apud Terentium in illis, *Quem ſemper te eſſe dictitaſti*, *nominari* interpretatur, idque moris antiquorum eſſe dicit.

Etenim is, qui à vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probibalia] *A nobis*, ait Urſinus, *habet liber ſcriptus, & magis placet.* Sane recte illi magis placet: nam *à vobis* hic ferri nullo modo poteſt: ſapiens enim Stoïcorum, quos hic alloquitur hic Academicus, nunquam opinatur, quod à Zenone primo omnium philoſophorum conſtitutum fuiſſe alibi in hoc libro dictum eſt: at ab Academicis ſapiens inducitur is qui ſequitur, ut infra dicetur, *probabilitatem ubicunque ea occurrat*, & quæ ſequuntur.

Neque tamen habere inſignem illam & propriam percipiendi notam] Nihil hic moveri debuit. Hoc dicit. Multa, quæ vera videntur, non habere tamen ejuſmodi notam. Hoc idem pagina proxime ſequente ita dicet, *Illud ſit diſputatum non ineſſe in his propriam, quæ nuſquam alibi eſſet, veri & certi notam.*

CAP. XXXII. *Academicis placere, eſſe rerum ejuſmodi diſſimilitudines*] Optime correxiſſe Paſſeratium ex conjectura, & poſtea Urſinum libris auctoribus, & poſuiſſe *ejuſmodi ſimilitudines*, docet Plutarchus in iis quæ ſcribit in Stoïcos, ubi illos Academicis ait in jurgio ſolere hoc idem objicere, ὡς πάντα πράγματα συγχέουσι ταῖς ἀπαραλλαξίαις, cum ſit ἀπαραλλαξία illa non aliud, quam cum res rei ſic par ac ſimilis eſt, ut eæ nullo diſcrimine ſeparentur; ut infra dicetur, *Quoniam vera a falſis nullo diſcrimine ſeparantur.* Quod eo etiam adſcripſi, ne te forte deciperent auctores theſauri illius tam laborioſi, de lingua Latina vel optime meriti viri, qui in hoc loco *nullo diſcrimine* interpretantur *facile*. Sententia eſt plane contraria, *facile ſeparantur*, & *nullo diſcrimine*, id eſt, *nulla diſſimilitudine*, propriave nota, & non cum aliis communi *ſeparantur*: ubi commodiſſime ἀπαραλλαξία exprimitur. Error autem hic natus erat è repetitione ejuſdem ſyllabæ *Di*; quod peccatum in aliis notavimus pæne infinitis.

Nec

Digitized by Google

Nec ut placeat eum qui de rebus omnibus contineat ſe ab aſſentiendo, moveri tamen & agere aliquid, reliquit ejuſmodi viſa] Locus hic erat quidem valde mendoſus, ſed qui leviori mutatione tamen poſſet emendari. Litterarum *h* & *n* ſimilitudo quam multos locos in hoc libro corrupiſſet, oſtendi ſupra ad illa verba cap. 23. *Nec obſcuros, nec tenebricoſos.* In hoc quoque loco igitur pro *nec* repono *hic*. *Hic* autem eſt Clitomachus, qui in hac diſputatione *reliquit ejuſmodi viſa* &c. *Ut placeat* vero, pro *quomodo*, *qua ratione placeat*, illis videlicet, minime obſcurum.

Cap. XXXIII. *Mare flavum*] Non corrigo: etſi *ravum* legit Nonius. Is enim æque indiligens hic eſt, atque in cæteris quoque verbis hujus loci, aliiſque item locis compluribus referendis. Itaque potius aſſentior Ciceronis libris, & Ennio & Pacuvio, qui apud Gellium lib. II. cap. xxvi. *mare* vocant *marmor flavum*, & *aquam*, *flavam*.

Diſſimileque eſt proximo ei continenti] Non muto, nec video, cur non rectum id ſit dicere, mare quod albeſcit eſſe diſſimile proximo quod ei continens eſt. Ariſtoteles certe probl. xxxiii. partis 23. ſatis opinor doceat, Καὶ θαλάτταν, inquit, τὸ μὲν ἐγγὺς, λευκὸν, τὸ δὲ πόῤῥωθεν κυανοῦν καὶ μέλαν. *

Ut nobismetipſis placet] Vir doctiſſimus reponebat *vobiſmetipſis*. Facit ut dicam mihi nihil mutandum videri. Anthypophora eſt optima. Objicis, inquit, decretum hoc noſtrum eſſe, *Falſum quod ſit, percipi non poſſe* &c. Hoc decretum tribuerat ſupra Lucullus Academicis, his verbis, *Ex his duo putat ſibi concedi; neque enim quiſquam repugnat. Ea ſunt hæc; quæ viſa falſa ſunt, percipi ea non poſſe* &c.

Et facile eſſe ei locum] Repetendum *remittas* ἀπὸ κοινοῦ. De reliquo hæc ſcriptura longe melior eſt quam ea, quam ſequitur doctiſſimus Urſinus, *& facias*, pro *& facile*. Conferendum & quod ſupra dixit Lucullus, *Memoria quidem certe, quæ non modo philoſophiam, ſed omnis vitæ uſum omneſque artes una maxime continet, nihil omnino loci relinquitur* &c.

Vera eſſe auſpicia haruſpicum, oracula, ſomnia, vaticinationes] Quibus in rebus haruſpicina verſetur, exponit Cicero in lib. II. de Divinatione ſic: *Sed quoniam de extis & fulguribus ſatis eſt diſputatum, oſtenta reſtant, ut tota haruſpicina ſit pertractata.* Hic igitur, ſiquidem ſint auſpicia haruſpicum, contra quam illo in loco dividit, auſpicia illa, quæ proprie appellata ſunt ab avibus ſpeciendis, & ſummæ ſunt auctoritatis, præterierit, ut malus augur ſcilicet. At in eodem illo libro pertractata parte de oſtentis, quæ erat haruſpicinæ ultima, addit *Auſpicia reſtant*. Itaque de auſpiciis magna diſputatio ſequitur ibi, quare hic *haruſpicia* pro *haruſpicum* ſcribendum puto. Error ex acceſſione tituli ſupra litteram A. facile exiſtere potuit.

Cap. XXXIV. *Vide ſuperiora*] Nihil hic verius emendatione Lambini. Error item, apertum, unde ſit. Verba ſunt ex notatione ejus qui nos moneret, ut hanc Ciceronis diſputationem cum ſuperiore Luculli conferremus; ea librarius Ciceronis eſſe credidit. Perſimile exemplum habes in lib. I. de Finibus in verbis *Detractis de homine ſenſibus:* quæ ſunt etiam ex alio loco ejuſdem li-

* Nempe Lambinus ediderat *proximo & continenti*.

Digitized by Google

bri à librariis non in ſuum locum inculcata.

In conſerendo] Nihil hic mutandum. *In conſerendo* valet ἐν τῷ φυτεύεσθαι τὸν ἀγρὸν, ut Xenophon dicit in lib. I. de dictis Socratis: quem locum attendendum ut Cicero eiſdem verbis exprimat, Οὔτε γὰρ τῷ καλῶς ἀγρὸν φυτευομένῳ δῆλον ὅστις καρπώσεται. Et deinceps *in navigando, in uxore ducenda*, & quæ ſequuntur, è quibus verbum *conſerendo* verum hic eſſe poterat intelligi.

Proinde quaſi ſapiens nullum aliud decretum habeat, & ſine decretis vitam agere poſſit] Hic locus correctus eſt, & quidem varie. Nequicquam. Erat enim integer, & apertus: repetenda tantum negatio poſt copulam *&*. Similem eclipſim notavi ſupra in illis verbis *Sapientique ſatis ſit*. Res eſt etiam confirmata exemplis pluribus. Ciceronis ſunt hæc, leviter Antiochum reprehendentis, quod is diceret novos Academicos hoc unum decretum habere, cum haberent multa alia, ſed ea probabilia modo, non etiam percepta.

Cap. XXXV. *Quod impreſſum eſſet è vero*] In definitione Zenonis erat ἀπὸ ὑπάρχοντος. Id Cicero vertit ſupra *ex eo quod eſſet*. Idem valet, ut ſuperius etiam demonſtravimus: nihil igitur hic mutandum.

Sed nihil miror, quod eſt tale viſum, quod falſum eſſe non poſſit] *Nihil miror* ait eſſe Lambinus in libris vulgatis. Ego ſi vidiſſem, pro his *nihil miror* libentiſſime legerem *nihil moror*: non vidi niſi in iis, quos ipſe vulgaverat: ſed ea fortaſſe mea culpa fuit. In impreſſis Lutetiæ à Badio, à Rob. Stephano, à Vaſcoſano erat, *Sed mihi minor, quod eſt tale*. Doctiſſimus Turnebus ex illis *mihi minor eſt tale* cenſuit legendum, *mihi minores, tale*, tantum deleta littera T. quaſi temere repetita è ſequente proxima: & *minores* interpretatur *juniores* veriſſime. Mihi altera ſcriptura tamen videtur potior *minor quod eſt tale*, ut unitatis numero auctorem ipſum definitionis viſi, id eſt Zenonem, ſignificet; & verbum *reſpondet* mutare neceſſe nihil ſit. Deinde pro illo *mihi* ſive *nihil*, quod eſt in aliis, lego tantum *hic*, errore nato primum è ſimilitudine literarum n. & h. deinde l. & c. *nihil minor* enim ferri hic nullo modo poteſt: neque Zenonem ſic cum antiquioribus illis comparat, ut parem eſſe velit; ut neque in lib. IV. de Finibus in diſputatione cum Catone, cum quo hos eoſdem omnes ſic dicentes facit cap. 22. *Nobiſne omnibus & Platoni ipſi neſcio quem illum anteponebas?* Et illos, comparatione Zenonis, *antiquos & ſuperiores* appellat. Adde quod Stoïcis objici idem ſolitum à Græcis oſtendit etiam Lucianus in libro de Sectis, ubi ſecum, qui rationem Stoïcorum ſequi ſe diceret, Platonem & Ariſtotelem inducit loquentes, item ut cum Catone Cicero, Ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί παθὼν ἢ τισὶ ποτὲ πιστεύσας Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα προετίμησας ἡμῶν πρεσβυτέρων ὄντων παρὰ πολὺ χθὲς καὶ πρῴην γενομένους. Vox igitur *nihil* hic, uti dixi, ferri non poteſt. *Mihi minor* quî dicatur aptius? quaſi Cicero ſibi uno poſteriorem illum eſſe dicat, cum hiſtoria in medio poſita æque pateat omnibus: nam *minores* dici poſteriores, non ſolum ex iis, quæ diximus, apertum, ſed ex frequenti uſu linguæ latinæ: ſic minor Africanus, minor Cyrus, ut contra major Cyrus, major Africanus, major Cato dicitur, ut apud Maronem legiſti non ſemel, *Nunc fama minores Italiam dixiſſe*. Etſi poteſt etiam intelligi dictum præciſe *minor* pro *minor natu*. Vidiſti in arte Horatii, ubi *ſenex* dicitur *cenſor caſtigatorque* mino-

minorum. Et ſic in lib. III. de Orat. *majoribus moleſta* cum dicit, *majores* vocat eoſdem illos quos in lib. I. *majores natu* plene dixerat. Et Zeno Polemonis, qui quartus fuit à Platone ac poſtremus illorum omnium, diſcipulus fuit. Hæc Lambino ipſi, qui hic in Turnebum prope invectus eſt, puto ſatisfacere potuiſſe, cujus paulo poſt, ubi pro *incognitione* reponit *incognito*, correctio certe egregia eſt.

CAP. XXXVI. *Atque ita dicas neceſſe eſt*] Particulæ *atque* vim docuerunt veteres eſſe multiplicem. Donatus in Andriam Terentii ad illud, *Atque ipſis commentum placet*, ait *atque* valere *tamen*. Cur nos hic veterem grammaticum tam doctum non ſequamur, & nihil hic mutemus?

Utrum igitur nos impudentes] Sic legendum eſt hic: & ſic infra dicet, *Uter noſtrum ſit, leviter ut dicam, verecundior.*

Velut illud ante] Non muto. *Ante* ſignificat *illa ante eſſe quaſita.* Sic infra dicet, *Sed paululum ante dicendum eſt.* Et in lib. IV. Tuſcul. diſputationum, *Reperiam fortaſſe; ſed illud ante: videſne,* &c.

Geometræ provideant, qui omnia vobis, quæ deſcribunt, probant] Lambini conjecturam non poſſum probare hic quidem, ut *nobis* pro *vobis* legendum ſit: hoc eſt dicere, omnia Academicis, quæ deſcribunt, probant. Cum is Academicus, qui hæc dicit, tam valde neget ibidem rationibus geometricis crediturum eſſe ſapientem.

Extremitatem & quaſi libramentum in quo nulla craſſitudo ſit] Ἐπιφάνειαν, quam *ſuperficiem* vocat Plinius, vertit hic *extremitatem*, ut Ariſtoteles & Pythagorei πέρας σώματος definierant, apertum: ſed *quaſi libramentum* quod addit, non item apertum. Librare eſſe æquare, hinc *Libratores* & *libramentum*, & *ad libram*, & *ad libellam* æqua & plana loca, notum: at extremitas plana, dices, id eſt, ἐπιφάνεια ἐπίπεδος, una extremitatis ſpecies eſt, cum aliæ duæ numerentur περιφερὴς & μικτὴ, quæ in definitionem ἐπιπέδου, quod *libramentum* hic, in Timæo autem *planum* vertit, quî poterunt cadere? Ego tibi reſpondere hic aliud non poſſum, quam Ciceronem in eo ſecutum potius vetuſtiores philoſophos eſſe, quam Euclidem. Illi enim ἐπιφάνειαν, & ἐπίπεδον pro eodem accipiebant. Teſtatur etiam doctiſſimus Proclus ad illam definitionem Euclidis, Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, &c. Sic igitur Proclus, Τοῖς μὲν παλαιοτέροις τῶν φιλοσόφων οὐκ ἐδόκει τῆς ἐπιφανείας εἶδος τίθεσθαι τὸ ἐπίπεδον, ἀλλ᾽ ὡς ταὐτὸ, ἑκάτερον παραλαμβάνειν, & quæ ſequuntur: ubi philoſophos illos appellat nominatim Platonem, & Ariſtotelem.

Lineamentum ſine ulla latitudine carentem] Locus valde corruptus eſt in impreſſis libris, & in ſcriptis, de quibus aliquid audivimus: ſed bene habet quod lineæ definitio, cujus iſtæ reliquiæ tamen hic reſtant, non ſolum Græca ex Euclide, ſed etiam Latina ex Varrone ſalva & integra eſt. Euclidis eſt tibi nota jam pridem. Varronis ex illa expreſſam habes apud Gellium lib. I. cap. XX. *Linea eſt longitudo quædam ſine latitudine & altitudine.*

Si adjiciam jusjurandum, ſapientemne priuſquam Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas] Bene correxerunt viri docti, qui *adigam* pro *adjiciam* repoſuerunt: & librariis fuit facilius in eo peccare quod litteras *C* & *G* teſtati ſunt veteres & ſono & figura ſic ſimiles fuiſſe. At quod ſequitur quomodo conſtare poteſt? Quærit an ſapiens juraturus ſit Solem majorem eſſe quam terram, etiam priuſquam rationes illas geometricas, quibus id effici-

efficitur, audiverit. Id autem vix inſanus fecerit; potius quæſierit ex Archimede ipſo non ſtultiſſimus aliquis cùm ex eo rationes eas audiverit, idem quod Diogenes ex illo, qui de rebus ſuperis ac cœleſtibus diſſereret, Πορραῖος ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ; quod etiam quam ſit incertum, doctiſſimus Philo Judæus, ſiquis id quærit, exequitur pluribus in libro qui eſt inſcriptus περὶ ὀνείρων. Sed huc revertamur. *Poſtquam* igitur hic à Cicerone ſcriptum eſſe, non *priuſquam*, ne ſapiens ipſe jam, opinor, jurare dubitet. Hoc enim ait, Sapientem non juraturum Solem multis partibus majorem eſſe quam terram, ne tum quidem cum Archimedes rationes eas, quibus id efficitur, inſpectante eo, deſcripſerit. Hoc ita eſſe hæc verba quæ ſequuntur, *Quod ſi rationibus geometricis non eſt crediturus*, ita planum faciunt, ut ſtulte faciam, ſi coner pluribus oſtendere. Addam hic tamen; Idem error, æque gravis, atque æque apertus, nec magis à doctiſſimis hominibus notatus, quod ſciam, hæſit in lib. II. de legibus non longe ab initio, *Ut veſtri Attici*, inquit, *priuſquam Theſeus eos demigrare ex agris & in aſtu ſe conferre juſſit, & Sunii erant iidem, & Attici.* Id vel ex hiſtoria Thucydidis apparet eſſe plane falſum. Ex illis notis librariorum, & compendio ſcribendi, qui *p'* aut *p* varie acciperent, videtur hic eſſe error. Hanc autem notam poſuit in ſuis notis doctiſſimus, & patris atque avi perſimilis, Aldus Manutius.

Qua potiſſimum ſententia melius eliget diſciplinam?] *Qua ſententia* pro cujus ſententia videatur hic fortaſſe durius. Deinde, ut ſit non plane ſapientis, non omnino tamen ſtulti eſt, ſapientium conſilio eligere diſciplinam. Sane librarii titulum, quo utebantur pro litera *m*, ſæpe omiſerunt. Facile item fuit copulam *&* poſt ultimam ſyllabam verbi *eliget* non repetere. Indicant exempla, quæ ſubjunxit, quæ vel magis veterum Phyſicorum ſententias ſingulares proponunt; quam univerſam diſciplinam; eas igitur cum commemoraſſet, addidit ad extremum, *Quancunque vero ſententiam probaverit* &c. Ubi *ſententia* non de conſilio in eligenda diſciplina illorum Philoſophorum, ſed de eorum ſententia ac diſciplina ipſa aperte dicitur: *diſciplinam* autem poſt *ſententiam* explicandi amplificandive cauſſa addidit, cum *ſententia* idem valeret; ut in primo Academ. *Brutus*, inquit, *qui eandem ſequitur ſententiam quam tu* &c. Quas res ut Cicero ſumpſerit è Theophraſti libro περὶ φυσικῆς ἱστορίας, & converterit Græca in Latinum, operæ pretium ſit videre apud Simplicium in lib. I. Phyſicorum Ariſtotelis.

Cap. XXXVII. *Cui ſex reliquos conſenſiſſe primas ferunt*] Ut homines doctiſſimi corrigunt ac legunt *conceſſiſſe*, conſtet ſententia, & ratio Latini ſermonis, & mutatio eſt levis, adjecto titulo ſupra litteram *E* & littera *S* pro *C* poſita, quarum litterarum ſimilitudo apparet in multis libris: & de Græca σῖγμα ſcribit Terentianus, *Credi & c poteſt quod σῖγμα ſit.* De ſimilitudine autem Græcarum veterum & Latinarum litterarum ſcribit Plinius in lib. VII. veteres Græcas fuiſſe eaſdem pæne, quæ nunc ſunt Latinæ &c. Hinc igitur extitit gravis error in libro III. de Oratore cap. 38. & varie correctus à doctiſſimis viris in verbis, *Ut ille ſenſus diſertus, indigenitalis;* ubi ego nihil muto; tantum lego *Cenſus* cum *C*, id eſt locuples, ut quidem exponit Aſconius, cum *Cenſi*, inquit, dicebantur, qui centum millia in profeſſione detuliſſent: quoniam cenſum illum maximum fuiſſe conſtat, quando populi deſcriptio ex cenſu à Ser-

Digitized by Google

Servio rege eſt primum inſtituta. Deinde *indigenitalis* eſt nobilis, qui αὐτόχθων, quo nomine, ut γηγενὴς & ἰθαγενὴς, populus Athenienſis gloriari ſolet. Hæc autem tria verba poëtæ veteris ipſe item in oratione pro Quintio his tribus exponit, *potentes, diſerti, nobiles* &c. Et Varro apud Nonium verbo *ſufflatus* ſic; *Neque auro, aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus quarit Socratis veſtigia.* Addam etiam ne quid te moretur eo loco, cum leges, *nomen* indigenitalis *novatum ſine conjunctione* ſignificat non compoſitione factum, ſed potius declinatione; quod haud ſcio, an de nomine *antegenitalis*, quod eſt apud Plinium in lib. VII. cap. 55. & derivatione, ut grammatici loquuntur, ab *indigena*, *indigenitas* æque dici poſſit. Pronomen vero *illa* referendum ad poëtam, & verbum *novavit* è proximo intelligendum eſt. Alter locus etiam eſt in 1. epiſtola lib. III. ad Q. fratrem qui in ſimili errore doctiſſimos item valde conturbavit, *Palaſtra & Sylva viridicata*, ubi ego *viridi ſata* ſcribam. *Sylva ſata* quæ ſit, ſatis docet unus locus Varronis ex lib. III. de re ruſtica cap. v. ut quæ viridis, item unus Plinii lib. XVI. cap. 33. Sed longior fui, dum tibi in exemplis illuſtribus oſtendere volo, ut litteras *C* & *S* librarii male interdum mutaverint. Nunc redeo ad verbum *Conceſſiſſe*, quod ut ſatis aptum hic ſit, ſicut doctiſſimis hominibus viſum eſt; Ego tamen *Conſenſiſſe* non muto; quippe quod hiſtoriæ, quæ de ea re eſt apud Diogenem ex Callimacho in Thale, videtur aptius & commodius. Et quid magis conveniat cum elogio illo, quod recitatur in lib. II. de Finibus in extremo, *Uno ore cui plurima conſentiunt gentes populi primarium fuiſſe virum.* Quo verbo non minus utitur ipſe in lib. de ſenectute de eodem Calatino, *In quem illud elogium unicum, plurimæ conſentiunt gentes* &c.

Anaxagoras materiam infinitam, ſed eas particulas ſimiles inter ſe & minutas] In Victorianis eſt, *ſed ex ea particulas*. Non video cur *ſed eas particulas* non dicatur æque commode atque apud Plautum, *Etiamne habet nunc Caſinagladium? habet, ſed duos:* & apud Ciceronem ipſum lib. v. epiſtolarum ad Atticum, epiſtola cujus initium eſt, *Te in Epiro* &c. *Certum*, *inquit*, *hominem ſed mirifice abſtinentem:* quibus in locis & ſimilibus Donatus opinor interpretetur *atque*, ut interpretatur alicubi apud Terentium. Rem exponunt multi: Simplicius autem in Commentario lib. I. phyſicorum Ariſtotelis copioſiſſime.

Quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & tranſeat] In varia ſcriptura utrum ſit hic verum verbum *permeet*, an *permánet*, ambiguum reliquit ipſe Cicero. Si quidem *permeet* hic ab eo ſcriptum eſt, Deum Zeno definit apud Plutarchum in libro de Placitis philoſophorum primo cap. VII. Πνεῦμα διῆκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου. Cicero in hac definitione ſic ad verbum expreſſa, ut vides, διῆκον vertit *quod permeet*. In lib. I. de Nat. Deorum in eadem definitione vertit *pertinens*. *Deum*, inquit, *rationem per omnem pertinentem naturam vi divinam eſſe affectam putat*; quem locum eo libentius etiam adduxi, ut corrigas, cum leges illud *vi divinam*, & reponas *vi divina*, ut paulo poſt dicit, *vim divinam in ratione eſſe poſitam.* Hoc planum eſt. Eodem libro in definitione Neptuni ſumpta item à Stoicis, ut eſt apud Plutarchum in Iſide, vertit idem διῆκον *quod mánet:* & in lib. III. ejuſdem operis eadem definitione vertit *pergens*. Certe *Permánet calor argentum, penètraleque frigus* cum dicit Lucretius in lib. I. & Naſo lib. IV. de Pon-

to, *Dum litera noſtra recurrens Tot maria & terras permeat, annus abit*, ſatis docent utrumque verbum huic loco Ciceronis aptum eſſe. Cætera de vi propria verbi *manare* & *permanare* ſatis doceant te grammatici veteres, Feſtus, Gloſſæ, Nonius, cæteri.

CAP. XXXVIII. *Quod nulla fuerit novo conſilio inito*] Merito correxit Lambinus; & ſic recte erat in Victorianis impreſſis antea. Hoc Epicureus Lucretius effert in lib. v. ſic, *Quidve novi potuit tanto poſt ante quietos Inlicere?* Tam impie videlicet de Dei providentia atque operibus & ſentit & loquitur Epicurus, ut cæteri philoſophi illi objiciant quod eſt in extremo lib. 1. de nat. Deor. *Deos re tollere, oratione relinquere.*

Cur mortifera tam multa, pernicioſa] Merito Lambino ſuſpectum hoc fuit. Ego *pernicioſa* poſt *mortifera* vix adducor ut credam à Cicerone additum: etſi enim *pernicioſum*, ut *pernicies*, à nece eſt ductum; *mortifera* vel gravius in uſu erat, ut hoc poſterius minuendi potius quam augendi vim habere videatur: neque προϑύστερον figuram, quam tribuit Homero Cicero, ſatis hic aptam puto. Fortaſſe additum fuerit ex ejus notatione qui velut συνώνυμον adſcripſerat.

Deum opere magno liberat] Non ſequar hic Lambinum. *Opere* commodum eſt: repetit quod dixerat proxime, *Qui det iſti Deo immunitatem magni quidem muneris:* utrumque nomen hic idem valet, *opus* & *munus:* ut in Timæo ad initium, *Quocirca*, inquit, *ſi is qui aliquod munus efficere molitur, eam ſpeciem, quæ ſemper eſt eadem, intuebitur, atque eam ſibi proponet exemplar, præclarum opus efficiat neceſſe eſt.* Sic *opus*, & *munus*, & *actionem ipſam* vocat in Catone majore cum dicit, *præclarum opus docere, inſtituere adoleſcentes:* ut Maro, *Famam extendere factis, Hoc virtutis opus.*

CAP. XXXIX. *Nec ea tamen aiunt Empirici notiora*] Hanc veram eſſe ſcripturam, ut erat in libris veteribus Lambini, docuerat Turnebus, & erat apertum è procemio Celſi Librorum de medicina, & è Galeno multis locis; qui ut mittam alios in hoc, qui eſt in libro περὶ αἱρέσεων, ſcribit Τῶν δ' Ἐμπειρικῶν μηθ' ἀδιείρηκεν τὰ τὴν ἀνατομίαν συγχωρούντων· & quæ ſequuntur.

Nonne etiam dicitis eſſe è regione nobis, è contraria parte terræ, qui adverſis veſtigiis] Nonius qui profert hunc locum ubi exponit *è regione* ſatis confirmat, quæ verba hic ſupereſſe Lambinus putat, ea eſſe Ciceronis, neque ſpatium, quod hic inane ab illo relictum eſt, relinqui debuiſſe. Malo tamen *è contraria parte terræ*, ut eſt in libris Ciceronis, quam ut habet Nonius *in contraria parte terræ*, ut ſit eadem formula dictum qua *è regione*, ſitque ἐπεξήγησις illa, qua tam ſæpe hic ſcriptor utitur. Antipodas autem, quos hic deſcribit Cicero, Pythagoram ſcribit in ipſius vita Diogenes eſſe dixiſſe: & tamen idem ait Platonem primum ἀντίποδας appellaſſe; quos æque audacter appellat in Gloſſis veteribus *adverſipedes* quidam poëta Latinus. Doctiſſimus Alexander qui vixit Septimii Severi tempore, fuitque ejus Imperatoris familiaris, auctor eſt in Commentariis in lib. I. Μετεωρολογικῶν Ariſtotelis, ne ſua quidem ætate an eſſent ulli antipodes potuiſſe ſciri, ſed doctos homines, eos eſſe, è ratione cœli conjeciſſe. Hic Ciceronis Academicus ait eſſe, qui, cum de illis diſputantes audiunt Stoïcos, deſipere eos arbitrentur. Plutarchus in libro qui eſt

Digitized by Google

ἐστὶ περὶ τῶν ἐμφαινομένων προσώπων τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης, Pharnacem pronunciare facit, quæ de illis dicantur, portenta eſſe. Ea Lucretius irridet in lib. I. Geographus nobilis dubitare ſe dicit, an ſint ulli, Pomponius Mela. Quid tu iis facias qui ſunt nuper in Auguſtinum atque in Theologos prope invecti, quod is homo Theologus Antipodas iſtiuſmodi ullos eſſe negaverit. In quo abeſſe non poteſt, quin aut odio Auguſtini proprio, quanti viri! aut communi Theologorum tenerentur; aut de tantis ſcriptoribus illis, à quibus Auguſtinus acceperat, iſti ne fando quidem inaudiviſſent. Etenim in eo venditare ſeſe, quod avorum noſtrorum memoria primum eſt in ea loca perventum; eaque ſunt hodie eorum beneficio notiſſima; hoc ne librariolis quidem liceat, quorum tabernæ earum regionum deſcriptionibus ac tabellis pictis refertæ ſunt.

Nicetas Syracuſius] Correxerat Turnebus ex Diogene. Hunc *Hicetam* memorat etiam Ariſtoteles in libris de cœlo, & Plutarchus lib. IV. de placitis philoſophorum, & alii. In Græca ſcriptura errari non poterat: apud Latinos autem apparet, ut ſupra dixi, in litteris *H* & *N* quam facile peccatum ſit.

Ego ne vobis quidem tantum] Sic erat equidem in omnibus etiam, quos ego vidi libris. Lambinus corrigit; & pro *nobis* reponit *ne bis*; verum corrigi debuit hoc ex verbis Epicuri, quæ Cicero hic vertit. Ea ſunt in illius epiſtola ad Pythoclem, Τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον ὁποῖον φαίνεται· ubi κατὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς dicit Epicurus, ut Ariſtoteles πρότερα πρὸς ἡμᾶς, & πρότερα ἡμῖν dicere ſolet promiſcue. Res jam aperta. Cicero ſcripſit *Egone? nobis quidem tantum:* nihil potuit aptius: nec tamen non valde eleganter Lucretius hoc idem in lib. V. *Nec nimio ſolis rota major, nec minor ardor, Eſſe poteſt, noſtris quam ſenſibus eſſe videtur.*

An ut Xenocrates mens nullo corpore] Idem in libro I. ad Varronem eſt *natura expers corporis.* Non eſt igitur vitium in hac ſcriptura. Morari tamen potuit lectorem non indiligentem, quod Ariſtoteles, à quo in primo de animo hæc definitio Xenocratis ponitur, ψυχὴ, ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν, cum in eam definitionem tam ſolicite inquirat, atque omnes prope ſyllabas excutiat, nuſquam animum mentem ſine corpore ab illo definiri dicit, tantum ἀριθμὸν interpretatur μονάδας quæ ſint ipſi ἀμερὴς & στιγμή. Sed apud Plutarchum in lib. I. de Placitis hoc amplius, Pythagoras μονάδα ait eſſe νοῦν. Et item in II. Pythagoram ipſum ait idem ἀριθμοῦ nomine νοῦν intelligi voluiſſe. Pythagoreos autem Plato & Xenocrates in pleriſque ſecuti ſunt, ut Cicero ſi non verba ipſa Xenocratis hic, at ſententiam certe expreſſerit. *Xenocrates* vero quod eſt hic in libris impreſſis in recto caſu, ego non mutem; cum tam ſit facile, tamque uſitatum aliquod verbum ἐξ ἀναλόγου ſubaudire.

Nam utraque in parte multa dicuntur] Bene correxit Lambinus, ſic enim ſolet exprimere Cicero, quod Plato in Phædro ἐπ' ἀμφότερα dixit: Ipſe in Oratore *in contrarias partes* hoc dicit. Utrumque ut alii. Sic Chryſippus εἰς ἑκάτερα λέγειν, & εἰς τἀναντία λέγειν, ex conſuetudine Academicorum apud Plutarchum in libro de Stoicorum repugnantiis. Non auſim tamen mutare: poſſit enim dici atque intelligi, ut in primo Academicorum, *Cum paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur.*

CAP.

Cap. XL. *Cum ita completa & conferta ſint omnia, ut & quod movebitur corporum cedat, & qua quidque ceſſerit, aliud illico ſubſequatur*] In loco ſic obſcuro videatur quidem aliquid deeſſe: tamen ſi vox *corporum* non poſt verbum *movebitur*, ſed poſt *conferta* poſita ſit, nihil hic magnopere requiram amplius; ut dicatur idem atque in lib. I. de nat. Deorum, *Nihil eſt enim quod vacet corpore:* quod ipſe vertit è Timæo Platonis, Κενὸν δ' αὐτῶν ὑπῆρχεν οὐδέν. Et ſic *movebitur* idem quod pelletur (quamquam ne *movebitur* quidem in ſignificatione uſitatiore ſua ſit incommodum) ab alio videlicet. Quod ſi cui id videbitur durius, & ſi nulla tranſpoſitione facta malit ſuſpicari pro *corporum cedat* legendum, repetito nomine, *corpori corpus cedat*, ut ſæpe in ſimilibus repetitionibus peccatum eſt, non improbem conjecturam, quia ſit apta rei, quæ exponitur: de qua certe poſſim affirmare. Verumtamen & ab eruditiſſimi Lambini variis emendationibus hic quidem, & ab iſtis conjecturis longe ſit & tutius & verius abſtinere, & à libris minime recedere, ut *quod corporum* recte dicatur pro *quicquid corporum:* ſicut *quod roboris* apud Livium in lib. XXVII. ubi is de Salapianis ita loquitur, *Cuſtodias vigiliaſque in eam noctem intentius inſtruunt; circa portam, qua venturum hoſtem rebantur*, quod roboris *in præſidio erat, opponunt. Quod roboris* dicit pro *quicquid roboris*, aut *quodcunque roboris.* Quo modo & in Divinatione ad illa verba *Sicilia tota, ſi una voce loqueretur, hoc diceret: Quod auri, quod argenti* &c. Aſconius interpretatur *quicquid auri* &c. Sic in epiſt. Pompeii ad Coſſ. quam legimus lib. VIII. Epiſtolar. ad Atticum, cum dixiſſet, *Vos hortor ut quodcumque militum contrahere poteritis contrahatis* &c. pro illo *quodcunque militum* ſubjecit ſtatim *quod militum*, cum dicit, *Ego ad P. Lupum & C. Coponium prætores miſi, ut ſe nobis conjungerent, &* militum quod *haberent ad nos deducerent* &c. Ut ea duo *quod* & *quodcumque* promiſcue dici nemo profecto dubitet: & ſic in ſimilibus multis exemplis recte accipiuntur. Exponitur autem hic aperte ἀντιπερίστασις quæ dicitur à Græcis; ea eſt cum corpori cedenti ſuccedit corpus. Id maxime apparet in aëre, qui & cedit corporibus, & ſuccedit in eorum locum; & in aqua, ut etiam ſcribit Lucretius in libro primo, *Cedere ſquamigeris latices nitentibus aiunt, Et liquidas aperire vias, quia poſt loca piſces Linquant, quo poſſint cedentes confluere undæ.* Pluribus exponit Ariſtoteles in lib. IV. phyſicorum, Plutarchus in quæſtionibus Platonicis, ut Platonem ipſum hic mittam, & cæteros. Sed ex una definitione ſive deſcriptione Simplicii, ut eſt in Commentario in lib. VIII. Ariſtotelis, quid id ſit omne ſatis intelligitur, Ἀντιπερίστασις ἐστὶν ὅταν ἐξωθουμένου τινὸς σώματος ὑπὸ σώματος, ἀνταλλαγὴ γένηται τῶν τόπων, καὶ τὸ μὲν ἐξωθῆσαν ἐν τῷ τοῦ ἐξωθέντος στῇ τόπῳ, τὸ δ' ἐξωθηθὲν τὸ προσεχὲς ἐξωθῇ, καὶ ἐκεῖνο τὸ ἐχόμενον, ὅταν πλείονα ᾖ, ἕως ἂν τὸ ἔσχατον ἐν τῷ τόπῳ γένηται τοῦ πρώτου ἐξωθήσαντος. Videas ipſe ut ea hic à Cicerone expreſſa ſint.

Cap. XLI. *Solis autem magnitudo* &c.] Non auſim hic addere, ut Paulus Manutius olim, cujus conjecturam certam eſſe Lambinus putat, hæc tria verba, *quam obſcura eſt*; cum præſertim ne illa quidem acceſſione facta conſtent cætera. Hoc ſpero, me, cum à libris Urſini veteribus, & ab impreſſis à Badio olim, & à Victorianis ſumpſero *vos ergo* pro *vos vero*; tum à libris Badianis eiſdem *huic* pro *hinc*; à me autem hæc tria verba *hoc permenſi refertis* addititia eſſe atque eſſe explicationem

plicationem horum trium *huic veſtra menſura*, facturum ut locus omnis plane emendatus ſit. Sic igitur legam atque diſtinguam, *Solis autem magnitudo* (*ipſe enim hic radiatus me intueri videtur, ac monet, ut crebro faciam mentionem ſui*) *vos ergo hujus magnitudinem quaſi Decempeda: huic enim me quaſi malus architectus menſura veſtra nego ego credere. Dubium eſt uter noſtrum ſit, leviter ut dicam, verecundior? Vos* cum dicit, Poſidonium ex omnibus Stoïcis puto ſignificari maxime, qui & ſummus Mathematicus fuit, & de illius & Eratoſthenis menſuris Solis Macrobius in ſomnium Scipionis ſcribit hæc, *Eratoſthenes in libris dimenſionum ſic ait: Menſura terræ ſepties & vicies multiplicata menſuram Solis efficit. Poſidonius dicit multo multoque ſæpius ſolis ſpatium efficere.* Jam vox *ergò* poſt longam parentheſin hic eſt commodiſſima. Deinde *quaſi Decempeda*, etſi præciſe, non ideo tamen minus commode dicitur. Dicatur plenius equidem, ſi ſint illa addita *permenſi refertis*; ſed nec pronomen *hoc* illis additum ferri hic poteſt; & illa duo ferri alioqui ut poſſint, certe in loco addita non ſunt. Tum particula *enim* poſt pronomen *huic* affirmantis adverbium eſt; ut in multis exemplis eam vim ejus eſſe ante demonſtratum eſt. Poſtremo addit ſe quaſi malum architectum ei menſuræ non credere. *Architectum* dicit, ut dixerat *Decempeda*; qua menſura architecti multum ſolerent uti. In oratione pro Milone conjunxit. *Qui*, inquit, *cum Architectis & decempedis villas multorum hortoſque peragrabat. Malum* vero dicit *Architectum*, ut alibi *Malum poëtam*, ut Homerus κακοὺς ἡνιόχους, id eſt, ἀτέχνους, ἀνεπιστήμονας, ut contra *Bonus gubernator* ſupra dictus eſt in hoc libro, & *ſutor bonus* ab Horatio, qui ut etiam σοφὸς dicatur à Græcis, docet Ariſtoteles ad Nicomachum lib. VI. & dixerat Plato Theæteto, Ἄπερ ἀνεπιστήμονες ταῦτα καὶ σοφοί. Itaque *malum architectum*, id eſt, *imperitum* ſe dicit, ut Socrates de ſe detrahere ſolitus eſt; ut minus mirum ſit, ſi menſuris ac rationibus ejuſmodi non ſit crediturus.

Erigimur, elatiores fieri videmur] Lambinus teſtatur in libro vetere eſſe *altiores*: etiam locum habere hic poteſt: & ſic in lib. II. de Finibus: *Tu ipſe gloriari mihi videbare, ut altior fieres*, &c. Platonis eſt in lib. VI. de Rep. quem ad locum videtur hic Cicero reſpexiſſe, Ἐπὶ τούτων ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὐτήν. Utrumque eſt in his Græcis. Nam & ὑψηλὸν eſt *altum*, & ἐξαίρειν αὐτὸν eſt efferre ſe atque erigere. Malim tamen hic *elatiores*, quod elatio pro Græco ἔπαρσις etiam in definitione lætitiæ animi inaniter exultantis ponitur in lib. IV. Tuſculan. Diſputationum.

CAP. XLII. *Quod is Eretrius fuit*] Sæpe peccatum eſt ob ſimilitudinem litterarum *A* & *V*. Hic legendum eſſe *Eretrius* ſatis docet una Stephani de urbibus Epitoma: ut *Eretriaci* dicuntur forma nominum poſſeſſivorum; ut Κορινθιακοὶ eidem Stephano. Sed quod ait illos eas res uberius quam veteres explicaſſe, hoc eo dicit, quod illi veteres magis in phyſicis occupabantur; quippe qui phyſici omnes ante Socratem appellati ſint. Deinde pronomen *hos* ad *Eretriacos* eſt referendum, ut pronomen *illos* ad Ariſtonem & Pyrrhonem. Hoc ſi cui minus credibile videtur, quod Ariſtonis & Pyrrhonis jampridem eſſet exploſa ſententia, ut in proœmio librorum de Officiis legiſti olim; is mirari deſinet, quod dicat illos à Stoïcis contemni non oportere, cùm viderit in IV. lib. de Finibus, quam

multa ſint Stoïcis cum Ariſtone & Pyrrhone communia.

Quæ ἀπαθῆ nominantur] Ἀπάθεια quod legiſſe teſtatur in libro ſcripto Lambinus, rectum eſt. Atque in hoc conveniebat Pyrrhoni cum Stoïcis, qui ut illud uſurparint ſatis docet unus Gellius in lib. XII. cap. 10. Hoc tamen inter illos differebat, quod Pyrrho hunc bonorum finem eſſe volebat, Stoïci non item. De quo Pyrrhonis fine pluribus diſſerunt in Pyrrhone Diogenes & Sextus.

Et Ariſtoteles ejuſque amici nunc proxime videntur accedere] Una conjectura ductus ſcribendum cenſebam *hunc* pro *nunc:* neque enim ferri poſſe, ſiquis tribueret plus auctoritatis illis qui tum eſſent, Peripateticis, quam Theophraſto diſcipulo Ariſtotelis; quem ſcholæ ille quaſi hæredem reliquiſſet, quem Cicero ad initium lib. IV. de Finibus, ubi ut hic de ſummo bono diſputat, unum de Peripateticis omnibus adjungit Ariſtoteli comitem his ipſis verbis, *Exiſtimo, inquam, Cato, veteres illos Platonis auditores Speuſippum, Ariſtotelem, Xenocratem, deinde eorum Polemonem, Theophraſtum ſatis & copioſe & eleganter habuiſſe conſtitutam diſciplinam.* In lib. vero V. ejuſdem operis hoc amplius, cum in eadem ſententia exponenda Ariſtoteli Nicomachum filium & Theophraſtum diſciplinæ ſocios ſolos addidiſſet, ſubjungit, *Simus igitur contenti his. Namque horum poſteri meliores illi quidem, quam reliquarum philoſophi diſciplinarum, ſed ita degenerarunt, ut ipſi ex ſe nati eſſe videantur.* Poſtea incidi in notas Urſini qui teſtatur ſic legi in libris ſcriptis, ut conjeceram: quod eo valet etiam, ut magis appareat N & H ſimilitudo librarios quam ſæpe deceperit: neque titulum, pro littera *N* ſcribi ſolitum, addere vel demere illis minus uſitatum fuit.

CAP. XLIII. *Germaniſſimus Stoïcus*] Budæus *Stoïcis* legit atque explicat in Commentariis linguæ Græcæ, & ſic fere omnes habent impreſſi libri, quos vidi. Puto hoc tribuiſſe plures tanti viri auctoritati, quem *Stoïcus* legendum eſſe admonere debuit ipſe Cicero; cum hoc idem repeteret atque interpretaretur infra ſic, *Ille noſter eſt plane, ut ſupra dixi, Stoïcus perpauca balbutiens.* Non igitur *germanus* eſt hic, ut vir ſummus dum præ ſtudio non ſatis attendit interpretatur, ἀδελφός, id eſt *ſimilis*, ſed γνήσιος, id eſt *verus*, ut ſit *germaniſſimus* Stoïcus non ſimilis, aut ſimillimus, ſed verus, & ut dicitur purus putus Stoïcus: atque ut Cicero explicat *plane Stoïcus.* Huc ſiquis velit adjungat, quod ait Sextus de hoc Antiocho dici ſolitum à Græcis, in Academia eum Stoïca philoſophari. In qua ſignificatione legiſti in lib. III. de Offic. *Sed nos veri juris germanæque juſtitiæ ſolidam atque expreſſam effigiem nullam habemus.* Et ſic utitur in locis aliis pæne infinitis.

Non poteſt igitur uterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt; ſed alter ſi Polemoneus] Locus moleſtus hic mihi valde fuit, diſtinctionis vitio maxime. Nimis enim conciſe dicatur & nove *ſed alter* pro *fac eſſe alterum*, quomodo id accipi debere certum eſt. Ne te moter, *ſet* pro *ſit* vides quam ſit facile ſcribere: at conjunctionem *ſed* non ſolum per *d* ſed etiam per *t* ſcribi ſolitam, ut de adverbio *haud* ſupra demonſtratum eſt, docent & libri & ſcriptores veteres. Velius Longus, SED, inquit, *quamvis lege grammaticorum per t litteram dicatur, neſcio quomodo tamen obrepſit auribus noſtris, ut d litteram ſonet.* Chariſius tamen *ſed* cum *d* mavult ideo ſcribi, quod *ſedum*, unde hoc factum ſit, antiqui dixerint.

dixerint. Ego igitur pro illo *ſet* legam *ſit*, & locum omnem diſtinguam ita, *Non poteſt igitur uterque ſapiens eſſe, quoniam tantopere diſſentiunt: ſit alter. Si Polemonius, peccat Stoicus rei falſa aſſentiens. Vos quidem nihil dicitis à ſapiente tam alienum eſſe. Sin vera ſunt Zenonis* &c. Sententia certe optima nemo neget, ut item verbum *ſit* in ejuſmodi conceſſionibus optime ſolere dici vidiſti ſupra, *Sed ſit ſane ingenio divino:* & inferius altera ab hac pagina, *Sit ita ſane.* Diomedes in lib. I. de Grammatica recitat ex oratione pro Milone, *Sit ita factum*, quod interpretatur, *Credite ita factum, cum non ſit:* aitque eam affirmationem eſſe, quæ altercationis tollendæ cauſa ſub ſimulatione confeſſionis inducitur. Sed in II. libro de Finibus, *Sit iſta in Græcorum levitate perverſitas, qui maledictis inſectantur eos, à quibus de veritate diſſentiunt*, viderit Diomedes, ut ſit tantum ſimulata, non etiam vera confeſſio.

Hic igitur neutri aſſentiens ſi nunquam uter eſt prudentior?] Hic nihil pæne addendum aut detrahendum cenſeo: tantum litteram *S* cenſeo male eſſe repetitam ex fine participii *aſſentiens*, ut *i* adjectam illi è ſimili ductu litteræ ſequentis. Ergo ſic ſcriptum hic fuiſſe non dubitem, *Hic igitur neutri aſſentiens num quam uter eſt prudentior? Uter* erit ſimplex pro compoſito *uterque*, aut *utervis*, non aliter ac citat ex edicto Prætoris Verris in lib. I. accuſationis, *Inter aratorem & decumanum ſi uter velit edicit ſe recuperatores daturum.* Et poſt paulo, *Si uter volet, recuperatores dabo.* Et paulo etiam poſt, *Sed utrum ita ſcripſit: Si uter volet, an ſi decumanus volet?* Quare in Pandectis illis Florentinis, quod ſcriptum eſt ex Paulo in titulo de Divortiis & repudiis, *Dirimitur matrimonium divortio, morte, captivitate, vel alia contingente ſervitute utrius eorum*, nihil eſt quod homines docti rejiciant: ut neque in lege 34. tit. de Obligat. & actionib. in verbis, *Ideo poſſunt utra competere*, quod eſt in Pandectis illis nobilibus, ſcriptor earum neceſſe habuit *utraque* pro *utra* in margine ſcribere: non magis quam in lege 10. tit. de Gradib. & Affinib. nemo correxit, *Erunt autem pater materve ejuſdem, fratreſque & ſorores utrius eorum propius ſobrini.* Aut eadem lege, *Fratribuſque & ſororibus utrius eorum propius ſobrinis* &c.

Nonne indicat non poſſe illa probanda eſſe ſapienti?] Mutant hoc viri docti. Ego mutare non auſim: potius verbum *eſſe* accipiam pro *videri*, ut Donatus in illis Hecyræ, *Quod poſt me minus feciſſe ſatius ſit*, ait *ſit* poſitum eſſe pro *videatur*. Sic in oratione pro Cæcina, ubi in aliis libris legebatur *Injuriarum delictum eſſe*, pro quo ego ſcribo *in jure parum dejectum eſſe*; *eſſe* eſt *videri*, auctore Donato, quod alibi valere *dici* auctore Priſciano antea demonſtravi.

Diſtrahor; tum hoc mihi probabilius videtur, tum illud] Etiam hoc viri docti corrigunt. Qui legi volunt *cum hoc, tum illud*, videntur mihi non ſolum à ſententia longius, ſed etiam à verbis Academici recedere. Non enim hæ duæ particulæ valent hic id quod Græce duæ illæ τε & καὶ, quas alibi *cum* & *tum* vertit Cicero: ſed hic *tum* adverbium eſt idem utrobique ſignificans, quod *modo* ſupra dixit eadem ſententia; *Neque vero tibi modo hoc modo illud probabilius videtur:* & alibi, *Qui non tum hoc, tum illud.* Aperta res.

Quid illud? in quibus conſentiunt, num pro veris probare poſſumus?] Ita eſt impreſſum in omnibus libris

quos

quos vidi, neque ego non probo. *Quid illud?* ita præciſe eſt dictum, ut facile tamen intelligatur è proximo verbum *puto* aut *putem*. Deinde antecedens relativi *quibus* item ſubaudiatur *ea* vel *illa*, quæ eſt Latinis æque pæne ac Græcis uſitata defectio.

Cap. XLIV. *Nec ſi patria deleatur, non doleat*] Grammaticorum decretum eſt, duas negationes affirmare in lingua Latina. Hoc ſemper verum non eſſe docuit etiam Nonius ex Varrone; & Budæus noſter in ſuis commentariis linguæ Græcæ exemplis è Cicerone pluribus, quibus addi poſſunt infinita alia; quare nihil hic muto.

Cap. XLV. *Vos autem mihi veremini*] Aliquis putet pronomen *Mihi* hic vacare, ut interdum fieri docuit è Cicerone Servius ad hæc verba lib. III. Æneid. *Ecce tibi Auſonia tellus*. Et frequens eſt & Græcis & Latinis hic illius uſus; ſed quia ſequitur *Ne labar*, tutius fuerit ita illud accipere, ut cum *timere alicui* dicimur.

Labor ut aſſentiar Epicuro] Bona eſt hic emendatio Lambini. Hoc unum addendum fuit, interrogationis nota; atque ita diſtinguendum fuit, *Labor ut aſſentiar Epicuro? revocat virtus*. Proxime dixerat, *Vos mihi veremini, ne labar ad opinionem*. Huc fortaſſe reſpexit Horatius cum ſcriberet, *Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor*.

Poſſum eſſe medius, ut quoniam Ariſtippus, quaſi animum nullum habeamus, corpus ſolum tuetur; Zeno, quaſi corporis ſimus expertes, animum ſolum complectitur, ut Calliphontem ſequar: cujus quidem ſententiam Carneades &c.] Merito opinor viſa Lambino eſt inanis particula *ut* ante *Calliphontem* poſt alterum *ut* quod erat ante verbum *quoniam*: etſi videndum an repetatur quaſi verbis aliquot interjectis aliud declarantibus, ut in prooemio librorum de re Ruſtica Varro, *Et non ſolum*, inquit, *ut ipſe quoad vivam quid fieri oporteat ut te moneam, ſed etiam poſt mortem*. Nihil eſt hic quidem cum quo ea particula cohærere poſſit: poſt parentheſim repeti potuiſſet, quæ nulla hic eſt: ſed in ſequentibus hæc, quæ notata non eſt, notari diſtinguique debuit ſic (*Cujus quidem ſententiam Carneades ita ſtudioſe defenſitabat, ut eam probare etiam videretur, quanquam Clitomachus affirmabat nunquam ſe intelligere potuiſſe quid Carneadi probaretur*,) Hoc oſtendit particula *ſed*, quæ poſt eam parentheſim ad Calliphontem, aut finem Calliphontis, quod hic æque conveniebat, animum legentis revocat. Nam quod pro *Calliphontem* Lambinus *Calliphonem* legi vult, nihil neceſſe eſt. Utrumque uſurpatum eſt; ut quem Cteſiphontem hic Cicero appellare ſolet, Cteſiphonem videmus declinatum à Terentio, ut alia exempla mittam. Et Priſcianus docet, ut in multis ejus formæ Græcis nominibus Græcam declinationem Latini interdum ſervare ſoliti ſint: ex qua conſuetudine Cicero dicat in Verrem, *Quid in Leonte Macharenſi*, & alia, quæ notavit Chariſius. Nihil igitur hic reſtet, niſi hæc verba *Poſſem eſſe medius* faciant ut te admoneam in lib. de Fato, his verbis, *Mihi quidem videtur Chryſippus, tanquam arbiter honorarius, medium ſe ferre voluiſſe*, quaſi proverbio dici; quod eiſdem verbis exprimat Plutarchus in lib. 1. συμποσιακῶν cap. 2. Ἔφην ἐγὼ διαιτητὰς ᾑρημένος, οὐ κριτὰς, βαδιεῖσθαι διὰ μέσου. Poſſim alia afferre his ſimilia, ſed nihil apertius quam in his Ciceronis verbis nihil ſine injuria poſſe moveri. Hoc eo dixi, quod doctiſſimus Victorius *medium ferire*

legi vult pro *medium ſe ferre*; quem ſequitur etiam Lambinus; quaſi non diceretur Latine *ſe ferre* pro *incedere*; aut ſit in Virgilio reprehendendum in lib. II. de Camilla, *Captiva ut ſe ferret in auro*.

CAP. XLVII. *Num minus hæc invidioſe dicuntur?*] Lego vel ex libris Victorianis vel ex libris Car. Stephani, *Num minus hæc invidioſe dicuntur, nec tamen minus eleganter? Illa ſubtilius.* Dixerat ſuperius, *Quid me igitur Lucullo in invidiam & tanquam in concionem vocas?* Deinde ipſe referebat contra in illum & in Stoïcos concionem ſe multo magis incitaturum, cum paradoxa illa Stoïcorum proferret: *Expromam*, inquit, *primum illa invidioſa; quod eos omnes, qui in concione ſtabunt, exules, ſervos, inſanos eſſe dicatis*, &c. Quibus omnibus quærit ex Lucullo, num minus hæc invidioſa ſint, quam quæ is Academicis objecerit.

CAP. XLVIII. *Quod comprehendi, & percipi poſſit: per ἐποχὴν illam omnium rerum comprobans*] Locus, ait Urſinus, ſtella notatus corrigi poteſt, ſi pro *per* legatur *ſemper*. Mihi non videtur poſſe; quorſum enim dixerit hujus Carneadeæ ſententiæ auctor Carneades ipſe ἀδύνατον ἄνθρωπον ὄντα περὶ ἁπάντων ἐπέχειν; quæ ejus verba refert Numenius apud Euſebium in eo, quem ſæpe citavi, libro XIV. Hoc valet idem ac ſi dicat *nefas* eſſe homini ſemper ἐποχὴν comprobare: quæ verba Carneadis hic Cicero ſine dubio reſpicit. Turnebus, qui in lib. XVI. adverſariorum illa quoque verba recitat, contra atque Urſinus pro *per* legit *nec*. Nae hoc quidem ſatis probabile ſit: cum enim dicit non poſſe ἐποχὴν illum comprobare de omnibus, ſatis poſſe de quibuſdam ſignificat: quare hoc dixit de Carneade ſupra, *Et illud dabat aſſentiri aliquando*, hoc eſt dicere, ἐποχὴν non comprobare aliquando. Nihil amplius. Quod tamen poſtea Cicero dixit ſe magis diſputatum à Carneade, quam probatum, Clitomacho credere; quærat hic, Tu igitur quid cenſes? Sane in loco ejus ſtellæ, ubi una ſyllaba *per* integra reliqua eſt, cenſeo ſcribendum *nec ſemper*. Conſtat ex his, quæ dixi: & libri impreſſi à Badio olim vide quam prope abſint, in quibus pro hoc *nec ſemper* eſt impreſſum *vehementer* ſine litura, ut non putem fore, qui quidem Ciceronis credat verbis, qui hac ſcriptura plenius aut verius quicquam deſideret.

Sed tibi quid tandem videtur Hortenſi? Tum ille ridens, Tollendum] Depravatius eſt hoc meo judicio, quam doctiſſimi homines exiſtimant, qui legi volunt *tollendam*, ut ad ἐποχὴν referant. At ἐποχὴν nec Carneades tollebat; tantum dabat aliquando ſapientem aſſentiri; quod illum Cicero magis diſputaſſe, quam ſenſiſſe, ut vidiſti, exiſtimat. Et Carneadis doctor, auctor hujus Academiæ Arceſilas, ſic ἐποχὴν conſtituerat, ut Plutarchus ſcribat, ne illos quidem, qui tam multa contra ſcripſerint, illam movere potuiſſe; nedum Carneades moverit. Hæc ſunt illius verba in Colotem, Τὴν δὲ περὶ πάντων ἐποχὴν οὐδ᾽ οἱ πολλὰ πραγματευσάμενοι, καὶ κατατείναντες εἰς τοῦτο συγγράμματα καὶ λόγους ἐκίνησαν. Itaque ea Academiæ propria ſententia hic dicitur, defenditurque à Cicerone & conſtantiſſime & accuratiſſime. Cum is igitur, *Teneo te*, dicit; *& iſta eſt Academiæ propria ſententia*, oſtendit ſe Hortenſium, qui initio diſputationis fuerat partium Antiochi, ad hanc ſententiam traduxiſſe. Itaque reſpondet ille ridens *tollendum*, ut *aſſenſum* videatur hic omnino deeſſe, id eſt, contra quam illi legunt, retinendam eſſe ἐποχὴν. Pro-

Digitized by Google

feſto; quidvis addere liceat potius quam ſic aperte ſecum pugnantia defendere. Quod ſi *tollendam* legere malimus, (in quo item librarii facile peccatum ſit, quia littera *V* inverſa eſt *Λ*, ut deſcribitur à Terentiano litteræ Lambda ſimilis) certe negatio hic prætermiſſa ſit, ut in multis aliis locis eſt vel prætermiſſa temere, vel adjecta; & ſit *non tollendam*, videlicet ἐποχὴν, de qua hæc omnis diſputatio eſt. Hoc ſit vel facilius, nihil mutata ſententia; quæ ſententia certe ita vera certaque eſt, utut in verbo peccatum ſit, ut nihil hic apertius eſſe videatur.

ADDENDA

Digitized by Google

ADDENDA

VEL

EMENDANDA.

PAG. 7. lin. 2. *Id ſtudium totaque ea* RES *longe ceteris & ſtudiis &* ARTIBUS *antecedat*] Cum doctiſſimo Amico legerim, *rebus antecedat:* aliter enim ſententia recte non procedit.

Pag. 8. lin. 4. *Nihil apta* interrogatione *concludunt*] Amicus noſter ſic legit, *Nihil apta* argumentatione *concludunt*. Ita de Finibus V, 4. *Ut multa non modo probabili* argumentatione concluderent. Ita paſſim *argumentum concluſum, argumenti concluſio*. Interrogatio, inquit, numquam quicquam concludit.

Pag. 9. lin. 11. *Adhibenda enim geometria eſt*] Amicus noſter, ſententia, ut putabat, ſuadente, *adhibenda* vis oratoria *eſt*. Sic loquitur infra cap. IX. *Huic* (dialecticæ) *oratoria vis dicendi adhibebatur*.

Pag. 14. lin. penult. *An quia delectat Ennius*] Lego, *an delectat Ennius*; deleta ſecunda voce, quam neſcit editio *Aſcenſiana*.

Pag. 15. col. 1. lin. 6. adde: Amicus vero noſter *verbis* retinendum putat: nam intellegit, inquit, Varronis libros de LINGUA LATINA ad ipſum Ciceronem. Recte ergo, ait, *Latinis verbis*.

Pag. 16. lin. 15. *Relictam à te veterem* jam, *inquit*] Academiam ſubintelligendam cenſuit *Lambinus*: at Amicus *Ciceronem* ſcripſiſſe judicat, *Relictam à te veterem* Academiam, *inquit*.

Pag. 17. lin. 8. *Qua contra* Philonis *Antiochus ſcripſerit*] Sic *Gruterus* ex ſuis Codicibus edidit, ac ita dant *Elienſ.* & *Baliol.* Nimirum *diſcipulus* videbatur intelligendus. At, ſi *Servio* fides ad Æn. I, 45. *hac figura utimur circa patres & maritos tantum.* (Addere ſaltem debuit *Dominos*: nam *ſervus* interdum ſubauditur.) Quocirca malim *qua contra* Philonem *Antiochus ſcripſerit*, ut *Aſcenſius*, *Victorius*, & alii dederunt.

Pag. 18. lin. 10. *Procul eſſe à noſtra cognitione* cenſet] Amicus retinet *cenſeret*, ut paulo ante habetur *quaereret*.

Pag. 25. col. 2. lin. 1. adde: Hunc vero locum priſtinae ſanitati reſtituiſſe videtur Amicus noſter; cui placet, *Jam virtus*, praeterquam *animi bonis & corporis, cernitur in quibuſdam quae non tam naturae quam* beatiſſimae *vitae adjuncta ſunt. Nam omnis illa antiqua philoſophia ſenſit in una virtute eſſe poſitam* beatam *vitam; nec tamen* beatiſſimam, *niſi adjungerentur etiam corporis & cetera, quae ſupra dicta ſunt, ad* virtutis uſum *idonea*; quod teſtatur noſter infra cap. VI.

Pag. 26. col. 1. lin. 13. adde: At Amicus noſter corrigit MUNDANA *quadam ſocietate*. Ita *Cicero* Tuſc. V, 37. *Socrates cum rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret?* MUNDANUM, *inquit: totius enim mundi ſe inco-*

Digitized by Google

lam & ejuem arbitrabatur. Graeci in hac narratione dicunt ΚΟΣΜΙΟΝ.

Pag. 30. col. 1. lin. 3. adde: Amicus noſter, *ut & feciſti.*

Pag. 31. col. 1. lin. 14. adde: Attamen licet hanc ſententiam Ariſtoteli propriam faciant, ut vidimus, noſter & alii; nihilominus eandem foverunt Academici veteres: nam *Xenocrates & ſuperiores expertem corporis animum eſſe dixerunt*, ut ait infra cap. XII. Quare non dubito quin Amicus, *Ariſtotelis* nomine deleto, locum ſic legendum eſſe recte ſtatuerit, *Quintum genus --- diſſimile quiddam eſſe* rebantur. *Sed ſubjectam* putabant &c. Omnino vide *Simplicium* in *Ariſtotelis* Phyſ. lib. VIII. pag. 268. A.

Pag. 32. lin. 1. *Quae tota omnia accipere poſſit*] Amicus reſcribendum putabat, *quae* tot formas *accipere poſſit.* Forſan autem *Tullius* dedit, *quae* formas omnis *accipere poſſit.* Certe materiam δεχομέναν πᾶσαν μορφὰν dixit *Timaeus* Locrus pag. 533. B.

Pag. 34. col. 2. lin. 2. adde: Idem *Seneca* Conſol. ad Marciam cap. XX. EUNT *vi ſua fata, nec adjiciunt quicquam, nec ex promiſſo ſemel demunt.* Ac de Brev. vitae cap. IV. *Quis iſta, ſicuti diſponis,* IRE *patietur?* Amicus vero, nonnihil recedens à *Lambini* conjectura, legit, *Quia nihil aliter* eſſe *poſſit, utque ab ea conſtitutum ſit:* ITEM *quaſi Fatalem* &c. De re ipſa vide *Plutarchum* de Plac. Philoſ. I, 27, 28, 29. & *Alcinoüm* Doctr. Platon. cap. XXVI.

Pag. 36. lin. 7. *Poſt argumentis & quaſi rerum* notis *ducibus utebantur ad probandum & ad concludendum id quod explanari volebant*] Amicus corrigebat, *quaſi rerum* NODIS. Quippe, inquit, argumenta & Syllogiſmi ſunt quaſi *nodi* ac vincula, quibus concluſio connectitur. *Cicero* Somn. Scip. cap. 5. *Qui numerus* (Septenarius) *rerum omnium fere* NODUS *eſt.* Et in Oratore cap. 66. *In his ſingulis verſibus quaſi* NODI *apparent continuationis, quos in ambitu conjungimus.*

Pag. 38. lin. 15. *Sed Zeno cum valde ſubtiliter* diſſereret, *& peracute* moveretur] Amicus corrigebat, *ſubtiliter* definiret *& peracute* partiretur. *Definire* enim, inquit, & *Partiri* praecipua Zenonis laus. Ea verba paſſim junguntur. Supra cap. 2. *Nihil definiunt, nihil partiuntur.* Et lib. II. cap. 14. *Definitiones enim & partitiones* &c.

Ibid. col. 1. lin. penult. adde: Sic τοὺς μέχρι νῦν τοῖς δόγμασιν Ἀριστοτέλους ΚΑΤΑΧΡΩΜΕΝΟΥΣ dixit *Tatianus* Orat. de Graec. cap. IV.

Ibid. col. 2. lin. 5. adde: Sic & *Seneca* de Tranquill. cap. 15. & de Benef. II, 10, 21.

Pag. 41. lin. 6. *Naturaque* & *condoleſcere*] Lego *naturaque* eum *condoleſcere*, hominem ſcilicet. Videſis *Ariſtotelem* cum alibi, tum de Rep. III, 15. & *Ciceronem* Tuſc. IV, 17, 18, 19.

Pag. 43. lin. 16. *Feretis* haec?] Reponendum puto, *feretis hoc?* nempe *comprehenſibile*, quod finxerat.

Pag. 45. col. 2. lin. 10. adde: *Seneca* Epiſt. XC. pag. 411. *Illo ducit, ille* VIAS APERIT. Ut jure mireris *Petri Fabri*, viri ceteroquin laudatiſſimi, pervicaciam.

Pag. 46. lin. 1. *Quae cum dixiſſet: Et breviter ſane* &c.] Lege, *Quae cum dixiſſet: Breviter ſane* &c. Illud *&* à quibuſdam MSStis abeſſe teſtatur *Lambinus*, & delendum eſſe jure merito ſtatuit Amicus. Natum videlicet eſt ex ultimis prioris verbi literis.

Pag. 48. lin. 7. Deinceps *omnia tenebris circumfuſa eſſe* dixerunt] Amicus, ultima voce deleta, reſcribit, DENIQUE *omnia tenebris circumfuſa eſſe.*

Pag. 49. col. 2. lin. 15. adde: Pro-

Digitized by Google

Probabilis autem videri queat Amici ratio, qui legit, *ut contra omnium ſententias diebus alternis diceret.* Porro de Arceſilæ more videas licet lib. III. de Orat. cap. 18, 21. Fin. lib. II. cap. 1. & lib. V. cap. 4.

Pag. 56. col. 2. lin. 15. adde: Eandem hiſtoriam refert lib. II. de Orat. cap. 86.

Pag. 59. lin. 3. *Cumque eſſet ea memoria* quam *ante dixi*] Amicus reponebat, *qua ante dixi.* De hujuſmodi locutionibus vide Cl. *Bentleium* ad *Horatii* lib. I. Serm. VI, 15.

Ibid. col. 2. lin. 1, adde: Fieri quidem poteſt, ut alibi vitium ſit locatum, & tum demum cum Amico noſtro legas oportet, ALIQUI, *qui etiamſi hac non improbent, tamen --- decoram putent.* Et hanc emendandi viam, altera repudiata, ſequor.

Pag. 60. lin. 1. *Nec literarum Graecarum nec philoſophiae jam ullum* auctorem *requiro*] Amicus noſter reſcribit *fautorem.*

Pag. 65. col. 1. lin. antepenult. adde: Auditu tamen dignus eſt Amicus qui à Ciceronis manu fuiſſe cenſet, *Nedum potuerint, omnibus rebus auditis ---- judicare, qui re ſemel audita* &c.

Pag. 73. col. 1. lin. 19. adde: Vide ſis & in Bruto capp. 85, 87.

Ibid. col. 2. lin. ult. adde: Quin & Amicus noſter totum locum ſic conſtituit: *Sed fuerint illa* veteribus, *ſi vultis, incognita. Nihilne eſt igitur actum?* Quot *inveſtigata ſunt, poſteaquam* &c.

Pag. 86. lin. penult. *Quaſi quaedam* lux *lumenque vitae*] Repone, *quaſi quaedam* dux *lumenque vitae*; quod Amicus voluit. Sic Tuſc. V, 2. *O* vitae *philoſophia* DUX. Pariter *naturam, optimam bene vivendi* DUCEM dixit de Amicitia cap. 5.

Ibid. ad finem notae 4. adde: Ad praeſtantiorum tamen Codicum fidem propius accedit Amicus, dum legit, *Sic & initium quaerendi, & exitus percipiendi & comprehendendi* TENETUR.

Pag. 100. col. 2. lin. 10. adde: Vide *Servium* ad Æn. III, 333.

Pag. 105. lin. 1. Si *negaverint.*] Lege *ſin negaverint*; is enim mos eſt *Ciceronis.*

Pag. 109. lin 15. *Internoſcantur tamen*] Recte, niſi fallor, poſt haſce voces excidiſſe cenſet Amicus, *aut quae ne internoſcantur quidem?* Nam infra cap. XVI. ait: *Sic enim adſcenditis --- cur deinde non, ut difficiliter à vero internoſcatur? deinde,* ut ne internoſcatur quidem? Et paulo poſt: *Quomodo autem ſumis --- ut etiam difficiliter internoſci poſſint? deinde,* ut ne internoſci quidem? Certe Librarios, quam *Ciceronem,* negligentiae poſtulare videtur aequius.

Pag. 115. col. 2. lin. 9. adde: Si opus eſt, vide *Senecam* Epiſt. LXXXIII. pag. 344. & noſtrum Tuſc. IV, 12.

Pag. 118. lin. 11. *An non videmus hoc uſu* venire] Legendum *hoc uſu veniſſe*; quod oſtendunt ſequentia.

Pag. 130. col. 1. lin. 11. poſt *verborum* dele ad finem notae, & deletorum loco repone: Quamvis autem *loco ſe committere* paſſim dicant probati ſcriptores, non tamen damnanda eſt altera locutio; ſiquidem *ſe in id conclave committere* habet ipſe *Cicero* pro Roſcio Amerino cap. XXIII.

Pag. 131. lin. 15. Sperare *enim fore*] Lege *ſperaſſe enim fore* &c.

Pag. 133. col. 1. lin. 6. adde: Forſan tamen optime divinavit Amicus, *qui* SUBINDE *ſolem non ferunt.* Vide *Ciceronem* in Bruto cap. LXIX. & *Horatium* lib. I. Od. VIII, 4. Nec vero diſplicet conjectura, quae mihi haec ſcribenti venit in mentem. Ea eſt, *qui,* SUDUM DUM EST, *ſolem non ferunt.* Miles Glorioſus *Plauti* ſic incipit,

Curate, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,

Quam

Quam Solis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, *ſolent*.

Vide & Rudent. Act. I. Sc. II, 35.

Pag. 134. lin. 4. *De antiquis* philoſophis *commemorari*] Amicus noſter, *antiquis Phyſicis*; ut ſupra cap. 5.

Pag. 142. col. 2. lin. 3. adde: *Servius* ad *Virgilii* Eclog. II, 27. *In aqua rerum integrum quaſi* fractum *videmus, quod etiam Cicero in* Tuſculanis *plenius docet.* Vel error eſt μνημονικὸς illius Grammatici; vel legendum *in Academicis*, aut potius *in Lucullo, plenius docet.* In *Tuſculanis* enim hujuſce rei non meminit. Certe remum in aqua vel *infractum* vel *inflexum* videri recte dixeris. Vide *Auguſtinum* contra Acad. lib. III. cap. XI.

Pag. 146. lin. 12. *Videſne navem illam? Stare nobis videtur: at iis, qui in navi ſunt, moveri haec villa*] Quamvis iis, qui navigant, *terraeque urbeſque recedere* videantur; tamen navis, quae in curſu eſt, ſpectantibus è terra viris *ſtare* non cenſetur. Igitur, ut Amicus monuit, ſic diſtinguas oportet: *Videſne navem illam? Stare nobis videtur, at iis qui in navi ſunt moveri, haec villa.* Res eſt clara.

Pag. 149. col. 1. lin. 21. adde: vel *quam parva lis ſit*. Amicus autem legit, *quam inpares nobis ſitis*.

Pag. 152. lin. 2. *Jam illa* praeclara] Amicus reponit, *Jam illa Phyſica*: ſic enim, inquit, paulo infra, *Sed de* Phyſicis *mox*. Non accedo.

Pag. 164. col. 2. lin. 7. adde: *Cicero* pro Quintio cap. XX. *Hic* te, *inquit*, teneo. Vide & *Senecam* de Benef. VII, 4.

Pag. 174. col. 2. lin. 10. adde: Quod ſi diſpliceant hae conjecturae; legi poſſit, *Sed illa ſunt* MUNIMINA *duo*. Sic *riparum munimina* dicuntur, quæ fluviis *continendis* ſunt parata. Vide *Servium* in *Virgilii* Ecl. VIII, 52. Amico placet, *Sed illa ſunt* COLUMINA *duo*.

Pag. 179. lin. 19. *Reſpondet mihi non Ariſtoteles aut Theophraſtus, ne Xenocrates quidem aut Polemo, ſed* qui minor eſt] Amicus reponit, *Sed inquilinus*. Natus error, inquit, ex compendioſa ſcriptura, *mqmin*, *inquilin*. *Inquilinum*, ait, hic Zenonem vocat, ut in Tuſculanis *Advenam*.

Pag. 183. lin. 3. *Velut illud ante: Eſtne quiſquam tanto inflatus errore ut ſibi ſe illa ſcire perſuaſerit*] Amicus legebat, *Abſit illud à te: Eſtne quiſquam tanto inflatus tumore*. Hoc eſt, inquit, Eſtne quiſquam omnium tam ſuperbus, nedum ut tu ſis.

Pag. 185. col. 2. lin. 7. adde: Et Amicus quidem reponit, *Si adjiciam, Jusjurandum* concipietne quiſquam, *ſi Archimedes eo inſpectante rationes omnes deſcripſerit eas, quibus efficitur multis partibus Solem majorem eſſe quam terram? juraturum putas?*

Pag. 198. lin. 2. *Eadem effici omnia*, quaſi *ſtante terra caelum moveretur*] Legendum *quae ſi*, ut optime monuit amicus. Sic Tuſc. I, 24. *Eodem perveniat*, quo ſi *Geometrica didiciſſet:* ubi plures Codd. *quaſi* pariter exhibent.

Pag. 204. lin 7. Humaniſſima *completur animus voluptate*] Amicus malebat *diviniſſima*; ut *Lucretius* III, 28.

His tibi me rebus quaedam divina *voluptas*
Percipit.

Quin & *Corn. Severus* in Ætna vſ. 249.

---- Divina *eſt animi ac jucunda* voluptas.

Dubito tamen an non ea voluptas dici poſſit *humaniſſima*, quae hominem maxime decet, eoque ſit digniſſima.

Pag. 207. col. 1. lin. 5. adde: Quin & Socrates Platonis magiſter dixit ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἐπιστήμην,

Digitized by Google

μῶν, ut tradit *Laërtius* II, 31. Idemque λόγους τὰς ἀρετὰς ᾤετο εἶναι, ἐπιστήμας γὰρ εἶναι πάσας. Auctor eſt *Ariſtoteles* lib. VI. Nicom. cap. 13.

Pag. 209. lin. 2. *Et Ariſtoteles ejuſque* amici nunc *proxime videntur accedere*] Amicus legebat, *ejuſque* aemuli huc *proxime*. Hoc eſt, ejus ſequaces. Sic pro Murena cap. 29. *Zeno, cujus inventorum* aemuli *Stoici nominantur*. Vide *J. Fr. Gronovium* ad *Livii* I, 18.

Pag. 210. lin. 3. *Erat quidem* (Antiochus) ſi perpauca mutaviſſet, *Germaniſſimus Stoicus*] De eodem infra cap. XLV. *Sed ille veſter eſt plane, ut ſupra dixi, Stoicus perpauca balbutiens*. Unde Amicus hic malebat, *niſi perpaucis nutaviſſet:* ut *nutare* perinde ſit ac *balbutire*. De Divinat. I, 3. *Reliqui omnes praeter Epicurum* balbutientem *de natura Deorum*. De N. D. I, 43. *Democritus* nutare *videtur in natura Deorum*.

Pag. 211. col. 2. lin. 3. adde: Amicus autem reponit, *Hic igitur neutri adſentiens, ſi* quicquam intereſt, *prudentior*. Ut dicat *Cicero*, ſapiens novae Academiae neutri ſapienti nec Polemoneo nec Stoico adſentiens, ſi quicquam inter tres intereſt, certe prudentior.

Pag. 212. col. 2. lin. 18. adde: Non tamen inelegans eſt Amici emendatio, qui legit, *Quid? cum dicantur & acuta, ut mihi videtur, in utramque partem & paria; nonne* &c.

Pag. 216. lin. 12. *Vos autem* mihi *veremini, ne labar ad* opinionem, *& aliquid* &c.] Licet *alicui vereri* ſatis ſit Latinum, tamen concinnior erit oratio, ſi, mutatis interpunctionibus, legas, ut Amicus legendum cenſet, *Vos autem,* qui *veremini ne labar ad* opinationem, *& aliquid adſciſcam & comprobem incognitum, quod minime vultis, quid conſilii datis?* Et *opinationem* quidem, non *opinionem*, flagitat loci ſenſus.

Pag. 220. col. 2. lin. 3. adde: Porro legendum *qui putat*, non *qui putet*, ut oſtendunt ſequentia, quae *modum* habent *indicativum*.

INDEX RERUM.

Simplex numerus paginas denotat Academicorum, litera vero *n* præfixa notas indicat.

ACADEMIA & Lyceum gymnaſia Athenis 21
Academia vetus & nova 11, 16, 49, 50.
Academici & Peripatetici à Platone 20, 73. An contra Academicos diſputandum 76. Eorum pertinacia 78. dogmata 23, ſeqq. ii ac Peripatetici quondam iidem 26. Eorum ratio 61, ſeqq.
Accius 14.
Adigere jusjurandum n. 185.
Aelius (L.) 12.
Aeſchines Carneadis diſcipulus n. 75.
Aeſchylus 15.
Africanus (P.) 59, 70, 73.
Albinus (A.) Græce ſcripſit hiſtoriam 215, 216.
Alcmaeo 114, 153, 155.
Alexinus 138.
Amafanius 8, 9.
Amare viros ante nativitatem noſtram natos dici poſſumus n. 47.
Anaxagoras 47, 71, 134, 167, 188. cur nivem nigram dixerit n. 135.
Anaximander 187.
Anaximenes 187.
Andromacha cantus 81.
Antiochus 16, 17, 46, 58, 65, 66, 67, 78, 89, 111, 122, 125, 130, 164, 169, 177, 178, 180, 209, 210, 211, 212, 216, 221, 222. Ejus liber SOSUS inſcriptus 68. Academicos gloriæ cauſa reliquit n. 132. germanus fere Stoicus 128, 131. n. 210.
Antiopa cantus 81.
Antipater 76, 86, 88, 176, 221.
Aperire vias n. 45.
Arceſilas 38, 46, 47, 50, 69, 71, 72, 74, 121, 122, 127, 128, 140, 141. Ejus opiniones 48, ſeqq. cur cum Zenone diſputarit n. 46.
Archidemus 221.
Archimedes 184.
Ἀρχὴν & στοιχεῖον interdum miſcent, interdum diſtinguunt auctores n. 30.
Ariſtippus 208, 217, 218.
Ariſto 68, 198, 207.
Ariſtoteles 15, 21, 179, 215, 216. abundantia ingenii præſtabat 22. ejus quintum genus 51. Ideas Platonis labefactavit 37. aureum orationis flumen fundit 192. in philoſophia prope ſingularis 210.
Ariſtus Antiochi frater 16, 68.
Atticus 4, 5, 17, 22, 37.
Avianus 145.

B.

Brutus 16.

C.

Callipho 208, 218.
Carneades 50, 69, 74, 88, 95, 121, 128, 142, 153, 158, 165, 169, 176, 177, 209, 215, 216, 218. quamdiu vixerit n. 75. rerum omnium ἐποχὴν non probabat n. 226.
Caſſius (L.) 70.
Cato (M.) Græcas literas in ſenectute didicit 59.
Catulus 64, 68, 78, 223, 225, 227.
Cenſorinns (L.) cum M. Manilio conſul 169.
Charmadas 75.
Cimmerii 123.
Cleanthes 135. ejus Deus 202.
Clitomachus 67, 75, 76, 142, 165, 169, 176, 215, 218.
Colum-

Digitized by Google

Columbæ collum 80, 143.
Cotta (C.) 150.
Crantor 38. ejus liber de luctu 214.
Craſſus & Scævola, fratres n. 70.
Crates 38.
Chryſippus 135, 216, 219, 221. fulcire putatur porticum Stoïcorum 139. ſibi reſpondens pro ſenſibus, inferior fuit 152, 153. ei placet, cum gradatim interrogetur, quieſcere 158.
Cyrenaïci 82, 139, 208, 220.

D.

Dardanus 131.
Dare pro dicere n. 15.
Democritus 9, 47, 48, 71, 93, 117, 118, 135, 194. ejus dogmata 200.
Demoſthenes 15.
Derogare fidem n. 98.
Dialogi philoſophici quales n. 2.
Dicæarcho animus nullus videtur 199.
Dio 68.
Diodorus 138, 208, 221.
Diogenes Stoicus 215.
Dionyſius Heracleotes 133.
Domeſtica & *bellica* opponuntur n. 13.

E.

Empedocles 47, 71, 136, 189.
Empirici 195.
Ennius 14, 113, 153.
Epicurus 80, 107, 147, 173, 217, 220. Democritum ſequitur 9. bonum negat ſe ſcire ſine voluptatibus ſenſum moventibus 10. ſenſus veraces dicit 144, 168. de voluptatibus cum Cyrenaïcis non conſentit 208. Logicam ſpernit n. 162.
Evander 75.
Euclides Megareus 206.
Euripides 15, 155.

F.

Fannius 73.
Flaminius (C.) 70.
Fines bonorum varii memorantur 206, ſeqq.

G.

Galba (Ser.) 113.
Gallinarii Deliaci 119, 151.
Gerundia in *di* caſum gentivum poſt ſe recipiunt n. 205.
Gracchus (Tib.) 70, 72.
Græcia pro Græcis n. 16.

H.

Hegeſinus 75.
Heraclitus 190. Tyrius 67, 68.
Heres pro ſucceſſore n. 21.
Herillus 206.
Hermachus 163.
Hicetas Syracoſius 197.
Hieronymus 208.
Hortenſius 64, 65, 66, 88, 123, 124, 223, 225, 226.
Hyperides 15.

I.

Iliona 154.
Incitatus furore n. 155.
Indocilis, inartificialis n. 55, 56.
Initia Mathematicorum quæ n. 191.
Interrogatio pro rationis concluſione n. 258.

L.

Lacydes 74, 75.
Laudatio quid n. 13.
Leucippus 189.
Lucullus 64, 65, 66, 124 &c. Ejus laus & res geſtæ 51, ſeqq. Senex obit n. 53.
Lycurgus 215.
Lyſippus 151

M.

Maniana quæ n. 133.
Marcellus (M.) 215.
Marius (C.) 70.
Medium officium quid n. 41.
Megarici 206.
Melanthius Rhodius 75.
Meliſſus 190.
Menedemus Eretria n. 207.
Menippus 12.
Metrodorus 142. Stratoniceus 75. Chius 136.
Minor, dotibus inferior n. 180.
Mithridates rex poſt Alexandrum maximus 57.
Mnearchus 131.

Digitized by Google

Moveri acuto n. 38.
Murena 55.
Myrmecides 193.

O.

Oratoria vis dicendi n. 36.

P.

Pacuvius 14.
Panætius 214. P. Africani comes 59. Princeps Stoicorum 174.
Parmenides 71, 137, 189, 206.
Penelope telam retexens 160.
Peripatetici unde dicti n. 21.
Phantaſiæ ab Academicis quomodo diviſæ n. 96.
Phidias 223.
Philo 17, 59, 67, 68, 69 &c. Diodori Croni diſcipulus n. 221.
Plato 11, 15 &c. ab eo philoſophandi ratio triplex accepta 23. ejus Timæus 198. tres animo partes tribuit 199.
Polemo 38, 179, 209, 216.
Polyænus 173.
Polycletus 223.
Pompeius (Q.) 70.
Principia rerum quæ ſecundum varios philoſophos 186, ſeqq.
Protagoræ quod veri judicium 220.
Prudentia, providentia n. 33.
Pyrrho 208.
Pythagorei 190.

Q.

Quod interdum παρέλκει n. 142.

R.

Rabirius 8.
Remus inflexus 80, 143.
Rogus (Tetrilius) 68.

S

Scævola (P.) 70.
Scientiæ ſecundum Stoicos virtutes ſunt n. 8.
Scyron 173.
Selii (P. & C.) 68.
Servilii Gemini 118, 149, 150.
Socrates 6, 18, 47, 71 &c. quare ſapientiſſimus ab Apolline dictus 19. minime probabat ut philoſophia Ars fieret 22. Εἴρων 73. de omnimoda doctrina apud Platonem diſputat n. 20.
Sol quantus 147.
Sophocles 15.
Spectare in expectandi ſignificatu non dicitur n. 55.
Speuſippus 20, 38.
Stilpo 138.
Stoicorum dogmata 191. paradoxa 215.
Strabo CXXXV. m. p. videbat n. 146.
Strato 38, 193, 195.

T.

Talpae num vident n. 146, 147.
Thales 186.
Themiſtocles oblivisci ſe malle diſcere quam recordari dixit 56.
Theophraſtus 15, 37, 179, 197, 213. nervos virtutis incidit 39.
Timagoras Epicureus 144.
Tubero 214.
Tuditanus 154.

V.

Varro 4, 5, 6, 18, 46. ejus laus 15.
Verum, juſtum n. 77.
Virtutes omnibus vitae commodis antepoſitæ n. 27.

X.

Xenocrates 21, 38, 179, 215, 216, 221. mentem corporis expertem ſtatuit 42.
Xenophanes 71, 137, 188. habitari ait in Luna 196. Megaricorum princeps 206.

Z.

Zeno 10, 38, 45, 47, 78 &c. ejus dogmata 39, ſeqq. Epicureus 50.

INDEX

INDEX

AUCTORUM veterum, qui in Notis emendantur aut refelluntur.

A.

ARISTOTELES Eudem. 144.
Auguſtinus [illegible], 116, 231.

C.

Cæſar 300.
Cicero Fin. 8, 27, 91, 259.
----- de Seneƈt. 59.
----- Offic. 234.
----- Epp. ad Quintum 326.
----- In Oratore 257.
----- De Optimo gen. Orat. 299.
----- De Oratore 299, 325.
----- De Leg. 325.
----- de Fato 333.
Clemens Recogn. 11.
Clemens Alex. 185.
Cleomedes 147.
Cyrillus in Julian. 18.

D.

Diogenes Laert. 84, 87, 136.
Diomedes 230, 304.

E.

Epiphanius 189, 190, 194.
Euſebius 197, 301.

G.

Gellius 320.

I.

Irenæus 188, 189.
Juſtinus M. 185.

L.

Laƈtantius 29.

O.

Origenes Philoſ. 31, 187, 189.

P.

Petronius 34, 77.
Photius in Amphilochiis 123.
Plato 318.
Plautus 135, 259.
Plutarchus 60, 197, 198.

Q.

Quintilianus 304.

S.

Scholiaſtes Ciceronis 56.
Servius 336, 339.
Sextus Emp. 40, 72, 135, 136, 155.
Stobæus 41, 85.
Suidas 75, 85, 301.

T.

Tertullianus 196.
Themiſtius Orat. 19.
Theodoretus Therap. 18, 189.
Theophraſtus Cauſ. Plant. 287.

V.

Varro R. R. 274.
Velleius Paterculus 60.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google